A κἂν μὴ δυνηθῶσι διὰ τὴν πενίαν τῶν ὀφειλόντων, τὴν ὑπὲρ τῶν χρημάτων ὀργὴν εἰς τὸ ταλαίπωρον σῶμα τῶν ἀθλίων ἐκχέουσιν, αἰκίζοντες καὶ τύπτοντες καὶ μυρία αὐτοῖς διατιθέντες κακά. ὁ δὲ Θεὸς τοὐναντίον, ἅπαντα ἐκίνει καὶ ἐπραγματεύετο, ὅπως αὐτὸν ἀπαλλάξῃ τῶν ὀφλημάτων. ἐπὶ γὰρ ἡμῶν τὸ ἀπαιτῆσαι, πλουτεῖς· ἐπὶ δὲ Θεοῦ τὸ συγχωρῆσαι, πλουτεῖς. ἡμεῖς ἐπειδὰν λάβωμεν τὰ ὀφειλόμενα, τότε εὐπορώτεροι γινόμεθα· ὁ δὲ Θεὸς ἐπειδὰν συγχωρήσῃ τὰ πλημμελήματα, τότε μάλιστα πλουτεῖ. πλοῦτος γὰρ Θεοῦ, τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, καθάπερ
B ὁ Παῦλός φησιν· ὁ πλουτῶν εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, καὶ πῶς ὁ βουλόμενος ἀφεῖναι καὶ συγχωρῆσαι τὰ ἐγκλήματα, ἐκέλευσεν αὐτὸν πραθῆναι; αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν δείκνυσιν. ἀλλὰ μὴ ἐπειγώμεθα, ἀλλὰ τάξει προβαίνωμεν ἐπὶ τὴν τῆς παραβολῆς διήγησιν. μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, φησί. τί ἐστι, μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι, πάλιν ἐπίτασις ἀγνωμοσύνης. ὅταν γὰρ εἴπῃ, μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἀλλ' ἢ
C ὅτι κατορθωμάτων ἔρημος ἦν, καὶ οὐδὲν εἶχεν ἔργον ἀγαθὸν, ὥστε λογισθῆναι αὐτῷ εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγήν. λογίζεται γὰρ, λογίζεται πάντως ἡμῖν ἐπὶ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῇ κατορθώματα, καθάπερ οὖν καὶ πίστις εἰς δικαιοσύνην. τῷ γὰρ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. καὶ τί λέγω πίστιν καὶ κατορθώματα, ὅπουγε καὶ θλίψεις λογίζονται ἡμῖν εἰς ἁμαρτημάτων ἀνάλωσιν; καὶ τοῦτο δηλοῖ μὲν ὁ Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς, εἰσάγων τὸν Ἀβραὰμ λέγοντα πρὸς τὸν πλού-
D σιον, ὅτι Λάζαρος ἀπέλαβεν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ τὰ κακὰ, καὶ διὰ τοῦτο ὧδε παρακαλεῖται. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων περὶ τοῦ πεπορνευκότος, καὶ λέγων οὕτω· παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. καὶ ἑτέρους δὲ ἡμαρτηκότας παραμυθούμενος οὕτως ἔλεγε· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. εἰ δὲ πειρασμὸς,

A μὴ ζῶν τῷ κόσμῳ καταρτιζόμεθα. εἰ δὲ πειρασμὸς καὶ νόσος καὶ ἀσθένεια καὶ σαρκὸς ὄλεθρος, ἅπερ ἀβουλήτως ὑπομένομεν, οὐκ αὐτοὶ κατασκευάζοντες, λογίζεται ἡμῖν εἰς ἁμαρτιῶν διάλυσιν, πολλῷ μᾶλλον κατορθώματα, ἅπερ ἑκόντες καὶ σπουδάζοντες μετερχόμεθα. ἀλλ' οὗτος ἔρημος μὲν ἀγαθοῦ παντὸς ἦν, φορτίον δὲ ἁμαρτημάτων ἀφόρητον εἶχε. διὰ τοῦτό φησι, μὴ ἔχοντος αὐτοῦ ἀποδοῦναι, ἐκέλευσεν αὐτὸν πραθῆναι. ὅθεν μάλιστα ἔστι τοῦ δεσπότου τὴν φιλανθρωπίαν καταμαθεῖν, ὅτι καὶ τὸ λογοθέσιον ἐποίησε, καὶ πραθῆναι ἐκέλευσεν. ἀμφότερα γὰρ ταῦτα εἰργάσατο, ὥστε αὐτὸν μὴ πραθῆναι. πόθεν τοῦτο δῆλον; B ἀπὸ τοῦ τέλους. εἰ γὰρ πραθῆναι αὐτὸν ἐβούλετο, τίς ὁ κωλύων ἦν, τίς ὁ ἐμποδίζων; τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκέλευσε, μὴ μέλλων ποιεῖν; ἵνα αὐξήσῃ τὸν φόβον· τὸν δὲ φόβον ηὔξησε διὰ τῆς ἀπειλῆς, ἵνα αὐτὸν εἰς ἱκετηρίαν ἐμβάλῃ· εἰς ἱκετηρίαν δὲ αὐτὸν ἐνέβαλεν, ἵνα ἀφορμὴν λάβῃ συγχωρήσεως. ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς παρακλήσεως αὐτὸν ἀφεῖναι, ἀλλ' ἵνα μὴ χείρονα ἐργάσηται, τοῦτο οὐκ ἐποίησεν. ἠδύνατο καὶ πρὸ τοῦ λογοθεσίου ποιῆσαι τὴν συγχώρησιν· ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν ὄγκον ἀγνοῶν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀπανθρωπότερος γένηται C καὶ ὠμότερος περὶ τὸν πλησίον, διὰ τοῦτο αὐτὸν πρότερον ἐδίδαξε τὸ μέγεθος τοῦ χρέους, καὶ τότε ἀφῆκεν ἅπαν. εἰ γὰρ τοῦ λογοθεσίου γινομένου, καὶ τοῦ ὀφειλήματος δειχθέντος, καὶ τῆς ἀπειλῆς ἐπενεχθείσης, καὶ τῆς καταδίκης γενομένης δήλης, ἣν ὑπομεῖναι δίκαιος ἦν, οὕτως ἄγριος καὶ ὠμὸς περὶ τὸν σύνδουλον ἐγένετο, εἰ μηδὲν τούτων ἐξέβη, ποῦ οὐκ ἂν ἐξώκειλεν ἀγριότητος; διὰ τοῦτο ταῦτα πάντα ὁ Θεὸς ἐποίει καὶ ἐπραγματεύετο, προαναστέλλων αὐτοῦ τὴν ἀπανθρωπίαν ἐκείνην. εἰ δὲ μηδὲν διωρθώθη τούτων, D οὐ παρὰ τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ παρ' ἐκεῖνον τὸν μὴ δεξάμενον τὴν διόρθωσιν ἡ αἰτία. πλὴν ἀλλ' ἴδωμεν πῶς αὐτοῦ μεθοδεύει τὸ ἕλκος. πεσὼν οὖν, φησι, παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν λέγων, μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. καὶ μὴν εἶπεν, ὅτι οὐκ εἶχεν ἀποδοῦναι. ἀλλὰ τοιοῦτον τῶν ὀφειλόντων τὸ ἔθος. κἂν μηδὲν ἔχωσιν ἀποδοῦναι, ἐπαγγέλλονται, ὥστε τῶν παρόντων ἀπαλλαγῆναι δεινῶν. ἀκούσωμεν ὅσοι ῥαθυμοῦμεν εὐχῆς, πόση τῶν δεήσεων ἡ δύναμις. οὐ νηστείαν

autem tētationes, morbi, infirmitates, & carnis exitiū, quæ nec voto, nec voluntate expetimus, imputantur nobis ad peccatorū abolitionem, multo magis recte facta, quæ voluntate & ſtudio perſequimur, aliquid proficiunt in rationem debiti. Huic autē miſero omniū bonorum inopia erat, copia cōtra peccatorum maxima, & ſarcina importabilis. Idcirco dicit, nō habēte eo quod ſolueret, iuſſit eum venundari. Ex hoc potiſſimum licet domini humanitatē perdiſcere, quod & rationem inſtituit, & venundari iuſſit, ambo enim iſta facta ſunt in eum finem, vt non venderetur. Vnde id liquet? à rerum exitu: ſi enim voluiſſet, quis moram illius voluntati aut impedimentū attuliſſet? Quorſum igitur venditionem imperauit, cū nihil tale facere ſtatuiſſet? vt augeret metum. Metum vero auxit per iſtiuſmodi minas, quo eum ad ſupplicationē compelleret. Ad ſupplicationem autē compulit, vt occaſionē donandę venię haberet. Poterat quidem & ante deprecationem eum liberum ab ære alieno dimittere, ſed ne inde illum deteriorem faceret, ab tali inſtituto abſtinuit. Poterat ante rationē initam veniam concedere, ſed ne ignorans molem ſcelerum ſuorum inhumanior & crudelior erga proximos eſſet, ideo illi prius declarauit ſui debiti magnitudinem, ac tum demum ei remiſit omnia. Nam ſi habita ratione ac ære alieno cōmōſtrato, miniſq; illatis, & condemnatione propoſita, quam ſuſtinere merebatur, adeo ferus & crudelis fuit aduerſus ſuum conſeruum, ſi nihil iſtorum adhibitum fuiſſet, quo non immanitatis prorupiſſet? Hac de cauſa hæc omnia Deus fecit & inſtituit, vt hominis immanitatem illam præmolliret. Si nihil iſtis rebus emendatus fuit, non penes magiſtrum, ſed penes illum qui emendationem non recipit, culpa ſtatuenda eſt. Verūtamen videamus quo pacto eius vlcus abſtergat. Cadens igitur ad pedes eius, obſecrabat dicens: Eſto patiens erga me, & omnia ſoluam tibi. Nō faſſus eſt ſe nihil habere quod redderet. ſed hic mos eſt debitorum, vt in ſumma inopia promittant tamen, quo præſens periculum elabi poſſint. Audiamus quotquot ignaui ſumus ad precandum; quanta ſit obſecrationum vis. Non ieiunium

Cur imperata ſerui ſit venditio.

oſtentauit, non vltroneam paupertatē, aut aliquid iſtiuſmodi, ſed deſertus, ſed nudus omnis virtutis, vbi ſe ad obſecrandum conuertit, eo ſolo potuit dominum ad miſericordiam pertrahere. Ne igitur deficiamus in fundēdis precibus. Quis enim hoc ſceleratior, qui & tot criminibus obnoxius erat, & nullum recte factum poſſidebat? Non tamen ſecum ad iſtum modum locutus eſt, non audeo loqui, pudore plenus ſum, qui potero orare? quod plerique peccatorum dicunt, diabolica laborātes timiditate. Non adeſt tibi fiducia loquendi: propterea accede, vt maiorem fiduciam pares. Num enim homo eſt quem placare cupis, vt pudore & verecundia laborandum ſit? Deus eſt qui magis quam tu ipſe, exoptat te à à criminibus liberari: non tu tantopere tuam ſecuritatem cōcupiſcis, quantopere ille tuam ſalutem expetit: idque rebus ipſis docuit. Non habes fiduciā? eo ipſo potes fiduciam habere, quod ita affectus ſis, maxima enim fiducia eſt, cum quis ſe exiſtimat fidere non debere. Nam vt ſummopere pudenda res eſt, iuſtificare ſeipſum corā Domino, (ille enim impurus eſt, quicunque id facit, etiam ſi omnibus hominibus ſanctior fuerit) ita quoque iuſtus fit, qui ſe credit omnium hominum extremum eſſe: cuius rei teſtes ſunt Phariſæus & publicanus. Ne igitur deſpondeamus animū ob peccata, neque deſperemus, ſed adeamus Deum, procidamus, obſecremus quemadmodum iſte fecit, hactenus bona mente vſus. Non deſpondere animum, non deſperare, confiteri peccata, poſtulare dilationem aliquam & moram, & omnia iſta bona ſunt & mentis contritæ, & animæ humiliatæ. Quæ iam ſequuntur, nequaquam ſimilia ſunt ſuperioribus: quæ enim per ſupplicationem congregauerat, hæc omnia in vniuerſum effudit per iram, quam in proximum exercuit. Sed iam ad modum donatæ veniæ procedamus. Videamus qualitatem iſtius remiſſionis, & quibus rebus ad id dominus adductus fuerit. Miſertus illius dominus, inquit Euangeliſta, abſoluit eum, & debitum remiſit. Ille dilationem petiit, iſte veniam conceſſit, adeo vt plus ceperit, quam poſtularit. Quapropter Paulus inquit, ei, qui poteſt omnia facere ſuper

Maxima fiducia quanam.

Expendit veniæ donatæ modum.

Ephe. 3. 20

A ἐπεδείξατο οὗτος, οὐκ ἀκτημοσύνην, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἔρημος ὢν καὶ γυμνὸς πάσης ἀρετῆς, ἐπειδὴ παρεκάλεσε τὸν δεσπότην μόνον, ἴσχυσεν αὐτὸν ἐπισπάσασθαι πρὸς ἔλεον. μὴ τοίνυν ἀπαγορεύωμεν ἐν τῇ δεήσει. τίς γὰρ τούτου γένοιτ' ἂν ἁμαρτωλότερος, ὃς τοσούτοις μὲν ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνος ἦν, κατόρθωμα δὲ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐκέκτητο; ἀλλ' ὅμως οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, ἀπαρρησίαστός εἰμι, αἰσχύνης γέμω· πῶς δυνήσομαι προσελθεῖν; πῶς δυνήσομαι παρακαλέσαι; ὃ πολλοὶ τῶν ἁμαρτανόντων λέγουσι, διαβολικὴν νοσοῦντες B εὐλάβειαν. ἀπαρρησίαστος εἶ; διὰ τοῦτο πρόσελθε, ἵνα κτήσῃ παρρησίαν πολλήν. μὴ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ μέλλων σοι καταλλάττεσθαι, ἵνα αἰσχυνθῇς καὶ ἐρυθριάσῃς; Θεός ἐστιν, ὁ σοῦ μᾶλλον βουλόμενος ἀπαλλάξαι σε τῶν ἐγκλημάτων. οὕτω σὺ τῆς σαυτοῦ ἀσφαλείας ἐπιθυμεῖς, ὡς ἐκεῖνος ἐφίεταί σου τῆς σωτηρίας. καὶ τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἡμᾶς ἐπαίδευσεν. οὐκ ἔχεις παρρησίαν; διὰ τοῦτο δυνήσῃ παρρησίαν ἔχειν, ὅτι οὕτω διάκεισαι. μεγίστη γὰρ παρρησία, τὸ μὴ νομίζειν ἔχειν παρρησίαν· ὥσπερ οὖν αἰσχύνη μεγίστη, τὸ δικαιοῦν ἑαυτὸν ἐνώπιον C κυρίου. ἐκεῖνος ἀκάθαρτός ἐστι, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων ἁγιώτερος ᾖ· ὥσπερ οὖν δίκαιος γίνεται ὁ πείσας ἑαυτὸν πάντων ἔσχατον εἶναι. καὶ μάρτυρες τῶν λεγομένων ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης. μὴ τοίνυν ἀπογινώσκωμεν ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι, μηδὲ ἀπαγορεύωμεν, ἀλλὰ προστρέχωμεν τῷ Θεῷ, προσπίπτωμεν, παρακαλῶμεν, ὅπερ οὗτος ἐποίησε, μέχρι τούτου καλῇ τῇ γνώμῃ χρησάμενος. τό τε μὴ ἀπαγορεῦσαι, τό τε μὴ ἀπογνῶναι, τό τε ὁμολογῆσαι τὰ ἡμαρτημένα, τό τε αἰτῆσαι ἀναβολήν τινα καὶ μέλλησιν, ταῦτα πάντα καλὰ, καὶ D διανοίας συντετριμμένης, καὶ τεταπεινωμένης ψυχῆς. τὰ δὲ ἐντεῦθεν οὐκ ἔτι ὅμοια τοῖς προτέροις. ἅπερ γὰρ διὰ τῆς ἱκετηρίας συνήγαγε, ταῦτα ἀθρόον ἐξέχεεν ἅπαντα διὰ τῆς εἰς τὸν πλησίον ὀργῆς. ἀλλὰ τέως ἐπὶ τὸν τρόπον τῆς συγχωρήσεως ἔλθωμεν· ἴδωμεν πῶς αὐτὸν ἀφῆκε, καὶ πόθεν ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ὁ δεσπότης. σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, φησιν, ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. ἐκεῖνος μέλλησιν ᾔτησεν, οὗτος συγχώρησιν ἔδωκεν· ὥστε πλέον οὗ ᾔτησεν, ἔλαβεν ἐκεῖνος. διὸ καὶ Παῦλός φησι, τῷ δυναμένῳ πάντα ποιῆσαι

ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. A οὐδὲ γὰρ ἰσχύεις ἐννοῆσαι τοσαῦτα, ὅσα ἐκεῖνός σοι παρεσκεύασε δοῦναι. μὴ τοίνυν αἰσχυνθῇς, μηδὲ ἐρυθριάσῃς· μᾶλλον δὲ αἰσχύνου μὲν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι· μὴ ἀπογίνωσκε δέ, μηδὲ ἀφίστασο τῆς εὐχῆς, ἀλλὰ πρόσελθε καὶ ἁμαρτωλὸς ὤν, ἵνα καταλλάξῃς σου τὸν δεσπότην, ἵνα δῷς αὐτῷ τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐν τῇ συγχωρήσει τῶν ἁμαρτιῶν τῶν σῶν ἐπιδείξασθαι. ὡς ἐὰν φοβηθῇς προσελθεῖν, ἐνεπόδισας αὐτοῦ τῇ ἀγαθότητι, διεκώλυσας αὐτοῦ τῆς χρηστότητος τὴν δαψίλειαν, τό γε εἰς σὲ ἧκον. μὴ τοίνυν ἀναπίπτωμεν, μηδὲ ὀκνῶμεν B ἐν ταῖς εὐχαῖς. κἂν γὰρ πρὸς αὐτὸ τῆς κακίας κατενεχθῶμεν τὸ βάραθρον, ταχέως ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀνασπάσαι δυνήσεται. οὐδεὶς τοσαῦτα ἥμαρτεν, ὅσα οὗτος. καὶ γὰρ ἅπαν εἶδος πονηρίας ἐπῆλθε· καὶ τοῦτο δηλοῖ τὰ μυρία τάλαντα. οὐδεὶς ἔρημος οὕτως ἦν, ὡς οὗτος. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὸν ἀποτίσαι. ἀλλ' ὅμως τὸν πάντοθεν προδοθέντα ἴσχυσεν εὐχῆς ἐξαρπάσαι δύναμις. καὶ τοσοῦτον δύναται, φησίν, εὐχή, ὡς τὸν δι' ἔργων καὶ μυρίων πραγμάτων προσκρούσαντα τῷ δεσπότῃ ἀπαλ- C λάξαι κολάσεως καὶ τιμωρίας; ναί, τοσοῦτον δύναται, ἄνθρωπε. οὐδὲ γὰρ αὕτη μόνη ἐστὶν ἡ τὸ πᾶν ἀνύουσα, ἀλλ' ἔχει σύμμαχον καὶ βοηθὸν μέγιστον, τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεχομένου τὴν εὐχὴν Θεοῦ, ἥτις ἐνταῦθα τὸ πᾶν εἰργάσατο, καὶ τὴν εὐχὴν ἐποίησε δυνατήν. τοῦτο γοῦν καὶ αἰνιττόμενος, ἔλεγε· σπλαγχνισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, ἀπέλυσεν αὐτόν, καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ· ἵνα μάθῃς ὅτι, μετὰ τῆς εὐχῆς, καὶ πρὸ τῆς εὐχῆς, τοῦ δεσπότου τὰ σπλάγχνα τὸ πᾶν ἐποίησεν. ἐξελθὼν δὲ ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς D ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, ἀπόδος μοι, εἴ τι ὀφείλεις. ἆρα τί τούτου γένοιτ' ἂν μιαρώτερον; ἔναυλον ἔχων τὴν εὐεργεσίαν, ἐπελάθετο τῆς τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίας. ὁρᾷς ὅσον ἐστὶν ἀγαθὸν ἁμαρτημάτων μεμνῆσθαι; καὶ γὰρ οὗτος, εἰ διηνεκῶς τούτων ἐμέμνητο, οὐκ ἂν οὕτως ἄγριος ἐγένετο καὶ ἀπάνθρωπος· διὰ τοῦτο συνεχῶς λέγω, καὶ λέγων οὐ παύομαι, ὅτι χρήσιμον σφόδρα καὶ ἀναγκαῖον, τὸ διηνεκῶς μνημονεύειν ἡμᾶς τῶν πεπλημμε-

& abundantius quàm petimus, aut cogitamus. Non enim potes cogitare tanta, quanta ille inſtituit donare tibi; ne igitur pudeſcas, neue erubeſcas, imo potius pudorem de peccatis collige, ne deſperes, neue abſiſtas à precatione, ſed accede, licet peccator ſis, vt reconcilies tibi Dominum, vt des illi locum, ſuam humanitatem in donatione tuorum criminum exhibendi, quia ſi timeas accedere, impedis illius bonitatem, remoraris illius benignitatis largitatem, quantum ad te attinet. Ne igitur animum deſpōdeamus, neue nos ſegnes timidóſque ad preces exhibeamus, etiamſi detruſi ſimus ad barathrum maliciæ, facilè inde nos extrahere poterit. Nemo tantum peccauit quantum iſte, nam omne genus ſcelerum perſecutus erat, id enim ſignificant dena millia talentorum, nemo ita inops virtutis eſt: vt iſte fuit, hoc enim intelligitur ex his verbis, quod nihil habebat, quod rependeret. Attamen vndecūque deſertum & inopem potuit vis precum liberare. Tātum, inquit, valet precatio, vt eum qui innumeris rebus & factis Dominum offenderit, à pœna & ſupplicio eripere poſſit? poteſt haud dubiè. Non enim illa ſola eſt quæ omnia conficit, ſed habet ſociam & auxiliatricem maximam humanitatem Dei, quæ preces accipit, huius viribus omnia fiunt, illáque eſt quæ oratoinem efficacem reddit. Id igitur ſubindicans, dixit, commotis viſceribus miſertus dominus abſoluit eum, & æs alienum remiſit, vt diſcas quod & poſt preces, & ante preces domini viſcera totum iſtud negotium fecerint. Egreſſus autem ille inuenit vnum conſeruorum ſuorum, qui ipſi debebat centum denarios, cuius apprehenſi collum intorquens, his verbis allocutus eſt: Redde quod debes. Quid ſceleſtius fieri poteſt? adhuc enim beneficij vocem murmurantem in auribus gerens oblitus eſt herilis bonitatis. En quantum bonum eſt peccatorum ſuorum meminiſſe; ſi enim hic perpetuo eorum memoriam retinuiſſet, non tam ferus & immanis factus fuiſſet; propterea aſſidue dico, nec omittam dicere, valde eſt vtile & neceſſarium per-

Non ſola prece venit impetratio, ſed cum gratia Dei.

petuo recordari delictorum omnium, A nihil enim ita rectè inſtitutam, tractabilem & mitem animam facere poteſt, quam perpetua delictorũ recordatio. Ideo & Paulus non ſolum peccatorum eorum, quæ ante lauacrum, ſed etiam quæ poſt baptiſmum cõmiſſa erãt, memor fuit, quamuis ſemel omnia & deleta & extincta eſſent. Si autem ille eorum quę ante baptiſmum geſſerat, memor fuit, multo magis nos, quæ poſt baptiſmum acta ſunt, in memoria retinere debemus; non enim ſolũ illa iſtiuſmodi recordatione extinguimus, ſed fit vt inde aduerſus omnes homines mitiores efficiamur, & Deo cum maiori B beneuolẽtia inſeruiamus, ineffabilem eius humanitatem ex iſtiuſmodi memoria perſpicientes. Quod iſte non fecit, ſed cum obliuione magnitudinis debitorum ſuorũ, etiam beneficij herilis oblitus fuit. Obliuione porro beneficij factum eſt, vt ſcelerate ſe geſſerit aduerſus conſeruum, & ſcelerate ſe gerendo omnia perdiderit, quę à Dei bonitate conſecutus erat. Apprehenſi enim collum intorſit, cum his verbis intonans Redde ſi quid debes: non dixit, redde centum denarios, puduiſſet C enim eum nominare tantillas minutias, ſed Redde ſi quid debes. Ille autẽ cadens ſub pedes eius obſecrabat dicens: Leni animo mecum age, & omnia reddam tibi. Eiſdem verbis ſuam ſalutem orat, quibus ille veniam à domino impetrauerat. Is autem præ nimia crudelitate, ne iſtis quidem verbis flectebatur, neque cogitauit, quod per hęc dicta ſalutem inuenerat. Quinimo ſi debitum remiſiſſet, ne ita quidem pro humanitate factum illud imputandum fuiſſet, ac pro ęris alieni ſolutione. Si enim ante rationẽ initam, & bene- D ficium acceptũ, hoc feciſſet, ipſius magnanimitati tale factum adſcribi potuiſſet: iam vero tam clementer habitus & tanto munere cumulatus, ad parem erga conſeruum clemẽtiam obligatus erat. Ille tamen nihil iſtiuſmodi fecit, aut in mentem admiſit, vt cogitaret, quantum intereſſet inter cõdonationem, quæ ipſi à domino contigerat, & eam quæ petebatur: non enim ſolum magnitudine debitorum aut dignitate perſonarum, ſed eo ipſo modo, quo res acta eſt, magnum inter vtrumque diſcrimen conſpicias.

Paulus peccatorũ ſuorũ recordatur.

A ληκυθῶν ἡμῖν ἁπάντων. οὐδὲν γὰρ οὕτω φιλόσοφον καὶ ἐπιεικῆ καὶ πρᾶον τὴν ψυχὴν ἐργάσασθαι δύναται, ὡς ὁ διηνεκὴς τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος οὐ μόνον τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἁμαρτημάτων ἐμέμνητο, καίτοιγε ἀφανισθέντων καθάπαξ. εἰ δὲ ἐκεῖνος τῶν πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐμέμνητο, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τῶν μετὰ τὸ βάπτισμα μεμνῆσθαι δεῖ. οὐ γὰρ δὴ μόνον αὐτὰ διαλύομεν τῇ μνήμῃ, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπιεικέστεροι διακεισόμεθα, καὶ τῷ Θεῷ μετὰ πλείονος δουλεύσο- B μεν τῆς εὐνοίας, τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ἐκ τῆς τούτων μνήμης καταμανθάνοντες· ὅπερ οὗτος οὐκ ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ἐπιλαθόμενος τοῦ μεγέθους τῶν ὀφλημάτων, καὶ τῆς εὐεργεσίας ἐπελάθετο· τῆς δὲ εὐεργεσίας ἐπιλαθόμενος, πονηρὸς περὶ τὸν σύνδουλον ἐγένετο, καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον πονηρίας ἅπαντα, ἅπερ ἐκέρδανεν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἀπώλεσε. κρατήσας γὰρ αὐτὸν ἔπνιγε, λέγων, ἀπόδος μοι, εἴ τι ὀφείλεις. οὐκ εἶπεν, ἀπόδος μοι τὰ ἑκατὸν δηνάρια (ᾐσχύνετο γὰρ τοῦ χρέους τὴν εὐ- C τέλειαν) ἀλλ᾽ ἀπόδος, εἴ τι ὀφείλεις. ὁ δὲ πεσὼν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρεκάλει αὐτὸν, λέγων· μακροθύμησον ἐπ᾽ ἐμοὶ, καὶ πάντα σοι ἀποδώσω. διὰ τῶν ῥημάτων, δι᾽ ὧν ἐκεῖνος εὕρετο τὴν συγχώρησιν, διὰ τούτων καὶ οὗτος ἀξιοῖ σωθῆναι. ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὠμότητος, οὐδὲ τούτοις τοῖς λόγοις κατεκάμπτετο, οὐδὲ ἐνενόησεν, ὅτι διὰ τούτων ἐσώθη τῶν ῥημάτων. καίτοιγε καὶ εἰ συνεχώρησεν, οὐδὲ οὕτω φιλανθρωπία τὸ πρᾶγμα λοιπὸν ἦν, ἀλλ᾽ ὀφειλὴ καὶ χρέος. εἰ μὲν γὰρ, πρὶν ἢ γενέσθαι τὸ λογοθέσιον, καὶ τὴν ψῆφον ἐξενεχθῆναι ἐκείνην, καὶ τοσαύτης ἀπολαῦσαι εὐερ- D γεσίας, τοῦτο ἐποίησεν, οἰκείας μεγαλοψυχίας ἦν τὸ γενόμενον· νυνὶ δὲ μετὰ τοσαύτην δωρεὰν καὶ τοσούτων ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, ὥσπερ ἀναγκαίου τινὸς ὀφλήματος λοιπὸν ὑπεύθυνος ἦν τῆς περὶ τὸν σύνδουλον ἀνεξικακίας. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἐποίησεν, οὐδὲ ἐνενόησεν ὅσον τὸ μέσον ἦν τῆς ἀφέσεως, ἧς τε αὐτὸς ἀπήλαυσε, καὶ ἣν περὶ τὸν σύνδουλον ἐπιδείκνυσθαι ἔμελλεν. οὐ γὰρ δὴ τῇ ποσότητι τῶν ὀφλημάτων, οὐδὲ τῷ ἀξιώματι τῶν προσώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ τρόπῳ πολλὴν τὴν διαφορὰν ἴδοι τις ἄν.

ἐκεῖνα μὲν γὰρ μυρία τάλαντα ἦν, ταῦτα δὲ ἑκατὸν δηνάρια· καὶ ἐκεῖνος μὲν εἰς τὸν δεσπότην ὕβρισεν, ὁ δὲ ὀφείλων αὐτῷ εἰς τὸν σύνδουλον· καὶ ἐκεῖνος μὲν εὖ παθὼν ἔμελλε χαρίσασθαι, ὁ δεσπότης δὲ οὐ μέγα ἀγαθὸν ἰδὼν παρ' αὐτοῦ γινόμενον, πάντα ἀφῆκεν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐνενόησεν, ἀλλὰ καθάπαξ ὑπὸ τῆς ὀργῆς πηρωθεὶς ἦγχεν αὐτὸν, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐνέβαλεν. ἰδόντες δὲ οἱ σύνδουλοι αὐτοῦ, φησὶν, ἠγανάκτησαν. καὶ πρὸ τοῦ δεσπότου οἱ σύνδουλοι καταψηφίζονται, ἵνα μάθῃς τοῦ δεσπότου τὸ ἥμερον. ἀκούσας δὲ ὁ δεσπότης αὐτοῦ, καὶ καλέσας αὐτὸν, πάλιν κρίνεται πρὸς αὐτόν. καὶ οὐδὲ οὕτως ἁπλῶς ἐκφέρει τὴν καταδίκην, ἀλλὰ πρότερον δικαιολογεῖται, καὶ τί φησι; δοῦλε πονηρὲ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι. τί τούτου γένοιτ' ἂν ἀγαθώτερον τοῦ δεσπότου; ὅτε μὲν αὐτῷ ὤφειλε τὰ μυρία τάλαντα, οὐδὲ μέχρι ῥήματος αὐτὸν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ πραθῆναι μόνον ἐκέλευσε, καὶ τοῦτο ἵνα ἀπαλλάξῃ τῆς ὀφειλῆς. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὸν σύνδουλον πονηρὸς ἐγένετο, τότε ὀργίζεται καὶ παροξύνεται, ἵνα μάθῃς ὅτι εὐκολώτερον τὰ εἰς αὐτὸν ἀφίησιν, ἢ τὰ εἰς τοὺς πλησίον ἁμαρτήματα. καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ. ἐὰν γὰρ προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, φησὶν, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ὕπαγε, πρότερον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τὴν αὐτοῦ τὰ ἡμέτερα προτιμᾷ, καὶ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης τῆς εἰς τὸν πλησίον οὐδὲν ἀνώτερον τίθησι; καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι. διὰ δὲ Παύλου οὕτως ἐνομοθέτει. εἴ τις ἀνὴρ γυναῖκα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν. ἂν μὲν γὰρ πορνεύσῃ, φησὶν, ἔκβαλε· ἂν δὲ ἄπιστος ᾖ, μὴ ἐκβάλῃς. ἐὰν εἰς σὲ ἁμάρτῃ, φησὶν, ἀπόκοψον· ἐὰν δὲ εἰς ἐμὲ ἁμάρτῃ, κάτεχε. οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ὅτε μὲν εἰς αὐτὸν ἥμαρτεν ἁμαρτήματα τοσαῦτα, συνεχώρησεν· ὅτε δὲ εἰς τὸν σύνδουλον ἥμαρτεν ἐλάττονα πολλῷ καὶ βραχέα τῶν εἰς δεσπότην, οὐκ ἀφῆκεν, ἀλλ' ἐπεξῆλθε· καὶ ἐνταῦθα μὲν πονηρὸν ἐκάλεσεν, ἐκεῖ δὲ οὐδὲ μέχρι ῥήματος αὐτὸν ἐλύπησε.

A Illa enim debitio decem millium talentorum erat, iſta centum denariorum: & ille quidem in dominum contumelioſè peccauerat, hic tantummodo conſeruo obligatus erat: ille beneficiis acceptis bene mereri viciſſim debebat, dominus qui nihil boni aut magni, aut parui ſenſerat, omnia remiſit. Attamen nihil horum cogitauit: ſed ſemel ab ira excæcatus, alterũ obtorto collo trahebat, & in carcerem coniecit. Videntes autem conſerui eius indignati ſunt, vt ait ſcriptura, & ante dominum eum condemnauerunt, vt diſcas domini manſuetudinem. Cum B audiſſet id dominus, rurſus aduerſus eum iudicium inſtituit: neque vel tum ſimpliciter condemnationem effert, ſed prius tanquam de iure cum illo diſceptat. Cæterum quibus id verbis facit? Serue ſcelerate, omne debitum illud remiſi tibi. Quid melius eo domino, cui cum deberentur decem millia talentorum, ne verbo quidem ſtomachatus eſt, aut ſceleſtum appellauit? ſed eum tantummodo venundari iuſſit: idque eo fine, vt à debitis liberaretur: eidem cum aduerſus conſeruum C improbè egiſſet ſtomachatur: vt diſcas ipſum facilius quod in ſe peccetur, quam quod aduerſus alios, remittere ſolere. Ac non ſolum iſtud in iſto loco facit, verum & alibi. Si enim, inquit, adfers donum tuum ad altare, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te, abi primũ, vt reconcilieris fratri tuo, ac tum demum venias ad offerendum munus tuum. Vides quam vbique ſua noſtris anteponat, pacemque & charitatem proximorum ſummo loco conſtituat? Et rurſus alibi: Quicunque repudiat D vxorẽ ſuam, pręterquam ratione adulterij, eam adulterari facit. Per Paulum autem hanc legẽ ſancit, Si quis vir vxorem habet infidelem, eiq́; placeat cum ipſo matrimonium fouere, ne dimittat eam, quod ſi adultera ſit, eiiciatur, ſi autem infidelis ſit, ne expellatur: ſi inquit, in te peccauerit, abſcinde, ſi in me, detineas in matrimonio. Ita & hic, cũ tanta peccata aduerſum ſe cõmiſſa erant, veniam dedit, cum autẽ aduerſus conſeruũ, licet minora, paucioraq́; nequaquã remiſit, ſed vltionẽ perſecutus eſt. Et hîc quidem eum ſceleſtum appellauit, illic ne verbo quidem contriſtauit.

Facilius dimittit quæ in ſe peccãtur, quam quæ in alios Dominus.

Matth. 5. 23.

Matth. 5. 32.

1. Cor. 7. 12.

Et ideo hîc illud quoque adiunctum eſt, quod dominus iratus tradiderit eum tortoribus: cum autem ab illo repoſcebat rationem decies mille talentum, nihil iſtiuſmodi additum fuit: vt intelligas illic quidẽ calculum ſubductum fuiſſe, non irarum, ſed ſolicitudinis, quæ veniæ locum pararet. Hoc autem peccatum dominum planè exacerbauit. Quid igitur eſt peius iniuriæ recordatione, cum benignitatem Dei iam depromptam reuocet, & quæ non potuerunt efficere alia peccata, hæc efficiat ira aduerſus proximum? Atqui ſcriptum eſt, Dei do-

Rom. 11. 29 na ex pœnitentia non reuocari. Cur igitur hic poſt eductum munus, poſt progreſſam benignitatem, reductus eſt calculus? Propter iniuriæ pertinacem memoriam: quamobrem non errauerit quis, ſi hoc peccatũ omni peccato grauius pronunciet; alia enim omnia veniam impetrare potuerunt, iſtud ſolum adeo non potuit veniam adipiſci, vt iam deleta, & iam extincta iterum refricarit. Duplex igitur malum pertinax iniuriæ memoria, & quod nullam excuſationem apud Deum prætendere poteſt, & quod reliqua peccata iam remiſſa, iterum reuocet, & contra nos conſtituat.

Nihil ita Deus odit ac mẽtem memorem iniuriæ. Quod ipſum & hîc factum eſt: nihil enim, nihil omnino ita Deus odit, & auerſatur: vt hominem offenſarum memorem, & tenacis iræ. Et illud quidem præcipue ex hoc loco declarauit, & ex oratione,in qua iuſſit nos

Matth. 6. 12. ita dicere: Remitte nobis debita noſtra: vt & nos remittimus debitoribus noſtris.

Epilogus Sermonis. Hæc igitur omnia docti, & parabola iſta in cordibus inſcripta, cum cogitauerimus quæ paſſi ſumus à conſeruis, cogitemus quæ fecimus in ipſum dominum, & metu propriorum criminum, iram de alienis delictis collectam facillime poterimus ſummouere; ſi enim meminiſſe oportet delictorum, propriorum tantum meminiſſe oportet. Quod ſi propriorum memores fuerimus, nunquam aliena delicta ſupputabimus: contra ſi illorum obliuiſcamur, iſta facilius obuerſabuntur noſtris cogitationibus. Nam & hic ſi decies mille talentorum memor fuiſſet, nunquam de centum denariis recordationem

διὰ τοῦτο μὲν καὶ ἐνταῦθα καὶ τοῦτο πρόσκειται, ὅτι ὀργισθεὶς παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς· ἡνίκα δὲ αὐτὸν ἀπῄτει λόγον τῶν μυρίων ταλάντων, οὐδὲν τοιοῦτον προσέθηκεν· ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐκείνη μὲν ἡ ψῆφος οὐχὶ ὀργῆς ἦν ἀλλὰ κηδεμονίας πρὸς συγχώρησιν ἐπαγομένης· αὕτη δὲ αὐτὸν μάλιστα παρώξυνεν ἡ ἁμαρτία. ἄρα τί γένοιτ᾽ ἂν μνησικακίας χεῖρον, ὅταν φιλανθρωπίαν ἐξενεχθεῖσαν ἀνακαλῆται Θεοῦ, καὶ ἅπερ οὐκ ἴσχυσεν αὐτὴν διαφθεῖραι τὰ ἁμαρτήματα, ταῦτα ἴσχυσεν αὐτὸν ἐργάσασθαι ἡ κατὰ τοῦ πλησίον ὀργή; καίτοι γε γέγραπται, ὅτι ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ. πῶς οὖν ἐνταῦθα μετὰ τὸ ἐξενεχθῆναι τὴν δωρεὰν, μετὰ τὸ προχωρῆσαι τὴν φιλανθρωπίαν, ἀνεκλήθη πάλιν ἡ ψῆφος; διὰ τὴν μνησικακίαν· ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι, πάσης ἁμαρτίας ταύτην χαλεπωτέραν ἀποφηνάμενος εἶναι. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πᾶσαι ἠδυνήθησαν συγχώρησιν εὑρέσθαι, αὕτη δὲ οὐ μόνον οὐκ ἴσχυσε συγγνώμης τυχεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑτέρας ἀφανισθείσας καθάπαξ ἀνενέωσε πάλιν. ὥστε διπλοῦν κακὸν ἡ μνησικακία, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀπολογίαν ἔχει παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι τὰ λοιπὰ ἡμῶν ἁμαρτήματα, κἂν συγχωρηθῇ, πάλιν ἀνακαλεῖται, καὶ καθ᾽ ἡμῶν ἵστησιν· ὅπερ οὖν καὶ ἐνταῦθα ἐποίησεν. οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν οὕτως ὁ Θεὸς μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται, ὡς ἄνθρωπον μνησίκακον καὶ διατηροῦντα ὀργήν. καὶ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐντεῦθεν ἐπεδείξατο, καὶ ἀπὸ τῆς εὐχῆς δὲ αὐτῆς ἐκέλευσεν ἡμῖν λέγειν οὕτως, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, καὶ τὴν παραβολὴν ἐγγράψαντες ταύτην ἐν ταῖς καρδίαις, ὅταν ἐννοήσωμεν ἅπερ πεπόνθαμεν παρὰ τῶν συνδούλων, λογισώμεθα ἅπερ ἐποιήσαμεν εἰς τὸν δεσπότην· καὶ τῷ φόβῳ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων τὸν θυμὸν τὸν ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις πλημμελήμασι ταχέως ἀπώσασθαι δυνησόμεθα. εἰ γὰρ δεῖ μεμνῆσθαι ἁμαρτημάτων, τῶν οἰκείων δεῖ μεμνῆσθαι μόνον. ἐὰν δὲ τῶν οἰκείων μνημονεύσωμεν, οὐδέποτε τὰ ἀλλότρια λογιούμεθα· ὥσπερ οὖν ἂν τούτων ἐπιλανθανώμεθα, ἐκεῖνα ῥᾳδίως ἐμφιλοχωρήσει τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς. καὶ γὰρ οὗτος εἰ τῶν μυρίων ταλάντων ἐμέμνητο, οὐκ ἂν ἐμνήσθη τῶν

ἑκατὸν δηναρίων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκείνων ἐπελάθετο, διὰ τοῦτο ὑπὲρ τούτων ἦγχε τὸν σύνδουλον, καὶ ὀλίγα βουλόμενος ἀπαιτῆσαι, οὔτε ἐκείνων ἐπέτυχεν, ἀλλὰ καὶ τῶν μυρίων ταλάντων τὸν ὄγκον εἰς τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἀπεσπάσατο. διὰ τοῦτο θαῤῥῶν ἂν εἴποιμι, ὅτι πάσης ἁμαρτίας αὕτη χαλεπωτέρα· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐγὼ λέγω τοῦτο, ἀλλ' ὁ Χριστὸς διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης τοῦτο ἀπεφήνατο. εἰ γὰρ μὴ τῶν μυρίων ταλάντων, λέγω δὴ τῶν ἀφάτων ἁμαρτημάτων αὕτη χαλεπωτέρα ἦν, οὐκ ἂν διὰ ταύτην κἀκεῖνα ἀνεκαλέσατο. μηδὲν τοίνυν οὕτω σπουδάζωμεν, ὡς ὀργῆς καθαρεύειν, καὶ τοὺς πρὸς ἡμᾶς ἀηδῶς ἔχοντας καταλλάττειν, εἰδότες ὅτι οὔτε εὐχή, οὔτε ἐλεημοσύνη, οὔτε νηστεία, οὔτε κοινωνία μυστηρίων, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν, ἐὰν μνησικακῶμεν, δυνήσεται ἡμῶν προστῆναι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην· ὥσπερ οὖν ἐὰν ταύτης περιγενώμεθα τῆς ἁμαρτίας, κἂν μυρία ἔχωμεν πλημμελήματα, δυνησόμεθά τινος συγγνώμης τυχεῖν. καὶ οὐχὶ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς τότε κρίνειν Θεοῦ. καθάπερ γὰρ ἐνταῦθα εἶπεν, ὅτι οὕτω ποιήσει καὶ ὁ πατήρ μου, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν· οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. ἵνα οὖν καὶ ἐνταῦθα πρᾶον καὶ ἤρεμον διάγωμεν βίον, κἀκεῖ συγχωρήσεως καὶ ἀφέσεως τύχωμεν, σπουδάζωμεν καὶ πραγματευώμεθα, ὅσους ἐὰν ἔχωμεν ἐχθρούς, καταλλάττειν ἡμῖν. οὕτω γὰρ καὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν, κἂν μυρία ὦμεν ἡμαρτηκότες, καταλλάξομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A retinuiſſet. Ideo poſtquam illorum oblitus erat, factum eſt, vt conſeruum obtorto collo in carcerem traheret, & pauca volens extorquere, neque illa quidem aſſecutus eſt: ſed & decies mille talentorum molem in ſuum ipſius caput retraxit. Quocirca audacter dixero, omni peccato iſtud grauius eſſe: quinimo non ego hoc dico, ſed Chriſtus per parabolam iſtam iſtud oſtendit. Si enim non decem millibus talentûm, hoc eſt, ineffabilibus peccatis iſtud grauius eſſet, nequaqnam huius cauſa, illa omnia iam donata reuocata
B fuiſſent. Nihil igitur ita ſtudeamus, quam vt ipſi ira vacemus, & nobis infenſos reconciliemus: cum illud haud dubiè conſtet nullam nec orationem, nec eleemoſynam, nec ieiunium, nec participationem myſteriorum, aut aliud quippiam, ſi memores offenſarum ſimus, nobis patrocinari poſſe in illa die: vt contra ſi hoc peccatum ſuperemus, etiamſi mille delictis inquinati ſimus, veniam aliquam exorare liceat. Nec meus ſermo eſt iſte, ſed illius qui tunc
C nos iudicaturus eſt Dei. Quemadmodum hoc in loco pronunciauit: ita, inquiens, faciet pater meus, ſi non remiſeritis hominibus delicta, quiſque ex corde ſuo. Et rurſum alibi, Si remiſeritis hominibus debita Matth.18. 35. & 6.14.
ſua, remittet & vobis pater veſter cœleſtis. Vt igitur & hîc manſuetam & mitem agamus vitam, & illic veniam & remiſſionem obtineamus: ſtudendum ac ſatagendum eſt, vt quotquot habemus inimicos, eos nobis reconciliemus. Ita enim & dominũ noſtrum, etiam ſi infinities peccauerimus, re-
D conciliabimus, & futura bona adipiſcemur, quibus nos dignos opto fieri, gratia & humanitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

Λόγος β.

Μετὰ τὰς Καλάνδας τῇ ἑξῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ λεχθεὶς κατὰ μεθυόντων, καὶ περὶ τῶν εἰς καπηλεῖα εἰσιόντων, καὶ εἰς τὴν πόλιν χορείας τελούντων, καὶ ὅτι τὸν διδάσκαλον οὐ χρὴ ἀπογινώσκειν τῶν μαθητῶν, κἂν πρὸς τὸ παρὸν

SERMO II.

Homilia poſtridie Calendas Antiochiæ habita de iis qui inebriantur, déque iis qui commeant ad cauponas, ac popinas, quíque choreas ducunt per ciuitatẽ: præterea quòd non oporteat præceptorẽ deſperare de diſcipulis, etiamſi in præſens non

obtemperent: poſtremò de Lazaro mendico, ac diuite, concio prima Deſ. Eraſmo, Roterodamo interprete.

Satanæ feſtum voluptatibus dicatum.

HESTERNVM diem, quum eſſet feſtum Satanæ, feciſtis feſtũ ſpiritus, quia multo cũ animi ſtudio recepiſtis ea quæ à nobis dicebantur, maximamq; diei partẽ in eo conſumpſiſtis, ebrij temulentia quadã ſobrietatis plena, cumq; Paulo ducentes choreas. Qua quidẽ ex re vobis geminum accreuit lucrũ, primùm quòd ab indecora temulẽtorum ſaltatione abſtinuiſtis, deinde quod ſpiritalibus ſaltaſtis tripudiis, quibus plurimũ adeſt decoris ac modeſtiæ. Ad hæc quòd crateris participes fuiſtis, non mero, ſed ſpiritali doctrina redundãtis: neque ſaltaſtis ad tibiæ citharæq; modos, ſed ipſi tibia citharaq; fuiſtis Spiritui ſancto: quũq; cęteri choros ducerẽt diabolo, vos eò quòd hoc in loco verſabamini, prębuiſtis vos ipſos organa vaſaq; ſpiritui: exhibuiſtiſq; animas veſtras ceu muſica inſtrumenta, quæ Spiritus ſanctus pulſaret moueretq;, præbuiſtis corda veſtra velut organa, quibus gratiã ſuam inſpiraret. Vnde modulatum concẽtum reddidiſtis, non ſolùm homines demulcẽtem, verũetiam ſupernas virtutes delectantẽ. Agè itaque & hodie, aduerſus ebrietatẽ armemus linguã, iſtamq; vitam madidam ac diſſolutã proſternamus: vituperemus iſtos qui in ea totis diebus verſantur, non vt illos pudefaciamus, ſed vt eos à pudendis liberemus: non vt illos probris afficiamus, ſed vt eos corrigamus: non vt illos traducamus, ſed vt ab infami traductione, & à diaboli, hoc eſt traductoris manibus eripiantur. Quiſquis enim in temulẽtia totos agit dies, quiſquis in delicijs & ingurgitatione, ſub diaboli tyrãnidem redactus eſt. Atque vtinam oratio noſtra profectus aliquid adferat. Quòd ſi poſt noſtram etiã admonitionem in iiſdem vitiis perſeuerauerint, ne ſic quidẽ nos deſiſtemus illis quod rectum eſt, conſulere, quãdo quidem & aquarũ venę etiamſi nullus veniat aquatum, manãt tamen: & fontes quãuis hauriat nemo, tamen ſcatebras emittunt: & amnes etiamſi nemo bibat, nihilo ſecius fluunt: ſic oportet & illum qui concionatur, quãuis nullus auſcultet, tamen præſtare quicquid in ipſo ſitũ eſt. Siquidẽ

Sobria ebrietas.

Muſica piorum.

Mali non infamandi, ſed corrigendi.

Similia pulchra.

A μὴ πείθωνται, καὶ εἰς τὸν πτωχὸν Λάζαρον καὶ τὸν πλούσιον λόγος πρῶτος.

ΤΗν χθὲς ἡμέραν, ἑορτὴν οὖσαν Σατανικὴν, ἐποιήσατε ὑμεῖς ἑορτὴν πνευματικὴν, μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας τοὺς παρ' ἡμῶν δεξάμενοι λόγους, καὶ τὸ πλέον ἐνταῦθα τῆς ἡμέρας διατρίψαντες, καὶ μέθην μεθυσθέντες σωφροσύνης γέμουσαν, καὶ μετὰ τοῦ Παύλου χορεύσαντες. διπλοῦν τοίνυν οὕτω τὸ κέρδος ὑμῖν γέγονεν, ὅτι καὶ τῆς ἀτάκτου τῶν μεθυόντων ἀπηλλάγητε χο-
B ρείας, καὶ σκιρτήματα ἐσκιρτήσατε πνευματικὰ, πολλὴν εὐταξίαν ἔχοντα· καὶ μετέσχετε κρατῆρος, οὐκ ἄκρατον ἐκχέοντος, ἀλλὰ διδασκαλίας πεπληρωμένου πνευματικῆς· καὶ αὐλὸς ἐγένεσθε καὶ κιθάρα τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ· καὶ τῶν ἄλλων τῷ διαβόλῳ χορευόντων, ὑμεῖς ὄργανα καὶ σκεύη πνευματικὰ κατασκευάσαντες ἑαυτοὺς, διὰ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, ἐδώκατε τῷ πνεύματι κροῦσαι τὰς ὑμετέρας ψυχὰς, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν ἐμπνεῦσαι ταῖς ὑμετέραις· ὅθεν καὶ παναρμόνιον ἠχήσατε μέλος, οὐκ
C ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις εὐφραῖνον. φέρε οὖν σήμερον κατὰ μέθης ὁπλίσωμεν τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαρρέοντα καταβάλωμεν βίον· κατηγορήσωμεν τῶν ἐν αὐτῇ διημερευόντων, οὐχ ἵνα αὐτοὺς καταισχύνωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς αἰσχύνης ἀπαλλάξωμεν· οὐχ ἵνα αὐτοὺς ὀνειδίσωμεν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὺς διορθωσώμεθα· οὐχ ἵνα αὐτοὺς ἐκπομπεύσωμεν, ἀλλ' ἵνα πομπῆς ἀσχήμονος ἀπαγάγωμεν, καὶ τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν ἐξαρπάζωμεν. ὁ γὰρ ἐν μέθῃ διημερεύων, καὶ τρυφῇ, καὶ ἀδηφαγίᾳ, ὑπ' αὐτὴν τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα γεγένηται.
D καὶ γένοιτο μέν τι πλέον γενέσθαι ἐκ τῶν ἡμετέρων ῥημάτων· ἂν δ' ἄρα τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωσι καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν, οὐδὲ οὕτως ἡμεῖς ἀποστησόμεθα τῆς πρὸς αὐτοὺς συμβουλῆς. καὶ γὰρ αἱ κρῆναι, κἂν μηδεὶς ὑδρεύηται, ῥέουσι· καὶ αἱ πηγαὶ, κἂν μηδεὶς ἀρύηται, ἀναβλύζουσι· καὶ οἱ ποταμοὶ, κἂν μηδεὶς πίνῃ, τρέχουσι. δεῖ τοίνυν καὶ τὸν λέγοντα, κἂν μηδεὶς προσέχῃ, τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα πληροῦν. καὶ γὰρ νόμος ἡμῖν τοῖς τὴν

A τοῦ λόγου διακονίαν ἐγκεχειρισμένοις παρὰ τῆς φιλανθρώπου κεῖται Θεοῦ μηδέποτε τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐλλιμπάνειν, μηδὲ σιγᾶν, κἂν ἀκούῃ τις, κἂν παρατρέχῃ. ὁ γοῦν Ἱερεμίας ἐπειδὴ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπειλῶν, καὶ τὰ μέλλοντα προαναφωνῶν δεινὰ παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐκωμῳδεῖτο, καὶ δι' ὅλης ἐγελᾶτο τῆς ἡμέρας, ἐβουλεύσατό ποτε τῆς προφητείας ἀποστῆναι ἐκείνης, ἀνθρώπινόν τι παθών, καὶ τὰ σκώμματα καὶ τὰς λοιδορίας οὐκ ἐνεγκών. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦτο δηλοῦντος, δι' ὧν φησιν· ἐγενόμην εἰς γέλωτα ὅλην τὴν ἡμέραν· εἶπον, οὐ μὴ λαλήσω, οὐδὲ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα κυρίου· καὶ ἐγένετο ἐν ἐ- B μοὶ ὡς πῦρ καιόμενον καὶ φλεγμαῖνον ἐν τοῖς ὀστέοις μου. παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἐβουλευσάμην ἀποστῆναι τῆς προφητείας, φησίν, ἐπειδὴ οὐκ ἤκουον οἱ Ἰουδαῖοι· καὶ ἅμα τοῦτο ἐβουλευσάμην, καθάπερ πῦρ εἰς τὴν ψυχὴν ἐνέπεσε τὴν ἐμὴν ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια, καὶ πάντα τὰ ἔνδον κατέφλεξεν, ἐπιδαπανῶσά μου τὰ ὀστᾶ καὶ κατεσθίουσα οὕτως, ὡς μὴ δύνασθαί με ἐνεγκεῖν τὸν ἐμπρησμὸν ἐκεῖνον. εἰ δὲ ὁ γελώμενος καὶ C χλευαζόμενος ἐκεῖνος καὶ καθ' ἑκάστην λοιδορούμενος τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ ἐβουλεύσατο σιγῆσαι, τοσαύτην ὑπέστη τιμωρίαν· τίνος ἂν εἴημεν ἡμεῖς συγγνώμης ἄξιοι, τοιοῦτον μὲν οὐδέπω παθόντες οὐδέν, διὰ δὲ τὴν ῥᾳθυμίαν τινὰ μικροψυχήσαντες, καὶ τῆς διδασκαλίας ἀποστάντες τῆς πρὸς ἐκείνους· καὶ μάλιστα, ὅταν τοσοῦτοι οἱ προσέχοντες ὦσι; ταῦτα δὲ λέγω, οὐκ ἐμαυτὸν παραμυθούμενος, οὐδὲ παρακαλῶν (καὶ γὰρ πέπεικα τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν, ἕως ἂν ἐμπνέω, καὶ δοκῇ τῷ Θεῷ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἡμᾶς εἶναι, ταύτην πληρῶσαι τὴν διακο- D νίαν, καὶ ἄν τε προσέχῃ τις, ἄν τε μὴ προσέχῃ, τὸ ἐπιταχθὲν ποιεῖν) ἀλλ' ἐπειδή τινές εἰσιν οἱ τὰς τῶν πολλῶν ἐκλύοντες χεῖρας, καὶ πρὸς τῷ μηδὲν αὐτοὺς χρήσιμον εἰς τὸν βίον εἰσφέρειν τὸν ἡμέτερον, καὶ τὴν ἑτέρων παραλύοντες σπουδήν, χλευάζοντες καὶ διακωμῳδοῦντες καὶ λέγοντες, ἀπόστηθι συμβουλεύων, παῦσαι παραινῶν· οὐ βούλονταί σοι προσέχειν, μηδὲν κοινὸν ἔχε πρὸς αὐτούς· ἐπειδή τινές εἰσι ταῦτα λέγοντες, τὴν πονηρὰν καὶ ἀπάνθρωπον ταύτην γνώμην καὶ διαβολικὴν ἐπιβουλὴν τῆς

hæc lex nobis qui ſacri ſermonis adminiſtrationem ſuſcepimus, à benigno præſcripta eſt Deo, ne vnquam quod quidem in nobis fuerit, facere deſatigemur: nec vllo tempore ſileamus, ſiue ſit qui auſcultet, ſiue ſit qui prætercurrat negligens quod dicitur. Nam & Hieremias cum Iudæis multa minitãs, maláque imminentia prædicẽs, ab audientibus ſubſannaretur, totóque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia deſiſtere, nimirum humano quodam affectu victus, ſannas illas & conuicia perpeti non valens, aitque: Factus ſum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & & factus eſt in me velut ignis ardens, atque æſtuans, in oſſibus meis, ac diſſoluor vndiq;, nec poſſum ferre. Quod autem dicit, hunc habet ſenſum: Volebam, inquit, à prædictione deſiſtere, propterea quod non auſcultabant Iudæi: & ſimul atque hoc cogitaſſem, irruit in animam meam ſpiritus vis, velut ignis, omniáque intima mea ſuccẽdit, conſumens inſuper, & exedens oſſa mea, adeò vt incendium illud ferre non poſſem. Quòd ſi propheta qui quotidie ludibrio habebatur, quotidie conuiciis inceſſebatur, ſic diſcruciatus eſt, eò quod ſtatuerat ſilere: qua tandem nos venia digni cenſebimur, ſi qui nondum tale quicquam perpeſſi ſumus, tamen ob quandam negligentiam deiiciamus animum, & ab exhibenda illis doctrina ceſſemus, maximè verò cùm tam multi ſint, qui ſe præbent attentos? Non hæc loquor mei conſolandi deliniendique gratia. Nam meo quidem ipſius animo perſuaſi, quoad ſpirauero, & donec Domino viſum fuerit nos in præſenti vita verſari, hoc implere miniſterium, ſiue quis attendat, ſiue non attendat, vt faciat ea quæ præcipiuntur. Verùm quoniam ſunt nonnulli, qui multorum manus diſſoluunt, neque contenti quod ipſi nihil vtilitatis adferunt vitę noſtrę noſtræ, etiam aliorum ſtudium ac feruorem refrigerãt ſannis ac dicteriis, dum aiunt, Deſine bene conſulere, deſiſte monere. Nolunt tibi auſcultare. Ne quid ſit tibi cum illis commercij. Quoniam ergo ſunt quidam iſta loquentes, inhumanam hãc ſententiam, inſidiaſq; diabolicas excutere volens è

Verbi miniſter nũquam ceſſare debet ab officio.

Hier. 20.7

multorum animis, pluribus ac de re diſſero. Siquidem & heri noui multos qui talia verba protulerint, qui quum conſpicerent aliquos in caupona detriuiſſe tempus, cum riſu ſanniſque dicebant: Scilicet omnino perſuaſi ſunt. Nemo prorſus cauponam ingreſſus eſt. Omnes ſobrij ſunt redditi. Quid ais homo? videlicet iſtuc polliciti ſumus, nos vno die omnes illos reti capturos? Nam ſi decem modò perſuaſi fuerint, ſi quinque tantùm, ſi vnus: nónne nobis hoc ſufficit ad conſolationem? Ego verò dicam quiddam hoc etiam vehementius. Pone neminem noſtris dictis fuiſſe perſuaſum. Quanquam id fieri nunquam poteſt, nimirum vt ſermo in tam multas aureis diſſeminatus, vacet omni fructu. Veruntamen pone iſtuc eſſe, ne ſic quidem nobis nihil adferet lucri ſermo noſter. Nam etiamſi nonnulli ingreſſi ſunt cauponam, non tamen cum pari qua ſolent impudentia ſunt ingreſſi, ſed ad ipſam etiam menſam crebrò noſtrorum verborum recordati ſunt, ſubiit illis noſtra reprehenſio, rediit in memoriã noſtra obiurgatio, ac recordantes rubore ſuffuſi ſunt, erubuerunt tacita cogitatione, nec ſimili impudentia fecerunt ea quæ ſolebant. Hoc autem initium eſt ſalutis, optimęque mutationis, ſi quem penitus ſui pudeat, ſi quis prorſus damnet ea quę fiunt. Quin ex hoc inſuper & aliud nobis lucrum non minus naſcitur. Quódnam hoc? Nimirum illud, quod eos qui ſobrietatem amplectuntur, reddimus modeſtiores magíſque compoſitos, dum ex oratione noſtra declaratur, quòd optimis ducantur conſiliis, qui non abducuntur exemplo multitudinis. Non erexi quidẽ ægrotantes, attamen eos qui valẽt, reddidi firmiores. Non abduxit quoſdam à vitio ſermo noſter, ſed tamen eos qui cum virtute vitam agunt, reddidit attentiores. Super hæc quoque quiddã addam tertium. Hodie non perſuaſi, ſed cras fortaſſe perſuadere potero. Quòd ſi minus cras, attamẽ perẽdie, aut quarto ab hinc die fortaſſis perſuaſero. Qui hodie quod audiuit repulit, cras fortaſſis audiet ac recipiet. Tum qui hodierno craſtinóque die contempſit, fortaſſis poſt dies complures præbebit animum iis quæ dicentur. Quandoquidem & illud crebrò fit, vt piſcator qui per totum diẽ vacuum attraxit rete, ſub noctem iam abire parans, capto, qui ipſum per totum fefellerat

Verbum ſemper in aliquo fructificat.

Gradus ad virtutem eſt, minus impudenter peccare.

Reprehenſionis ſermo bonos reddit meliores.

Nõ deſperandum de malis.

Simile à piſcatore.

A ψυχῆς τῶν πολλῶν ἐκκόψαι βουλόμενος, μακρότερον τοῦτον ποιῶ τὸν λόγον. καὶ γὰρ καὶ χθὲς οἶδα πολλοὺς εἰρηκότας ταῦτα τὰ ῥήματα, οἳ, ἐπειδὴ τινὰς εἶδον ἐν καπηλείῳ διατρίψαντας, γελῶντες καὶ διαχλευάζοντες ἔλεγον· πάνυ γε γὰρ ἐπείσθησαν· ὅλως οὐδεὶς εἰς καπηλεῖον εἰσῆλθε· ἅπαντες ἐσωφρόνησαν. τί λέγεις ἄνθρωπε; τοῦτο γὰρ ὑπεσχόμεθα πάντας ἐν μιᾷ σαγηνεύειν ἡμέρᾳ; εἰ γὰρ δέκα μόνον ἐπείσθησαν, εἰ γὰρ πέντε μόνον, εἰ γὰρ εἷς, οὐχ ἱκανὸν ἡμῖν εἰς παραμυθίαν; ἐγὼ δὲ καὶ ὑπερβολὴν ἑτέραν ποιοῦμαι. κείσθω μηδένα πεπεῖ-

B σθαι τοῖς ἡμετέροις λόγοις (ὅπερ ἀδύνατον, εἰς τοσαύτας ἀκοὰς σπειρόμενον λόγον ἄκαρπον γενέσθαι ποτέ) πλὴν ἀλλὰ κείσθω τοῦτο αὐτό· οὐδὲ οὕτως ἀκερδὴς ἡμῖν ὁ λόγος. εἰ γὰρ καὶ εἰσῆλθον εἰς καπηλεῖον, ἀλλ᾽ οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς ἀναισχυντίας εἰσῆλθον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης πολλάκις τῶν ἡμετέρων ἐμνήσθησαν λόγων, τῆς ἐπιτιμήσεως, τῆς ἐπιπλήξεως· καὶ μνησθέντες, ἠρυθρίασαν κατὰ διάνοιαν· οὐ μετὰ τοσαύτης ἰταμότητος τὰ εἰωθότα ἔπραξαν. τοῦτο δὲ ἀρχὴ σωτηρίας καὶ μεταβολῆς ἀρίστης, τὸ ὅλως αἰ-

C σχυνθῆναι, τὸ ὅλως καταγνῶναι τῶν γινομένων. πρὸς τούτοις δὲ οὐκ ἔλαττον καὶ ἕτερον ἡμῖν ἐκ τούτου γέγονε κέρδος. ποῖον δὴ τοῦτο; τὸ καὶ τοὺς σωφρονοῦντας σεμνοτέρους ποιῆσαι, καὶ πεῖσαι διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἄριστα πάντων εἰσὶ βεβουλευμένοι, μὴ συναπαγόμενοι τοῖς πολλοῖς. οὐκ ἀνέστησα τοὺς νοσοῦντας; ἀλλὰ τοὺς ὑγιεῖς ἀσφαλεστέρους ἐποίησα. οὐκ ἀπήγαγέ τινας τῆς κακίας ὁ λόγος; ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας ἀκριβεστέρους εἰργάσατο. εἴπω τι καὶ πρὸς τούτοις τρίτον. οὐκ ἔπεισα σήμερον; ἀλλ᾽ αὔριον

D ἴσως δυνήσομαι πεῖσαι. ἀλλ᾽ οὐδὲ αὔριον; ἀλλὰ μετὰ τὴν αὔριον, ἢ καὶ μετ᾽ ἐκείνην ἴσως. ὁ σήμερον ἀκούσας, καὶ διακρουσάμενος, αὔριον ἴσως ἀκούσεται καὶ καταδέξεται· ὁ καὶ σήμερον καὶ αὔριον καταφρονήσας, μετὰ πλείους ἴσως ἡμέρας προσέξει τοῖς λεγομένοις. καὶ γὰρ ὁ ἁλιεὺς πολλάκις δι᾽ ὅλης τῆς ἡμέρας κενὸν ἀνασπάσας τὸ δίκτυον, ἐν ἑσπέρᾳ πολλάκις ἀναχωρεῖν μέλλων, τὸν δι᾽ ὅλης αὐτὸν τῆς ἡμέρας διαφυγόντα ἰχθὺν ἁλιεύσας ἀπῆλθεν, εἰ δὲ

μέλλοιεν διὰ τὰς ἀεὶ γινομένας ἀποτυχίας ἐν ἀργίᾳ εἶναι, καὶ τῶν πραγμάτων ἀφίστασθαι πάντων, ἅπας ἡμῖν ὁ βίος ἀπόλλυται· καὶ οὐχὶ τὰ πνευματικὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ βιωτικὰ οἰχήσεται πάντα. καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς εἰ μέλλοι διὰ τὰς ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις γινομένας τῶν ἀέρων ἀνωμαλίας τῆς γεωργίας ἀποπηδᾶν, λιμῷ ταχέως ἀπολούμεθα πάντες. καὶ κυβερνήτης δὲ εἰ διὰ τὸν ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις συμβάντα χειμῶνα φεύγοι τὴν θάλατταν, ἄπλωτον ἡμῖν ἔσται τὸ πέλαγος, καὶ ἄχρηστος καὶ ἐντεῦθεν ἡμῖν ὁ βίος πάλιν γενήσεται. καθ' ἑκάστην δὲ τέχνην ἐπιών, εἰ ταῦτα προαιροίης καὶ συμβουλεύοις, πάντα ἄρδην ἀπόλλυται, καὶ ἀοίκητος ἔσται ἡ γῆ. ἅπερ οὖν ἅπαντες εἰδότες, κἂν ἅπαξ, κἂν δίς, κἂν πολλάκις ἀποτύχωσι τοῦ τέλους τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς εἰσι καὶ διατρίβουσι, πάλιν αὐτῶν ἐπιλαμβάνονται μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας. ἅπερ ἅπαντα δὴ καὶ ἡμεῖς εἰδότες, ἀγαπητοί, μή, παρακαλῶ, μὴ ταῦτα φθεγγώμεθα, μηδὲ λέγωμεν· τί δεῖ λόγων ἡμῖν τοσούτων; οὐδὲν ἐκ τῶν λόγων τούτων ὄφελος γέγονε. καὶ γὰρ ὁ γηπόνος ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις τὴν αὐτὴν σπείρας ἄρουραν, καὶ ἀποτυχὼν τοῦ κέρδους, πάλιν αὐτὴν εἰργάσατο, καὶ ἐν ἑνὶ πολλάκις ἐνιαυτῷ τοῦ παντὸς χρόνου τὴν ζημίαν ἀνέσωσε. καὶ ἔμπορος δὲ ναυάγια πολλὰ πολλάκις ὑπομείνας, οὐκ ἀπέστη τοῦ λιμένος, ἀλλὰ καὶ πλοῖον καθείλκυσε, καὶ ναύτας ἐμισθώσατο, καὶ χρήματα δανεισάμενος τῶν αὐτῶν ἥψατο πραγμάτων, καίτοι τοῦ μέλλοντος ὁμοίως ὄντος ἀδήλου. καὶ ἕκαστος δὲ τῶν ὁτιοῦν μετιόντων, οὕτω ποιεῖν εἰώθασιν, ὥσπερ ὁ γεωργὸς καὶ ὁ ἔμπορος. εἶτα ἐκεῖνοι μὲν τοσαύτῃ χρῶνται πρὸς τὰ βιωτικὰ σπουδῇ, καίτοι τοῦ τέλους ὄντος ἀδήλου, ἡμεῖς δέ, ἂν εἰπόντες μὴ ἀκουσθῶμεν, εὐθέως ἀποστησόμεθα; καὶ ποίαν ἕξομεν συγγνώμην; τίνα δὲ ἀπολογίαν; καίτοι ἐκείνοις μὲν ἐν ταῖς ἀποτυχίαις οὐδείς ἐστιν ὁ τὴν ζημίαν παραμυθησόμενος· ἀλλ', ἐὰν ἐπικλύσῃ τὸ πλοῖον ἡ θάλασσα, οὐδεὶς τὴν πενίαν τοῦ ναυαγοῦντος διορθώσεται· ἂν καταχώσῃ τὴν ἄρουραν ἐπομβρία, καὶ ἀποπνίξῃ τὰ σπέρματα, ἀνάγκη κεναῖς τὸν γεωργὸν οἴκαδε ἀναχωρῆσαι χερσίν. ἐφ' ἡμῶν δὲ τῶν λε-

A dicem, piſce, diſcedat. Quod ſi ideo victuri ſumus in otio, & ab omnibus actionibus videbitur abſtinendum, eo quod ſemper euenit, vt alicubi fruſtremur optatis, vniuerſa nobis perierit vita: nec ſpiritalia modo, verum etiam illa quæ ad vitæ præſentis vſum pertinent, ſimul interierint omnia. Etenim ſi agricola protinus ab agricolatione reſiliat, quod ſemel atque iterum aut ſæpius acciderit aëris inæqualitas, breui fame periremus omnes. Item ſi nauclerus, ob ſemel atque iterū, aut ſæpius obortam tempeſtatem fugiat mare, futurum eſt, vt nemo vehatur pelago, atque hinc rurſum peribūt nobis omnia B vitæ cōmoda. Quod ſi per ſingulas artes percurrens, iſta quæ nos facere vis, ſuadeas, moneaſq́;, cuncta funditus interibunt, terraq́; carebit incolis & habitatoribus. Itaque cùm hæc omnes ſciant, etiamſi ſemel atque iterum aut ſæpius fruſtrari fuerint optato negociorū in quibus verſantur exitu: denuò pari cum alacritate redeunt ad eadem. Quæ cū nobis etiam nota ſint omnia, dilectiſſimi, ne queſo proferamus iſta, néue dicamus, Quid nobis eſt tot ver- C bis opus, nulla ex hoc ſermone promanat vtilitas. Nam & agricola, vbi ſemel atque iterum ac ſępius ſemen aruo cōmiſit, nec votis reſpōdit prouentus, rurſus eandē exercet ſegetē, neq; rarò fit, vt totius tēporis iacturam vno ſarciat anno. Sic & negotiator quanquā crebrò fecit naufragiū, non tamē abſtinet à portu, ſed & poſteaquā nauim detraxit, & nautas cōduxit, & pecuniis mutuò acceptis, eadē aggreditur negocia, idq́; quū nihilo magis nuns ſciat quomodo ceſſurum ſit, quā ſcierat antea. Denique quicunque ſolent aggredi rē D quancunq;, ita facere conſueuerunt, quemadmodū faciunt agricola ac negociator. Et poſt hęc quum illi tantam adhibeant curā ſtudiumq́; circa res ad præſentis vſum vitæ pertinentes, licèt exitus ſit incertus: nos ſi loquētes non auditi fuerimus, illico deſinemus? Et quā obtinebimus veniā? Quid excuſationis adferemus? Et tamen illis, ſi nō ſucceſſerit, nullus eſt, qui dānū acceptū leniat. Veluti ſi mare nauim fluctibus obruerit, nemo medebitur inopię naufragi. Si vis imbriū effuſa in aruum pręfocarit ſemētē, cogitur agricola vacuis manibus abire domū: Noſtra verò quū

Simile ab agricola.

A nauclero.

A negotiatore.

quimur aut exhortamur, non eſt eadē conditio. Immo ſi ſemen per te iactum auditor non receperit, nec obedientiæ fructum retulerit, tu tamen cōmunicati conſilij mercedem fers à Deo, nec minus accipies præmij non auditus, quàm accepturus eras, ſi ille obtemperaſſet. Quod erat in te, præſtitiſti. Cæterùm ad id vt perſuadeamus auditoribus, non ſumus obſtricti, ſed tantùm vt admoneamus. Noſtræ quidem partes ſunt admonere, illorum verò obtemperare. Et quemadmodum ſi nos admonendi officio functi non fuerimus, etiamſi decem millia benefactorū prodierint, ipſis ſolis repoſitum eſt prēmiū, ad nos nihil redibit lucri, quandoquidem non dedimus conſilium: ita ſi nobis admonentibus illi nō auſcultarint, ad ipſos ſolos redibit omnis vltio, nobis autem nihil imputabitur, quin potius copioſa merces nobis veniet à Deo. Siquidem quicquid in nobis erat ſitum, prēſtitimus. Nihil aliud iubemur, quā apud menſarios deponere pecuniam, loqui & conſulere. Loquere igitur & admone fratrem. Verùm non audiuit. Tu nihilo ſecius habes paratam mercedem ne deſtiteris, priuſquam perſuadeas, donec ſpiritum efflaueris. Terminus monendi, ſit obedientia monitionem tuam recipientis. Diabolus circuncurſat obſiſtere cupiens noſtræ ſaluti, non ſolùm ipſe nihil hinc lucri reportans, verumetiam ſuo ſtudio grauiſſima detrimenta ſibi cōcilians. Is tamen vſqueadeo veſanus eſt, vt frequēter & illa tentet, quæ nequaquam fieri poſſunt: nec illos ſolùm adoriatur, quos omnino confidit ſe ſupplantaturum deiecturumque, verum etiam eos, quos probabile eſt artibus ipſius fore ſuperiores. Itaque quum audiret laudari ac mirificè prædicari Iob, ab eo qui nouit arcana omnia, nimirū Deo, ſperabat fore, vt eum viribus ſuperior ſubuerteret: nec deſtitit omnia mouere molirique, quò ſupplantaret hominem, nec deſperauit impurus ille ac ſceleratiſſimus dæmon: idque quum Deus illi iuſto tantum virtutis ſuo ſuffragio tribuiſſet. Et poſt hæc non erubeſcimus, neque pudore ſuffundimur, dic mihi, ſi quum diabolus nunquam deſperet noſtram perniciem, ſed indeſinenter eam expectet, nos fratrum ſalutem

Miniſtro verbi, etiā ſi pereat opera, non tamen perit merces.

Matth. 25.

Talentum verbi deponendum, uſurā præſtare non eſt in nobis.

Miniſter verbi vigilantior eſſe debet ad ſeruandum, quā diabolus ad perdendum.

Iob tentatus.

A ad ebrietatem impulerat, verùm vbi ſaturaſſet illos, quantum exigebat neceſſitas, ad ſpiritualem adduxit alimoniã. Itidem nos quoque faciamus, eóque modo conſueſcamus capere cibum, vt ad vitam tuendam duntaxat ſufficiat, non vt nos valeat diſrumpere & grauare. Non enim in hoc nati ſumus ac viuimus, vt edamus, ac bibamus: ſed ideo edimus ac bibimus, vt viuamus. Ab initio non erat cibi cauſa data vita, ſed vitæ cauſa datus eſt cibus. Nos verò perinde quaſi ob hoc ipſum viueremus, ita cuncta in hoc inſumimus. Cęterùm vt vehementior etiam fiat deliciarum redargutio, acriúſque pungat B in his vitam agentes, agè rurſus ad Lazarum referamus ſermonẽ. Hoc enim pacto fiet, vt nobis ſit efficacior admonitio conſiliúmque noſtrum, quum videatis non verbis, ſed factis corripi puniríque eos, qui indulgent ingluuiei. Diues igitur ille cum tãta viuebat improbitate, quotidie deliciis vacans, lautíſque patinis fruebatur, grauius ſibiipſi ſupplicium accerſens, maiúſq; parans incẽdium, ac vindictam Dei reddens implacabilem, vltionem exaſperans, ſic vt veniæ locus non eſſet. Pau- C per autem proiectus erat in veſtibulo, nec tamen erat moroſus, nec dicebat conuicia, nec indignabatur. Non dicebat apud ſe quod dicunt complures: Quid tandem eſt hoc? Iſte qui improbam crudelémque vitam agit & inhumanam, omnibus modis ſuprà quàm opus eſt fruitur rebus, nec vllam animi moleſtiam patitur, nec aliud quicquã inopinatum, qualia multa ſolent in rebus humanis accidere, ſed pura nullá que ægritudine contaminata voluptate fruitur: mihi verò ne tantum quidẽ impartitur alimoniæ, quantum poſtu- D lat neceſſitas. Verùm iſti qui in paraſitos & adulatores, ac temulẽtiam quicquid habet conſumit, non aliter quàm è fonte cuncta affluunt. Ego porrò hîc iaceo, exemplum iis qui me conſpiciũt, probrum ac ludibrium, fame contabeſcens. An hæc ſunt prouidentiæ? An vlla iuſtitia deſpicit res hominum? Nihil horum neque dixit, neque cogitauit. Vnde hoc liquet? Ex eo quòd angeli ſtipatum illum deduxerũt, inq; ſinum Abrahæ delatum depoſuerunt. Quòd ſi blaſphemus fuiſſet, nequaquã illi tantum contigiſſet honoris. Ita cæ-

Socratis ſententia.

Paupertas non querula.

Tanquam è fonte prouerbiũ.

A ἐξέβαλεν, ἀλλὰ πληρώσας αὐτῶν τὴν χρείαν, πρὸς τὴν πνευματικὴν ἦγε τροφήν. οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τοσοῦτον ἐθίσωμεν ἑαυτοὺς ἐσθίειν, ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, οὐχ ὅσον διασπᾶσθαι καὶ βαρύνεσθαι. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα καὶ ζῶμεν, ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐσθίομεν, ἵνα ζῶμεν. οὐ τὸ ζῆν διὰ τὸ φαγεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ ζῆν τὸ φαγεῖν γέγονεν ἐξ ἀρχῆς. ἡμεῖς δὲ ὡς διὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς τὸν κόσμον, οὕτως ἅπαντα εἰς τοῦτο καταναλίσκομεν. ἀλλ' ἵνα σφοδροτέρα γένηται τῆς τρυφῆς ἡ κατη- B γορία, καὶ μᾶλλον καθίκηται τῶν ἐν αὐτῇ ζώντων· φέρε, πάλιν ἐπὶ τὸν Λάζαρον τὸν λόγον ἀγάγωμεν. οὕτω γὰρ ἡμῖν ἀληθεστέρα τε καὶ ἐναργεστέρα ἡ παραίνεσις ἔσται καὶ ἡ συμβουλή, ὅταν μὴ διὰ ῥημάτων, ἀλλὰ διὰ πραγμάτων ἴδητε παιδευομένους καὶ κολαζομένους τοὺς ἀδηφαγίᾳ προσέχοντας. ὁ μὲν οὖν πλούσιος τοσαύτῃ πονηρίᾳ συνέζη, καὶ καθ' ἑκάστην ἐνετρύφα τὴν ἡμέραν, καὶ ἐνεδιδύσκετο λαμπρῶς, χαλεπωτέραν ἑαυτῷ ἀνάπτων τὴν κόλασιν, καὶ μεῖζον τὸ πῦρ ἐργαζόμενος καὶ C ἀπαραμύθητον ἑαυτῷ ποιῶν τὴν δίκην, καὶ ἀσύγγνωστον τὴν τιμωρίαν. ὁ δὲ πένης ἔρριπτο παρὰ τὸν πυλῶνα αὐτοῦ, καὶ οὔτ' ἀπεδυσπέτησεν, οὔτ' ἐβλασφήμησεν, οὔτ' ἠγανάκτησεν. οὐκ εἶπε πρὸς ἑαυτόν, ὃ πολλοὶ λέγουσι· τί ποτε τοῦτό ἐστιν; οὗτος μὲν πονηρίᾳ συζῶν καὶ ὠμότητι καὶ ἀπανθρωπίᾳ, καὶ τῶν ὑπὲρ τὴν χρείαν ἀπολαύει πάντων, καὶ οὐδ' ἀθυμίαν ὑπομένει, οὐδ' ἄλλο τι τῶν ἀδοκήτων, οἷα πολλὰ τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἐστίν, ἀλλὰ καὶ καθαρὰν καρποῦται τὴν ἡδονήν· ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ἔχω τροφῆς D μεταλαβεῖν. ἀλλὰ τούτῳ μὲν εἰς παρασίτους, καὶ κόλακας, καὶ μέθην τὰ ὄντα ἅπαντα δαπανῶντι, ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἅπαντα ἐπιρρεῖ· ἐγὼ δὲ παράδειγμα τοῖς ὁρῶσι κεῖμαι καὶ αἰσχύνη καὶ γέλως, λιμῷ τηκόμενος. ἆρα ταῦτα προνοίας; ἆρα ἐφορᾷ δίκη τις τὰ ἀνθρώπινα πράγματα; οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησε. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐξ ὧν ἀπήγαγον αὐτὸν οἱ ἄγγελοι δορυφοροῦντες, καὶ εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ ἀποκατέστησαν. οὐκ ἂν δέ, εἰ βλάσφημος ἦν, τοσαύτης ἀπέλαυσε τιμῆς. οὕτω μὲν οὖν πολλοὶ διὰ τοῦτο θαυμά-

θαυμάζουσι τὸν ἄνθρωπον μόνον, ὅτι ἐν πενίᾳ ἦν· ἐγὼ δὲ δείκνυμι τιμωρίας ἐννέα τὸν ἀριθμὸν αὐτὸν ὑπομείναντα οὐχ ἵνα κολάζηται, ἀλλ' ἵνα λαμπρότερος γένηται, ὅπερ οὖν καὶ ἐγένετο. δεινὸν μὲν γὰρ ὄντως καὶ ἡ πενία, καὶ ἴσασιν ὅσοι πεῖραν ταύτης εἰλήφασι. λόγος γὰρ οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται τὴν ὀδύνην, ὅσην ὑπομένουσιν οἱ πτωχείᾳ συζῶντες, καὶ φιλοσοφεῖν οὐκ εἰδότες. ἐπὶ δὲ τοῦ Λαζάρου, οὐ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν, ἀλλὰ καὶ ἀρρωστία αὐτῇ συνεζεύκτο, καὶ αὕτη μεθ' ὑπερβολῆς. καὶ ὅρα πῶς ἑκατέρας τὰς συμφορὰς δείκνυσιν εἰς ἄκρον ἐλθούσας. ὅτι B μὲν γὰρ πᾶσαν πενίαν ἡ τοῦ Λαζάρου πενία τότε ἐνίκησεν, ἔδειξεν εἰπών· ὅτι οὐδὲ τῶν ψιχίων ἀπήλαυε τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου. ὅτι δὲ καὶ ἡ ἀρρωστία πρὸς τὸ αὐτὸ μέτρον ἐφθάκει τῇ πενίᾳ, μεθ' ὃ λοιπὸν ἐκταθῆναι οὐκ ἦν, καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἐδήλωσεν, εἰπών· ὅτι οἱ κύνες ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. οὕτως ἦν ἐξησθενηκώς, ὡς μηδὲ τοὺς κύνας ἀποσοβῆσαι δύνασθαι, ἀλλὰ νεκρὸς ἔμψυχος ἔκειτο, ἐπιόντας μὲν αὐτοὺς θεωρῶν, ἀμύνασθαι δὲ οὐκ ἰσχύων. οὕτως C αὐτοῦ τὰ μέλη παρεῖτο, οὕτω τεταρίχευτο τῇ ἀρρωστίᾳ, οὕτω δεδαπάνητο τῷ πειρασμῷ. εἶδες μετ' ἄκρας ὑπερβολῆς καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀρρωστίαν πολιορκούσας αὐτοῦ τὸ σῶμα; εἰ δὲ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον ἀφόρητον καὶ δεινόν, ὅταν ὁμοῦ συμπεπλεγμένα ᾖ, πῶς οὐκ ἀδάμας τις ἦν ὁ ταῦτα ὑπομένων; πολλοὶ πολλάκις ἀρρωστοῦσιν, ἀλλὰ τῆς ἀναγκαίας οὐκ ἀποροῦσι τροφῆς· ἄλλοι πενίᾳ μὲν συζῶσιν ἐσχάτῃ, ἀλλ' ὑγιείας ἀπολαύουσι· καὶ θάτερον θατέρου παραμυθία γίνεται. ἐνταῦθα D δὲ ἀμφότερα ταῦτα συνεδεδραμήκει. ἀλλ' ἔχεις μοί τινα εἰπεῖν τὸν ἐν ἀρρωστίᾳ ὄντα καὶ ἐν πενίᾳ; ἀλλ' οὐκ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ. εἰ γὰρ καὶ μὴ παρ' ἑαυτοῦ μηδὲ οἴκοθεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὁρώντων ἐλεεῖσθαι δύναιτ' ἂν εἰς τὸ μέσον προκείμενος· τούτῳ δὲ τὰ προειρημένα δεινὰ χαλεπώτερα ἐποίει γίνεσθαι τῶν παρεστησομένων ἡ ἐρημία. καὶ αὐτὴν ταύτην πάλιν χαλεπωτέραν ἐποίει φαίνεσθαι, τὸ ἐν πυλῶνι κεῖσθαι τοῦ πλουσίου. εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς ἀοικήτου κείμενος, ταῦτ'

A teri quidē ob hoc demū tantopere mirantur hominem quod in paupertate vixerit. Ego verò doceo illū nouē ſupplicia pertuliſſe, nō quò puniretur, ſed quò clarior redderetur. Quod quidem etiā euenit. Nam paupertas quidē res eſt verè moleſta, id quod norunt quicunque ſunt experti. Nec enim vlla oratio poſſit aſſequi cruciatū, quem ſuſtinēt ij quibus cum paupertate res eſt, ſi neſciant vti philoſophia. In Lazaro verò nō iſta tantùm erat calamitas, verùm etiā aduerſa valetudo erat affixa, eaq́; ſupra modum grauis. Vide ſiquidē quemadmodū declarat vtramq́; calamitatem ad ſummum perueniſſe. Nam B quòd omnem paupertatē Lazari paupertas tum ſuperauerit, declarauit dicēs, quòd ne micis quidē potiri licuerit, quæ cadebāt de menſa diuitis. Porrò quòd valetudo quoq; ad eandē menſuram peruenerit ad quā paupertas, vltra quàm nō poſſet amplius proferri, & id quque rurſus declarauit, dicens, quod canes lingebant vlcera eius: adeò erat fractis viribus, vt ne canes quidem poſſet abigere, ſed viuū cadauer iacebat, vidēs quidem eos accurrentes, nequaquam tamen valens depellere, vſque C adeò illi mēbra erāt ſoluta, vſque adeò erant arefacta morbo, vſqueadeò conſumpta erant afflictione. Vides vehementer ſupráque modum & paupertatem & valetudinem oppugnātem corpus illius? Quòd ſi horum vnumquodque per ſe intolerabile eſt & acerbum, quum ſimul conglomerata fuerint, an non adamas quiſpiam fuerit, qui hæc perferat? Multi frequenter laborāt aduerſa valetudine, cæterùm non egent iis quæ ad victum ſunt neceſſaria. Alij paupertati extremæ ſunt obnoxij, verùm potiuntur bona valetudine, ſic vt D altera res alterius ſit ſolatium, huic verò ambo concurrebant mala. Agè, poſſes mihi nominare quempiam, ſimul & aduerſæ valetudini & paupertati obnoxium? ſed nō vſqueadeò deſolatum ac deſtitutum. Nam ille quidem quanquam non ex ſeſe neque à domeſticis ac familiaribus, tamen ab his qui videbant, miſericordia flexis ſubleuari poterat, in publicum proiectus: huic verò moleſtias eas, quas antea diximus, moleſtiores reddebat, quod ab his qui aſſiſtere debebant erat deſertus: & hanc ipſam ſolitudinem

Nouem in Lazaro ſupplicia.

Paupertas grauis ſine philoſophia.

Luc.16.21.

Aduerſa valetudo graue malum.

A rurſum moleſtiorem uideri faciebat, quod in veſtibulo diuitis iacebat. Etenim ſi in terra deſerta nulliſq; habitata, iacens hæc paſſus fuiſſet, neglectúſque iacuiſſet, haudquaquam tantundẽ habuiſſet cruciatus. Nam ſi nullus adſit, hoc ipſum etiam nolẽti perſuadet, vt ferat quæ accidunt: cæterùm quod in medio tam multorum iacens, ebrietati indulgentium, ſuauiter viuentium, à nemine vel vulgarem curam nanciſceretur, id reddebat ſenſum dolorum acriorem, magiſq; incendebat animi ægritudinem. Non enim perinde ſi abſint qui ſuccurrant, atque ſi adſint quidem, ſed nolint porrigere ma- B nũ, mordere ſolet animũ in calamitatibus, quod quidem tum huic accidit. Nullus erat qui dictis cõſolaretur, nullus qui factis adferret ſolatiũ, non amicus, nõ vicinus, non cognatus, non videntiũ quiſquã, adeo erat tota diuitis deliciis corrupta familia. Ad hęc aliam doloris acceſſionẽ adiũgebat, quod alterum illum in fœlicitate cõſpiciebat, non quòd inuidus eſſet ac prauus, ſed quòd omnes ſolent in aliorũ proſperitate exactius ſuas perſentire calamitates. In diuite autẽ erat aliquid manus ad illius animũ exulcerãdũ. C Nõ enim iã ſolũ ſuam ipſius calamitatẽ cum illius proſperitate cõferens, grauiorẽ reddidit ſuorũ malorũ ſenſum, verumetiam perpẽdens quòd ille vitã ducẽs crudelem & inhumanã in omnibus proſperaretur, ipſe verò virtutẽ ac modeſtiam amplexus, extrema pateretur mala, incõſolabilẽ animi mœleſtiã, & hinc ſuſtinuit. Nã ſi vir iuſtus fuiſſet diues, ſi modeſtus, ſi ſuſpiciendus, ſi omni virtute prędıtus, nequaquã illi perinde doluiſſet. Nũc verò quum diues eſſet, & vitã ducens improbã, & ad extremũ vſque maliciæ prouectus, & tantã inhumani- D tatẽ oſtendẽs, & hoſtilem animũ gerẽs, nec ſecus atq; lapidẽ ipſum prætercurrẽs, ſine verecundia, ſine miſericordia, deniq; ſuper hęc omnia, tãta potiẽs rerum copia, cogita quàm probabile ſit, quòd velut alternis fluctibus merſerit ille pauperis animũ: cogita qualiter affectũ fuiſſe Lazarum conſentaneum ſit, quum videret paraſitos, adulatores, famulos aſcẽdentes, deſcendẽtes, egredientes, ingredientes, circuncurſantes, tumultuantes, ebrios, ſalientes, omne laſciuiæ genus exhibentes:

Lazari dolorem quid augeret.

A ἔπασχε καὶ περιεώρα, οὐκ ἂν οὕτως ἤλγησε. τὸ γὰρ μηδένα περιεῖναι, καὶ ἄκοντα φέρειν ἔπειθε τὰ συμβαίνοντα· τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοσούτων κείμενον μεθυόντων, εὐημερούντων, παρὰ μηδενὸς μηδὲ τῆς τυχούσης ἐπιμελείας τυγχάνειν, δριμυτέραν ἐποίει τῶν ὀδυνῶν γίνεσθαι τὴν αἴσθησιν, καὶ τὴν ἀθυμίαν ἐξέκαιε μᾶλλον. οὐ γὰρ οὕτως ἀπόντων τῶν βοηθούντων, ὡς παρόντων μὲν, οὐκ ἐθελόντων δὲ ὀρέξαι χεῖρα, δάκνεσθαι πεφύκαμεν ἐν ταῖς συμφοραῖς· ὅπερ οὖν κἀκεῖνος τότε ἔπασχεν. οὐδεὶς γὰρ ἦν, οὐχ ὁ λόγῳ παρακαλῶν, οὐχ ὁ B ἔργῳ παραμυθούμενος, οὐ φίλος, οὐ γείτων, οὐ συγγενὴς, οὐ τῶν ὁρώντων οὐδεὶς, πάσης τῆς τοῦ πλουσίου διεφθαρμένης οἰκίας. ἔτι πρὸς τούτοις, ἑτέραν αὐτῷ προσθήκην ὀδύνης ἐνεποίει τὸ καὶ ἕτερον εὐπραγοῦντα ὁρᾶν· οὐκ ἐπειδὴ βάσκανος ἦν καὶ πονηρὸς, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πεφύκαμεν ἅπαντες ἐν ταῖς ἑτέρων εὐημερίαις ἀκριβέστερον τὰς οἰκείας καταμανθάνειν συμφοράς. ἐπὶ δὲ τοῦ πλουσίου καὶ μεῖζον παρῆν αὐτῷ ἕτερον τὸ δυνάμενον αὐτὸν δακεῖν. οὐ γὰρ δὴ μόνον ταῖς εὐημερίαις ταῖς ἐκείνου C συγκρίνων τὴν ἑαυτοῦ δυσπραγίαν, μείζονα τὴν αἴσθησιν ἐλάμβανε τῶν οἰκείων κακῶν, ἀλλὰ καὶ λογιζόμενος, ὅτι ὁ μὲν μετ᾽ ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας ζῶν, ἐν ἅπασιν εὐοδοῦται· αὐτὸς δὲ μετὰ ἀρετῆς καὶ ἐπιεικείας τὰ ἔσχατα πάσχει δεινά· καὶ ἔνθεν ἀπαραμύθητον τὴν ἀθυμίαν πάλιν ὑπέμενεν. εἰ γὰρ δίκαιος ἦν, εἰ γὰρ ἐπιεικὴς, εἰ γὰρ θαυμαστὸς ὁ ἀνὴρ, εἰ γὰρ πάσης γέμων ἀρετῆς, οὐκ ἂν αὐτὸν ἐλύπησε· νυνὶ δὲ καὶ πονηρίᾳ συζῶν, καὶ πρὸς ἔσχατον κακίας ἐληλακὼς, καὶ τοσαύτην ἀπανθρωπίαν ἐπιδεικ- D νύμενος, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῷ διατιθεὶς, καὶ ὥσπερ λίθον αὐτὸν παρατρέχων ἀναισχύντως καὶ ἀνηλεῶς, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα τοσαύτης ἀπολαύων εὐπορίας· ἐννόησον πῶς εἰκὸς ἦν, ὥσπερ ἐπαλλήλοις κύμασι βαπτίζειν αὐτοῦ τοῦ πένητος τὴν ψυχήν. ἐννόησον τὸν Λάζαρον, οἷον εἰκὸς ἦν εἶναι, ὁρῶντα παρασίτους, κόλακας, οἰκέτας ἀναβαίνοντας, καταβαίνοντας, ἐξιόντας, εἰσιόντας, κατατρέχοντας, θορυβοῦντας, μεθύοντας, πηδῶντας, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀσέλγειαν ἐπιδεικνυμένους.

ὥσπερ γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐλθὼν, ἵνα μάρτυς ᾖ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν, οὕτως εἰς τὸν πυλῶνα ἔρριπτο· τοσοῦτον ζῶν, ὅσον αἰσθάνεσθαι εἶχε τῶν οἰκείων κακῶν μόνον· ἐν λιμένι ναυάγιον ὑπομένων, πλησίον πηγῆς δίψῃ χαλεπωτάτῃ τὴν ψυχὴν ἀγχόμενος. εἴπω τι καὶ ἕτερον πρὸς τούτοις κακόν; οὐκ εἶχεν εἰς ἕτερον Λάζαρον ἰδεῖν. ἡμεῖς μὲν γὰρ κἂν μυρία πάθωμεν κακὰ, ἀλλ' ἔχομεν εἰς ἐκεῖνον ἰδόντες, ἱκανὴν δέξασθαι παράκλησιν, καὶ πολλῆς ἀπολαῦσαι τῆς παραμυθίας (τὸ γὰρ κοινωνοὺς εὑρίσκειν τῶν οἰκείων κακῶν ἢ ἐν πράγμασιν, ἢ ἐν διηγήμασι, πολλὴν φέρει τοῖς ὀδυνωμένοις παράκλησιν) ἐκεῖνος δὲ οὐδένα ἕτερον εἶχεν ἰδεῖν τὸν τὰ αὐτὰ αὐτῷ πεπονθότα. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀκοῦσαί τινος ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἑαυτοῦ τοσαῦτα ὑπομείναντος. ἱκανὸν δὲ τοῦτο σκοτῶσαι ψυχήν. ἔστι καὶ ἕτερον πρὸς τούτοις εἰπεῖν, ὅτι οὐδέν τι περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφεῖν ἠδύνατο, ἀλλὰ μέχρι τοῦ παρόντος βίου τὰ παρόντα ἐνόμιζε συγκεκλεῖσθαι πράγματα. τῶν γὰρ πρὸ τῆς χάριτος ἦν. εἰ δὲ νῦν ἐφ' ἡμῶν, μετὰ τοσαύτην θεογνωσίαν, καὶ τὰς χρηστὰς τῆς ἀναστάσεως ἐλπίδας, καὶ τὰς κειμένας τοῖς ἁμαρτάνουσι τιμωρίας ἐκεῖ, καὶ τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς κατορθοῦσιν ἀγαθὰ, οὕτω μικροψύχως τινὲς καὶ ταλαιπώρως διάκεινται, ὡς μηδὲ ταύταις διορθοῦσθαι ταῖς προσδοκίαις· τί πάσχειν εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον καὶ ταύτης ἀπεστερημένον τῆς ἀγκύρας; ἐκεῖνος γὰρ οὐδὲν οὐδέπω τοιοῦτον φιλοσοφεῖν ἠδύνατο, διὰ τὸ μηδέπω τὸν καιρὸν τούτων ἀφῖχθαι τῶν διδαγμάτων. ἦν τι καὶ πρὸς τούτοις ἄλλο, τὸ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ διαβεβλῆσθαι παρὰ τοῖς ἀνοήτοις τῶν ἀνθρώπων. καὶ γὰρ εἰώθασιν οἱ πολλοὶ, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας ἐν λιμῷ καὶ νόσῳ διηνεκεῖ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις ὄντας κακοῖς, μηδὲ χρηστὴν περὶ αὐτῶν δόξαν ἔχειν· ἀλλ' ἀπὸ τῆς συμφορᾶς τὰ κατὰ τὸν βίον κρίνειν, καὶ διὰ πονηρείαν νομίζειν πάντως αὐτοὺς οὕτω ταλαιπωρεῖσθαι. καὶ πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους λέγουσιν (ἀνοήτως μὲν, λέγουσι δὲ ὅμως) ὅτι οὗτος, εἰ τῷ Θεῷ φίλος ἦν, οὐκ ἂν εἴασεν αὐτὸν ἐν πενίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς ταλαιπωρεῖσθαι. οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ ἐπὶ τοῦ Παύλου συνέβη. καὶ γὰρ ἐκείνῳ ἔλεγον· μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ; ἰσχὺν δὲ ῥημάτων σου τίς ὑποίσει;

A ſic enim quaſi propter hoc veniſſet, vt eſſet alienorum bonorum teſtis, ita in veſtibulo proiectus erat, ſolùm vitę tãtum habens, vt ſua mala ſentire poſſet, in portu faciẽs naufragium, iuxta fontem moleſtiſſima ſiti diſcruciatus animo. Dicam & aliud quoddam præter hæc malum. Non poterat alterum videre Lazarum. Nam nos etiamſi innumera patiamur mala, habemus tamen ad illum ſpectantes vnde ſufficientem accipiamus conſolationem, magnúmque feramus moleſtiæ delinimentum. Nam malorum noſtrorum reperire conſortes, ſiue in factis, ſiue in dictis,
B multum affert ſolatij lugentibus. Ille verò neminem alium habebat, ad quẽ reſpiceret eadem cum illo paſſum, imò ne audire quidem poterat de quoquam, qui maiorum ipſius ætate, tam acerba ſuſtinuiſſet. Hoc autem ſatis eſt ad inducendum animo caliginem, Poſſum & aliud his omnibus addere, videlicet quòd ne de reſurrectione quidem quicquam potuerit philoſophari, ſed huius vitæ res crederet huius vitæ fine terminari. Erat enim ex eorum numero, qui gratiam Euangelij præceſ-
C ſerunt. Quòd ſi nunc his temporibus poſt tantam Dei cognitionem, poſt egregias reſurrectionis ſpes, poſt illic repoſita peccantibus ſupplicia, poſt parata iis qui rectè vixerũt bona, adeo deiectis animis, ac miſeris ſunt nonnulli, vt ne horum quidem expectatione corrigantur: quid tãdem eſt putandnm illi accidiſſe, etiam hac deſtituto ancora? Nam ille tale nihil vnquam philoſophari potuit, eò quod nondum adueniſſet tempus eiuſmodi dogmatum. Ad hæc & aliud quiddam acceſſit, quòd & fama ipſius apud ho-
D mines impudentes traduceretur. Solet enim hominum vulgus, vbi quos viderint in fame perpetuoq; morbo & extremis agentes malis, nec opinionem de eis habere bonam, ſed ex ipſa calamitate ęſtimare vitam, & omnino iudicare illos ob malitiam ſic affligi, aliaq; multa huius generis inter ſe loquũtur, ſtultè quidẽ illi, loquuntur tamen. Hic ſi Deo charus eſſet, nequaquam ipſum in huiuſmodi malis eſſe pateretur. Hoc & in Iob & in Paulo venit vſu. Nam & illi dicebant: Nónne frequenter tibi dictum eſt in labore, vim autem verborum tuorum quis ſuſtinebit?

Prouerbiũ in portu naufragiũ

Reſurrectio Lazaro nõ ſperata adhuc.

Iudæorum vulgus nõ credebat reſurrectionem. Vide annotat. Sixti Senen. 84. tom. 5.

Calamitas facit obnoxium ſuſpicioni malitiæ.

Iob. 4. 2.

A Si enim tu erudiiſſes multos, & manus infirmas conſolatus eſſes, & eos qui infirmabantur, verbis erexiſſes, genibúſque infirmis addidiſſes fiduciam: nunc verò peruenit in te labor, tu verò curaſti. Nónne tuus labor eſt in ſtultitia? Horum autem verborũ hic ſenſus eſt. ſi quid tibi, inquit, bonæ rei geſtum fuiſſet, haudquaquam iſta patereris, ſed peccatorum & iniquitatis luis pœnas. Et hoc erat quod maximè mordebat animum Iob. Ac de Paulo barbari hoc ipſum dicebant: quum enim viderent viperam pendentem de manu illius, nihil boni de illo ſuſpicabantur, ſed exiſtimabant eum hominem eſſe de numero eorum, qui extrema perpetrarunt ſcelera. Id perſpicuum eſt ex his quę dicebant: Hunc, inquiunt, à mari ſeruatum, vltio non paſſa eſt viuere. Hoc autem non mediocriter nos quoque conturbare conſueuit. Attamen quum fluctus eſſent tam multi, viciſſimq́; alij ſuper alios illum impeterent, non tamen demerſum eſt nauigium, ſed perinde, vt ſi in fornace poſitus veluti perpetuo rore refocillaretur, ita philoſophabatur. Non enim dicebat apud ſeſe quicquam tale, quale vulgus dicere veriſimile eſt: Iſte diues ſi mortuus illic punitur, dátque pœnas, vnum factum eſt vnum: ſi verò illic iiſdem potitur honoribus, duo facta ſunt nihil. An non hæc per fora circumfertis vos vulgares veſtrum plerique, ex Circo paganorúmq; theatris in Eccleſiam importantes? Pudet me quidem ac rubore ſuffundor, qui talia verba in medium proferam, niſi quòd neceſſe eſt hæc dicere, vt vos à riſu incompoſito, probro, & pernicie horũ verborum noxiiſq; verbis liberemini. Hæc multi frequẽter dicunt ridentes, verùm hoc quoq; diabolicæ verſutiæ eſt, loco dictorũ ciuilium & vrbanorum pernicioſa in vitã noſtram inducere dogmata. Hęc ſine fine & in officinis fori, & in ędibus pleriq; circunferunt, quę res extremę eſt diffidẽtię, maximeq; ridicula animiq; puerilis. Nam dicere, nũ hinc profecti mali puniãtur, nec hoc vehemẽter habere perſuaſum, quod omnino puniẽdi sũt, diffidentium eſt ac dubitantium. Illud verò quãuis hoc euenerit, quẽadmodum etiam euenturum eſt, putare malos æquale præmiũ cũ iuſtis reportare, extremæ dementiæ eſt.

Melitenſium de Paulo iudicium. Act. 28.4.

Prouerbiũ impium.

Loci impij fugiendi.

Εἰ γὰρ σὺ ἐνουθέτησας πολλούς, καὶ χεῖρας ἀσθενεῖς παρεκάλεσας, ἀσθενοῦντας δὲ ἐξανέστησας ῥήμασι, γόνασι δὲ ἀδυνατοῦσι περιέθηκας θάρσος· νυνὶ δὲ ἥκει ἐπὶ σὲ πόνος. σὺ δὲ ἐσπούδακας. πότερον οὐχ ὁ φόβος σοῦ ἐστιν ἐν ἀφροσύνῃ; ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Εἴ τι σοί, φησιν, ἀγαθὸν ἦν πεπραγμένον, οὐκ ἂν ταῦτα ἔπαθες ἅπερ ἔπαθες· ἀλλ᾽ ἁμαρτημάτων τίνεις δίκας, καὶ παρανομίας. καὶ τοῦτο ἦν ὃ μάλιστα ἔδακνε τὸν μακάριον Ἰώβ. καὶ περὶ τοῦ Παύλου δὲ οἱ βάρβαροι τοῦτο ἔλεγον. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον τὴν ἔχιν ἐκκρεμαμένην αὐτοῦ τῆς χειρός, οὐδὲν χρηστὸν περὶ αὐτοῦ B ὑπενόησαν, ἀλλὰ τῶν τὰ ἔσχατα κακὰ τετολμηκότων αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζον. καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἔλεγον. τοῦτον γάρ, φασιν, ἐκ τῆς θαλάσσης σωθέντα ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν. οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο ἡμᾶς εἴωθε θορυβεῖν. ἀλλ᾽ ὅμως τοσούτων ὄντων τῶν κυμάτων, καὶ ἐπαλλήλων φερομένων, οὐ κατεποντίσθη τὸ σκάφος· ἀλλ᾽ ὡς ἐν καμίνῳ κείμενος, καθάπερ δρόσου διηνεκοῦς ἀπολαύων, οὕτως ἐφιλοσόφει. οὐ γὰρ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν οὐδὲν τοιοῦτον, οἷα πολλοὺς λέγειν εἰκός. ὅτι οὗτος ὁ πλούσιος, ἂν μὲν ἀπελθὼν ἐκεῖ κολασθῇ, καὶ δῷ τιμωρίαν, C ἓν ἓν γέγονεν· ἂν δὲ κἀκεῖ τῆς αὐτῆς ἀπολαύσῃ τιμῆς, δύο γέγονεν οὐδέν. ἢ οὐ ταῦτα περιφέρετε ἐν ταῖς ἀγοραῖς ὑμεῖς οἱ πολλοί, τὰ ἀπὸ τῆς ἱπποδρομίας καὶ τῶν ἔξω θεάτρων εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσάγοντες; αἰσχύνομαι μὲν οὖν εἰς μέσον ταῦτα παραθεὶς τὰ ῥήματα, καὶ ἐρυθριῶ· πλὴν ἀλλ᾽ ἀνάγκη ταῦτα εἰπεῖν, ἵνα ὑμεῖς ἀπαλλαγῆτε τοῦ ἀτάκτου γέλωτος καὶ τῆς αἰσχύνης καὶ τῆς βλάβης τῆς ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων. ταῦτα πολλοὶ πολλάκις γελῶντες λέγουσιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο διαβολικῆς κακουργίας ἐστίν, ἐν τάξει ῥημά- D των ἀστείων διεφθαρμένα εἰσάγειν εἰς τὸν βίον ἡμῶν δόγματα. ταῦτα γὰρ συνεχῶς καὶ ἐν ἐργαστηρίοις, καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις πολλοὶ περιφέρουσιν· ὅπερ ἐσχάτης ἀπιστίας ἐστὶ καὶ παρανοίας καὶ γέλωτος ὄντως καὶ παιδικῆς διανοίας. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὅτι ἐὰν ἀπελθόντες οἱ πονηροὶ κολασθῶσι, καὶ μὴ σφόδρα πεπεικέναι ἑαυτοὺς, ὅτι κολασθήσονται· πάντως ἀπιστούντων ἐστὶ καὶ διαμφισβητούντων· τὸ δὲ, εἰ καὶ τοῦτο συμβαίη (ὅπερ οὖν καὶ συμβήσεται) νομίζειν τῆς ἴσης αὐτοὺς τοῖς δικαίοις ἀνταποδόσεως ἀπολελαυκέναι, τοῦτο ἐσχάτης ἀνοίας.

τί λέγεις, εἰπέ μοι; ἐὰν ἀπελθὼν ὁ πλούσιος ἐκεῖ κολάζηται, ἓν ἀνθ' ἑνὸς γέγονε; καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; πόσα γὰρ αὐτὸν ἐνταῦθα βούλει θεῖναι ἀπολελαυκέναι τῶν χρημάτων ἔτη; βούλει θῶμεν ἑκατόν; ἐγὼ δὲ καὶ διακόσια τίθημι, καὶ τριακόσια, καὶ δὶς τοσαῦτα· καί, εἰ βούλει, καὶ χίλια (ὅπερ ἀδύνατον· αἱ ἡμέραι γάρ, φησι, τῶν ἐτῶν ἡμῶν, ὀγδοήκοντα ἔτη) πλὴν ἀλλὰ κείσθω καὶ χίλια. μὴ ζωὴν ἔχεις, εἰπέ μοι, ἐνταῦθα δεῖξαι τέλος οὐκ ἔχουσαν, οὐδὲ πέρας ἐπισταμένην, οἵα πέρ ἐστιν ἡ τῶν δικαίων ἐκεῖ; εἴ τις οὖν, εἰπέ μοι, ἐν ἔτεσιν ἑκατὸν μίαν νύκτα ὄναρ ἰδὼν χρηστόν, καὶ πολλῆς καθ' ὕπνους ἀπολαύσας τρυφῆς, τὰ ἑκατὸν ἔτη κολάζοιτο· ἆρα δυνήσῃ λέγειν ἐπὶ τούτῳ, ἓν καὶ ἕν, καὶ τὴν μίαν νύκτα τῶν ὀνειράτων ἐκείνων τοῖς ἑκατὸν ἔτεσιν ἀντίῤῥοπον ποιῆσθαι; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τῆς μελλούσης ζωῆς λογίζου. ὅπερ γάρ ἐστιν ὄναρ ἓν πρὸς ἑκατὸν ἔτη, τοῦτό ἐστιν ὁ παρὼν βίος πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωήν· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. ὅσον ἐστὶ σταγὼν μικρὰ πρὸς πέλαγος ἄπειρον, τοσοῦτόν ἐστι χίλια ἔτη πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἐκείνην καὶ ἀπόλαυσιν. καὶ τί γὰρ ἂν ἔχοι τις πλέον εἰπεῖν, ἢ ὅτι πέρας οὐκ ἔχει καὶ τέλος οὐκ οἶδε; καὶ ὅσον ἐστὶ τὸ μέσον ὀνείρων καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας, τοσοῦτόν ἐστι τῆς καταστάσεως ταύτης καὶ τῆς ἐκεῖ τὸ διάφορον· ἄλλως δέ, καὶ πρὸ τῆς ἐκεῖ κολάσεως, ἐντεῦθεν οἱ πονηρευόμενοι καὶ ἐν ἁμαρτίαις ζῶντες κολάζονται. μὴ γάρ μοι τὸν τραπέζης ἀπολαύοντα πολυτελοῦς ἁπλῶς εἴπῃς; καὶ τὸν ἱμάτια περιβεβλημένον σηρικά, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας περιφέροντα, καὶ σοβοῦντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς· ἀλλ' ἀνάπτυξόν μοι τούτου τὸ συνειδός, καὶ ὄψει πολὺν ἔνδοθεν θόρυβον, τῶν ἁμαρτημάτων φόβον διηνεκῆ, χειμῶνα, ταραχήν, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ τὸν νοῦν ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβαίνοντα τὸν βασιλικὸν τοῦ συνειδότος, καὶ ὥσπερ τινὰ δικαστὴν καθήμενον, καὶ τοὺς λογισμοὺς παριστῶντα, καθάπερ δημίους, καὶ ἀναρτῶντα τὴν διάνοιαν, καὶ καταξαίνοντα ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων, καὶ ἐμβοῶντα μεγάλα, μηδενὸς εἰδότος, ἀλλ' ἢ τοῦ ταῦτα ἐπισταμένου βλέπειν Θεοῦ μόνου. καὶ γὰρ ὁ μοιχεύων, κἂν μυριάκις ᾖ πλούσιος, κἂν μηδένα κατηγοροῦντα ἔχῃ, οὐ παύεται ἑαυτοῦ κατηγορῶν ἔνδον· καὶ ἡ μὲν

A Quid quæſo dicis? Si diues illuc profectus punitur, vnum factũ eſt vnum? & quomodo iſtuc poſſit conſiſtere? Quot enim annis vis illum hìc pecuniis fuiſſe fruitum? vis ponamus centũ? Ego verò etiam ducentos pono, pono trecentos, pono bis tantum, & ſi vis mille, quod ſanè fieri non potuit: (Dies enim, inquit, annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni, ſi autem in potentatibus octoginta) attamen ponantur mille: num potes, quæſo te, vitam oſtendere quæ finem non habeat, ac terminum neſciat, qualis eſt illic iuſtorum? Age igitur, cedo, ſi quis in annis

Nulla cõparatio inter vitam hãc & futuram.

Fictio in exemplis

Pſal. 89. 11.

B centum vidiſſet per vnam noctem ſuaue ſomnium, multíſque deliciis per ſõnium fruitus eſſet, ac centũ annis puniretur: num is de hoc dicere poſſet, vnum vnum, & vnicam noctem qua ſomniauit, centum annis æquiparare? Dictu abſurdum. Hoc iam & de futura vita cogita. Nam quod eſt ſomnium vnum ad annos centum, hoc eſt præſens vita ad vitam futuram, imò potius multo minus. Quod eſt exigua gutta ad pelagus immenſum, hoc ſunt anni mille ad futuram illam gloriã &

C fruitionem. Et quid tandem queat aliquis amplius dicere, niſi quod terminum non habet; & finem neſcit: quãtúmque intereſt inter ſomnia & res veras, tantùm intereſt inter huius vitę ſtatum & illius? Quin & alioqui antequam illic puniantur, iam nũc qui improbè agunt, atque in peccatis viuunt, puniuntur. Nec enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, veſtibus circundari ſericis, mancipiorum greges circunferre, alios ſubmouere in foro, ſed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus grauem peccato-

Et hic puniuntur impij

Conſcientia carnificina.

D rum tumultum, iugem metum, tempeſtatem, turbationem: videbis velut in iudicio mentem ad thronum conſciẽtiæ conſcendiſſe regalem, & tanquam iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in eculeo ſuſpendentẽ, lateráque conſcientiæ radentem vngulis, pro commiſſis vehementer inclamãtem, quum nemo ſciat, niſi quòd ſolus Deus hæc videre nouerit. Etenim qui committit adulterium, etiam ſi millies fuerit diues, etiamſi nullum habeat accuſatorem, non deſinit tamen intus ſeipſum accuſare: & voluptas quidem

μηδεμίαν αὐτῶν ἐπιμέλειαν ποιοῖτο· οἷος A ἦν ἐκεῖνος ὁ πλούσιος, ἔνδοθεν ἡλκωμένος ἅπας. καὶ καθάπερ οἱ κύνες τούτου περιέλειχον τὰ τραύματα, οὕτως ἐκείνου δαίμονες τὰ ἁμαρτήματα· καὶ καθάπερ οὗτος ἐν λιμῷ τροφῆς, οὕτως ἐκεῖνος ἐν λιμῷ πάσης ἀρετῆς ἔζη. ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα φιλοσοφῶμεν, καὶ μὴ λέγωμεν, ὅτι εἰ τὸν δεῖνα ἐφίλει ὁ Θεός, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀφῆκε γενέσθαι πένητα. ἀλλὰ μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον ἀγάπης τεκμήριόν ἐστιν. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱόν, ὃν παραδέχεται. καὶ πάλιν, τέκνον, ἐὰν προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ, ἑτοί- B μασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον. ἐκβάλωμεν οὖν, ἀγαπητοί, τὰς περιττὰς ταύτας προλήψεις ἀφ' ἑαυτῶν, καὶ τὰ δημώδη ταῦτα ῥήματα. αἰσχρότης γάρ, φησι, καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία μὴ ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. μήτε οὖν αὐτοὶ ταῦτα λέγωμεν, ἀλλὰ κἂν ἑτέρους ἴδωμεν ταῦτα λέγοντας, ἐπιστομίσωμεν, κατεξαναστῶμεν σφοδρῶς, ἐπίσχωμεν τὴν ἀναίσχυντον αὐτῶν γλῶτταν. εἴ τινα ἴδῃς, εἰπέ μοι, λῄσταρχον καταλέγοντα τὰς ὁδούς, τοῖς παριοῦ- C σιν ἐφεδρεύοντα, τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἁρπάζοντα, εἰς σπήλαια καὶ καταδύσεις χρυσίον καὶ ἀργύριον κατορύττοντα, καὶ ἀγέλας ἀποκλείοντα πολλὰς ἐκεῖ, καὶ ἱμάτια καὶ ἀνδράποδα πολλὰ κεκτημένον ἐκ τῆς καταδρομῆς ἐκείνης· ἆρα αὐτόν, εἰπέ μοι, μακαρίζεις διὰ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον, ἢ ταλανίζεις διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτὸν διαδέχεσθαι δίκην; καίτοι οὔπω συνείληπται, οὐδὲ εἰς χεῖρας τοῦ δικαστοῦ παραδέδοται, οὐδὲ εἰς δεσμωτήριον ἐνέπεσεν, οὐδὲ κατήγορον ἔσχεν, οὐδὲ ὑπὸ ψῆφον ἐγένετο· ἀλλὰ τρυ- D φᾷ, μεθύει, εὐπορίας ἀπολαύει πολλῆς. ἀλλ' ὅμως οὐ διὰ τὰ παρόντα καὶ τὰ ὁρώμενα αὐτὸν μακαρίζομεν, ἀλλὰ διὰ τὰ μέλλοντα καὶ προσδοκώμενα ταλανίζομεν. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πλουτούντων καὶ πλεονεκτούντων λόγισαι. λῃσταί τινές εἰσιν ἐν ὁδοῖς ἐφεδρεύοντες, τὰ τῶν παριόντων ἁρπάζοντες, ὥσπερ ἐν σπηλαίοις καὶ καταδύσεσι, τοῖς ἑαυτῶν θαλάμοις κατορύττοντες τὰς ἑτέρων περιουσίας. μὴ τοίνυν μακαρίζωμεν αὐτοὺς διὰ τὰ παρόντα, ἀλλὰ ταλανίζωμεν διὰ τὰ μέλλοντα, διὰ τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο δικαστήριον, διὰ

nullam illorum curam agat, is abominandus eſt, qualis erat ille diues, intus totus vlceroſus. Et quemadmodum canes huius lingebant vulnera, ſic & dæmones illius peccata. Et quemadmodũ hic in fame cibi, ita ille in fame omnis virtutis viuebat. Hæc igitur omnia quum ſciamus, philoſophemur, neque dicamus: Si illum Deus amaſſet, haudquaquam eum pauperem eſſe paſſus fuiſſet. Nam hoc ipſum quidem maximũ eſt dilectionis argumẽtum. Quem enim diligit Deus caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et rurſus: Fili, ſi acceſſeris ad ſeruiendum Domino, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum ac perſeuera. Eiiciamus igitur dilectiſſimi iſtas ſuperuacuas opiniones, vulgariáque iſtiuſmodi dicta. Turpitudo enim, inquit, ac ſtultiloquium & ſcurrilitas ne prodeant ex ore veſtro. Nec ipſi talia loquamur: & ſi alios videamus talia loquentes, obturemus illis os, contrà inſurgamus acriter, cohibeamus impudentem linguam. Agè ſi quem vidiſſes latrocinij principem graſſantem per vias, prætereuntibus inſidiantem, ea quæ ſunt in agris rapientem, in ſpeluncas ac foueas ſubterraneas aurum & argentum defodientem, ac illic multa recludentem armenta, veſtes ac mãcipia multa ex incurſionibus illis poſſidentem, agè dic mihi, num illum beatum diceres propter diuitias illas, an potius miſerum prædicares, propter ſupplicium illi venturum? Atqui nondum comprehenſus eſt, neque in manus iudicis traditus, nec in carcerem coniectus, neque accuſatorem habuit, neque in iudicium venit, ſed deliciis indulget, inebriatur, multáque rerum fruitur affluentia. Attamen non propter præſentia, quęq; videntur, iudicamus illum beatum: ſed propter futura, quæq; imminent, illum miſerum prædicamus. Hoc item & de diuitibus & de auaris cogita. Latrones quipiam ſunt, vias obſidentes, res prætereuntiũ rapientes, velut in ſpeluncis ac foueis ſubterraneis, aliorum facultates in ſuis cubiculis defodientes. Ne igitur beatos dicamus illos propter præſentia ſed miſeros propter futura, propter formidandum illud iudicium, propter inenarrabiles pœnas, propter tenebras exteriores, quæ ipſos excepturæ ſunt. Nam

Epilogus concionis.

Hebr. 12. c.

Eccl. 2. 1.

Epheſ. 4.

Simile

Diues inſequus, latro.

iſti quidem latrones frequenter ex hominum manibus elapſi ſunt, nihilominus quum hoc ſciamus, & à nobiſipſis deprecamur, & hoſtibus imprecamur iſtorum vitam, vnà cum execrabili rerum copia. Atqui ſub Deo vero iudice, non licet iſtud dicere. Nullus enim illius effugiet ſententiã, ſed omnes omnino qui cum fraudibus & rapinis viuunt, Dei vindictam ſibi accerſunt illã immortalem finãq; carẽtem, quemadmodum & diues ille. Quę quidem omnia apud noſipſos conferentes dilectiſſimi, ne beatos iudicemus qui diuitiis, ſed quid virtute præditi ſunt: neque miſeros dicamus, qui degũt in paupertate, ſed qui cum improbitate: ne præſentia reſpiciamus, ſed futura proſpiciamus: ne externum amictum, ſed cuiuſque conſcientiam examinemus, ſectanteſq; virtutem ac voluptatem quæ ex rectè factis proficiſcitur, Lazarum imitemur, diuites ſimul ac pauperes.

Lazarus quomodo imitandus.

Non enim vnum tantùm aut duo, triáve virtutis certamina ſuſtinuit: verùm & multò plura, paupertatem, aduerſã valetudinẽ, ſolitudinem ac deſtitutionẽ ab his qui curam illius gerere debebãt: deinde quòd hæc omnia patiebatur in domo, quę poterat hæc mala depellere, neq; eum vllo ſolatio quiſquã dignabatur, quũ videret illũ à quo deſpiciebatur tantis frui deliciis, neq; deliciis modò frui, verumetiam quum improbe viueret, nihil tamẽ graue perpeti: preterea quòd non haberet alterum Lazarũ ad quem reſpiceret: pręterea quòd de reſurrectione nihil poſſet philoſophari: ad hæc quod ſuper hæc quę diximus mala, ex calamitatibus illis à vulgo malam ferret opinionem, eò quòd nõ biduũ triduũve, ſed per omnẽ vitã, & ſeipſum videret in eiuſmodi calamitatibus, & diuitẽ in diuerſo rerum ſtatu. Quomodo igitur erimus excuſãdi, ſi quum hic cũctas afflictiones ſimul cõglomeratas tãta pertulerit animi fortitudine, nos ne dimidium quidẽ horũ tulerimus? Nõ enim potes, nõ potes inquã, aliũ quenquã cõmemorare, qui talia tãtaq; perpeſſus ſit mala. Eamq; ob rẽ Chriſtus hũc potiſſimũ exẽpli cauſa propoſuit in mediũ: vt ſi quando in res triſteis inciderimus, conſiderãtes quãto ille interuallo nos ſuperarit, ex illius philoſophia, ſatis magnum ſolatium moleſtiæque lenimen capia-

A τὰς ἀπαραιτήτους εὐθύνας, διὰ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ μέλλει αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. καίτοι οἱ μὲν λῃσταὶ πολλάκις ἐξέφυγον ἀνθρώπων χεῖρας· ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο εἰδότες, καὶ ἑαυτοῖς, καὶ ἐχθροῖς ἀπευξάμεθα ἂν τὸν ἐκείνων βίον, καὶ τὴν εὐπορίαν τὴν ἐπάρατον. ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν. οὐδεὶς γὰρ αὐτοῦ διαφεύξεται τὴν ψῆφον, ἀλλὰ πάντες πάντως οἱ ἐν πλεονεξίαις καὶ ἁρπαγαῖς ζῶντες, τὴν παρ' αὐτοῦ δίκην ἐπισπάσονται τὴν ἀθάνατον ἐκείνην καὶ τέλος οὐκ ἔχουσαν, καθάπερ οὖν καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος. ἅπερ οὖν ἅπαντα παρ' ἑαυτοῖς συλλέγοντες, ἀγαπητοί, μὴ τοὺς B ἐν πλούτῳ, ἀλλὰ τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας μακαρίζωμεν· μὴ τοὺς ἐν πενίᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἐν κακίᾳ ταλανίζωμεν. μὴ τὰ παρόντα βλέπωμεν, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα σκοπῶμεν. μὴ τὴν ἔξωθεν περιβολὴν, ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συνειδὸς ἐξετάζωμεν, καὶ τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἀρετὴν καὶ χαρὰν διώκοντες, ζηλώσωμεν τὸν Λάζαρον καὶ πλούσιοι καὶ πένητες. οὐ γὰρ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς μόνον ἄθλους, ἀλλὰ πλείστους ἄθλους ἀρετῆς ὑπέμεινε· τὴν πενίαν λέγω, τὴν ἀρρωστίαν, C τὴν ἐρημίαν τῶν προσηκόντων, τὸ ἐν οἰκίᾳ δυναμένῃ τὰ τοιαῦτα σβέσαι κακὰ ἅπαντα ὑπομεῖναι ἐκεῖνα, καὶ μηδενὸς εἰς παραμυθίας λόγον ἀξιοῦσθαι· τὸ τρυφῆς τοσαύτης ἀπολαύοντα τὸν ὑπερορῶντα ὁρᾶν, καὶ οὐ τρυφῆς ἀπολαύοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πονηρίᾳ ζῶντα καὶ μηδὲν πάσχοντα δεινόν· τὸ καὶ μὴ πρὸς Λάζαρον ἕτερον ἔχειν ἰδεῖν, τὸ μηδὲν περὶ ἀναστάσεως δύνασθαι φιλοσοφεῖν· τὸ μετὰ τῶν εἰρημένων κακῶν καὶ πονηρὰν παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπὸ τῶν συμφορῶν ἐκείνων λαμβάνειν ὑπό- D ληψιν, τὸ μὴ μέχρι δύο καὶ τριῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ ἑαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ τὸν πλούσιον ἐν τοῖς ἐναντίοις ὁρᾶν. τίνα οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν, εἰ τούτου πάντα ὁμοῦ τὰ δεινὰ μετὰ τοσαύτης φέροντος ἀνδρείας, ἡμεῖς μηδὲ τὰ ἡμίση τούτων οἴσομεν; οὐ γὰρ ἔχεις, οὐκ ἔχεις δεῖξαι, οὐδὲ εἰπεῖν ἄλλον τινὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα πεπονθότα κακά. διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸν καὶ εἰς μέσον προὔθηκεν ὁ Χριστὸς, ἵνα ὅπουπερ ἂν ἐμπέσωμεν τῶν δεινῶν, ὁρῶντες παρὰ τούτῳ τὴν ὑπερβολὴν οὖσαν τῶν θλίψεων, ἱκανὴν ἐκ τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας καὶ ὑπομονῆς ἀναλάβωμεν παράκλησιν καὶ

παραμυθίαν. κοινὸς γὰρ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος πρόκειται τοῖς ὁτιοῦν πάσχουσι δεινόν, πρὸς αὐτὸν παρέχων πᾶσιν ὁρᾶν, καὶ πάντας αὐτοὺς νικῶν τῇ τῶν οἰκείων κακῶν ὑπερβολῇ. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσαντες τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, καρπωσώμεθα τὴν ἐκ τοῦ διηγήματος ὠφέλειαν, συνεχῶς αὐτὸν καὶ ἐν συνεδρίοις, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ πανταχοῦ περιφέροντες, καὶ μετ᾽ ἀκριβείας ἅπαντα τὸν ἐκ τῆς παραβολῆς ταύτης καταμανθάνοντες πλοῦτον· ἵνα καὶ τὰ παρόντα ἀλύπως παραδράμωμεν δεινά, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξιωθῆναι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμή, προσκύνησις νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Cõmunis igitur orbis doctor ille propoſitus eſt,,rem quamcunque moleſtã patientibus,qui ſe conſpiciẽdum præbet omnibus , hóſque omnes ſuperans afflictionum magnitudine. Pro his igitur omnibus gratias agentes benigno Deo, reportemus ex hac narratione fructum & vtilitatem : continenter hunc doctorem & in conſeſſibus , & in ædibus,& in foro,denique in omni loco circunferentes, ſummóque ſtudio diuitias omnes, quas habet hæc parabola, percipientes : quò ſimul & præſentia citra moleſtiã mala tranſcurramus, & futurorũ bonorum compotes B euadamus: quæ nobis omnibus contingat aſſequi, gratia benignitatéque domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & Spiritu ſancto gloria, honor, adoratio, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Λογ. γ.

Εἰς τὸν Λάζαρον λόγος δεύτερος, καὶ ὅτι αἱ ψυχαὶ τῶν βιοθανάτων οὐ γίνονται δαίμονες, καὶ περὶ κρίσεως καὶ ἐλεημοσύνης.

Ἐθαύμασα τὴν ἀγάπην ὑμῶν, ὅτε τὸν περὶ τοῦ Λαζάρου πρῴην ἐκίνησα λόγον, ὅτι καὶ τὴν ὑπομονὴν τοῦ πένητος ἀπεδέξασθε, καὶ τὴν ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν τοῦ πλουτοῦντος ἀπεστράφητε. οὐ μικρὰ δὲ ταῦτα καλοκἀγαθίας δείγματα. κἂν γὰρ μὴ μετίωμεν ἀρετήν, ἐπαινῶμεν δὲ ἀρετήν, δυνησόμεθα πάντως αὐτὴν μετελθεῖν. κἂν μὴ φεύγωμεν κακίαν, ἀλλὰ ψέγωμεν κακίαν, δυνησόμεθα πάντως αὐτὴν ἐκφυγεῖν. ἐπεὶ οὖν μετὰ πολλῆς εὐνοίας ἐκείνους ὑπεδέξασθε τοὺς λόγους, φέρε, καὶ τὰ λειπόμενα ὑμῖν ἀποδώσωμεν. εἴδετε αὐτὸν ἐν τῷ πυλῶνι τοῦ πλουσίου τότε, βλέπετε αὐτὸν σήμερον ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ. εἴδετε αὐτὸν ὑπὸ κυνῶν περιλειχόμενον, βλέπετε αὐτὸν ὑπὸ ἀγγέλων δορυφορούμενον· εἴδετε αὐτὸν ἐν πενίᾳ τότε, βλέπετε ἐν τρυφῇ νῦν· εἴδετε ἐν λιμῷ, βλέπετε ἐν ἀφθονίᾳ πολλῇ. εἴδετε ἀγωνιζόμενον, βλέπετε στεφανούμενον. εἴδετε τοὺς πόνους, βλέ-

De Lazaro concio ſecunda: & quòd animæ morte violenta decedentium,non fiunt dæmones: déque iudicio & eleemoſyna.

EODEM INTERPRETE.

C ADMIRATVS ſum charitatem veſtram, quum heſterno die de Lazaro verba facerem, quòd & pauperis illius tolerantiam comprobaſtis, & diuitis immanitatem inhumanitatémque fuiſtis deteſtati. Nam iſta non vulgaria ſunt bonæ mentis argumenta. Etenim quamuis non ſectemur virtutem, ſi laudemus tamen virtutem, omnino poterimus ad illam pertingere. Similiter autem, etiamſi non fugiamus malitiam, ſi tamen vituperemus malitiam, ſine dubio poteD rimus illam effugere. Quoniam igitur multa cum animi beneuolentia ſermones illos excepiſtis, agè quæ reſtant etiam, vobis perſoluamus. Vidiſtis illum in veſtibulo diuitis, videte eundem hodie in ſinu Abrahæ: vidiſtis illum quum à cânibus circumlingeretur, videte eundem ab angelis ſtipatum: vidiſtis illum tum in paupertate, videte nunc eundem in deliciis:vidiſtis illum in fame,videte in multa rerum affluentia : vidiſtis illum certantem,videte coronatum : vidiſtis labores, videte præmium, quotquot

Primus ad virtutem gradus, eſt aliena virtute applaudere.

Tranſitio fœlix habens propoſitionẽ.

Dilemma tacitum.

ἀγαπῶν εἶναι, πάντων ἐστὶν εὐπορώτερος, ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν. ἐγένετο, φησιν, ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. ἐνταῦθα πονηρὸν νόσημα τῆς ὑμετέρας ἐξελεῖν βούλομαι ψυχῆς. καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀφελεστέρων νομίζουσι τὰς ψυχὰς τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων δαίμονας γίνεσθαι. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ αἱ ψυχαὶ τῶν βιοθανατούντων δαίμονες γίνονται, ἀλλ' αἱ ψυχαὶ τῶν ἐν ἁμαρτήμασι ζώντων· οὐ τῆς οὐσίας αὐτῶν μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως αὐτῶν τὴν ἐκείνων μιμουμένης κακίαν. τοῦτο γοῦν καὶ πρὸς τοὺς Ιουδαίους δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ὑμεῖς τοῦ διαβόλου υἱοί ἐστε. υἱοὺς δὲ διαβόλου αὐτοὺς εἶπεν, οὐκ ἐπειδὴ εἰς τὴν οὐσίαν τὴν ἐκείνου μετέπεσον, ἀλλὰ ἐπειδὴ τὰ ἔργα ἐκείνου ἐποίουν. διὸ καὶ προσέθηκε· τὰς γὰρ ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. καὶ πάλιν ὁ Ιωάννης· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ δόξητε λέγειν, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. συγγενείας γὰρ νόμους, οὐ τοὺς ἀπὸ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας οἶδεν ἡ γραφὴ καλεῖν· καὶ ὧν ἄν τις ὁμότροπος γένηται, τούτου καὶ υἱὸν καὶ ἀδελφὸν εἶναί φησιν ἡ γραφή. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος τὸ πονηρὸν δόγμα τοῦτο εἰσήγαγε; τὴν τῶν μαρτύρων ἐπεχείρησε διορύξαι δόξαν. ἐπειδὴ γὰρ βιαίῳ θανάτῳ τελευτῶσιν ἐκεῖνοι, βουλόμενος αὐτῶν κατασκευάσαι πονηρὰν ὑπόληψιν, τοῦτο ἐποίησεν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἴσχυσε (μένουσι γὰρ τὴν οἰκείαν ἔχοντες λαμπρότητα) ἕτερον δὲ χαλεπώτατον κατειργάσατο, τοὺς γόητας τοὺς ὑπηρετουμένους αὐτῷ διὰ τούτων πείσας τῶν δογμάτων, πολλῶν νέων ἁπαλῶν σώματα κατασφάττειν ἐλπίδι τοῦ δαίμονας ἔσεσθαι, καὶ πάλιν αὐτοῖς ὑπηρετεῖν. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. τί οὖν, ὅτι οἱ δαίμονες λέγουσι, τοῦ μοναχοῦ τοῦ δεῖνος ἡ ψυχή εἰμι, φησί; διὰ γὰρ τοῦτο οὐ πιστεύω, ἐπειδὴ δαίμονες λέγουσιν· ἀπατῶσι γὰρ τοὺς ἀκούοντας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος καίτοιγε ἀληθεύοντας ἐπεστόμισεν αὐτούς, ἵνα μὴ πρόφασιν λαβόντες, τοῖς ἀληθέσι καὶ ψευδῆ πάλιν ἀναμίξωσι, καὶ ἀξιόπιστοι γένωνται. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, οὗτοι οἱ ἄνθρωποι

A ſibi ſatis eſſe quod habet, omnium eſt opulentiſſimus. Sed agedum ſi placet, ad propoſitam materiam reuertamur. Accidit, inquit, vt moreretur Lazarus, ac deportaretur ab angelis. Hîc malum quendam morbum cupio veſtris animis eximere. Sunt enim plerique ſimplices, qui putant animas violenta morte decedentium fieri dæmones. Hoc autem non fit, non fit, inquam, iſtud. Non enim animæ violenta morte decedentium fiunt dæmones, ſed animæ potius in peccatis viuentium. Non quòd mutetur illarum ſubſtantia, ſed quòd ipſarum voluntas dæmonum prauitatem imitetur. B Hoc & Chriſtus dixit Iudæis, Vos filij diaboli eſtis: non quòd in illius naturam eſſent tranſmutati, ſed quoniam illius opera faciebant. Idcirco etiam ſubiicit: Nam deſideria patris veſtri vultis facere. Rurſus Ioannes: Progenies viperarum, quis commonſtrauit vobis, vt fugeritis ab ira ventura? Facite igitur fructum dignum dignum pœnitentia, ac ne velitis dicere: Patrem habemus Abraham. Etenim eas leges agnoſcit propinquitatis C ſcriptura, vt nō qui natura cōiūcti ſūt, ſed qui virtute maliciáve propinqui ſunt, ſoleat appellare cognatos. Et cuiuſcunque mores aliquis expreſſerit, huius & filium & fratrem illum eſſe dicit ſcriptura. At cuius rei gratia diabolus iſtam peruerſam opinionem inuexit? Conatus eſt martyrū defodere & obruere gloriam. Etenim quum illi morte violenta deceſſerint, cupiēs prauā de illis gignere ſuſpicionē, hoc fecit: verùm quod voluit non potuit. Perſeuerant enim martyres, proprium obtinentes ſplendorem. Quin aliud multò D crudelius perpetrauit, maleficis ipſiq; inſeruiētibus, per has opiniones perſuaſis, vt tenera multorum adoleſcentum corpora trucidarent, ſperantes futurum, vt fierent dæmones, rurſuſq; ipſis inſeruirent. Verùm non ſunt iſta vera, non ſunt inquam. Quid igitur eſt quod dæmones dicunt, Monachi illius ſum anima? Sane propter hoc ipſum non credo, quia dæmones dicunt: decipiūt enim auditores. Quapropter & Paulus ipſis tametſi vera dicētibus impoſuit ſilētiū, ne ex veris nacti occaſionem, pòſt admiſcerēt mendacia, fidéq; ſibi cōciliarēt. Cùm enim dixiſſent, iſti

Aſſueratio.

Animas violenta morte decedentium non fieri dæmones.

Ioan. 8. 14.

Ioan. 8.

Cognatio ſpiritualis

Dæmoni nec vera dicenti audiendum eſt.

Act.16.17. homines ſerui Dei altiſſimi ſunt, annunciãtes vobis viam ſalutis, indignatus Apoſtolus ſilentium impoſuit ſpiritui Pythonico,atque exire iuſſit. Et tamen quid mali dicebant? iſti homines ſerui Dei altiſſimi ſunt: ſed quoniã plerique ſimpliciores non norunt ſemper diiudicare quæ à dæmonibus dicuntur ſemel eos excluſit à fide. Ex infamium numero es,inquit, non eſt tuũ liberè loqui,tace, obmuteſce: non eſt tuum prædicare, apoſtolorum iſta eſt Marc.1.& Luc.4.34. authoritas. Quid vſurpas quod tuum non eſt? Sile,infamis es. Sic & Chriſtus dicentes ipſi dæmones, Nouimus te qui ſis, increpauit multa cum acrimonia:nobis legem præſcribens, ne quo pacto dæmoni fidamus,etiamſi tibi aliquid veri dixerit, His igitur cognitis, ne prorſus credamus dæmoni:imò etiã ſi quid veri loquatur, fugiamus eum & auerſemur. Nam ſana dogmata ſalutiferaq; nõ à dæmonibus,ſed ex diuina ſcriptura licet exactè diſcere. Vt igitur cognoſcatis nõ poſſe fieri,vt anima corpore egreſſa veniat ſub tyrannidẽ Rom.6.7. dęmonum, audi quid dicit Paulus: qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato, hoc eſt non amplius peccat. Nam ſi animæ in corpore manenti diabolus non poteſt inferre vim, perſpicuũ eſt quod nec egreſſę. Quomodo igitur,inquis, peccãt, ſi vim non patiũtur? Volẽtes ſpontéq; ac ſeipſas iniuria afficiẽtes peccãt, nõ coactę nq; tyrãnide oppreſſę, idq; declarãt omnes, qui ſuperauerũt illius machinamenta. Veluti beatũ Iob, quũ innumeris impetiſſet fraudibus,omniaq; miſcuiſſet, nõ potuit tamẽ perſuadere, vt aliquod Iob 2. verbũ blaſphemũ proferret. Vnde per- Liberum arbitrium ſpicuũ eſt quod in nobis ſitũ eſt, vt vel obtẽperemus, vel nõ obtẽperemus illius cõſiliis,nec vllã neceſſitatem,neq; tyrãnidem patimur ab illo. Non ſolùm ex his quæ dicta ſunt,verũ etiã ex propoſita parabola liquet, quod animæ corpus egreſſę,non amplius hîc cõmo- Luc.16.22. rantur ſed protinus abducuntur. Acci- Animæ non obambulant. dit enim, inquit, vt moreretur, ac deduceretur ab angelis. Nõ ſolùm autem iuſtorũ animæ,ſed & eorũ qui malè vixerunt illuc deducuntur, atq; id rurſũ ex alio diuite perſpicuũ eſt. Poſtquam enim vberẽ prouentũ produxiſsẽt agri Luc.12.18. ipſius,dicit ſibiipſi: Quid faciã? Demoliar horrea mea, ac maiora ædificabo.

A δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀφελεστέρων ἀεὶ διακρίνειν οὐκ ἴσασι τὰ παρὰ τῶν δαιμόνων λεγόμενα, καθάπαξ αὐτοῖς ἀπέκλεισε τὸ πιστεύεσθαι. τῶν ἠτιμωμένων εἶ, φησιν, ἀπαρρησίαστος εἶ, σιώπα, πεφίμωσο. οὐκ ἔστι σὸν τὸ κηρύττειν. ἀποστόλων ἐστὶ τοῦτο τὸ ἀξίωμα. τί ἁρπάζεις τὸ μὴ σόν; σίγα, ἠτίμωσαι. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε· λέγουσιν αὐτῷ τοῖς δαίμοσιν, οἴδαμέν σε τίς εἶ, ἐπετίμησεν αὐτοῖς μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, διδάσκων ἡμᾶς μηδαμοῦ δαίμονι πείθεσθαι, μηδὲ ἂν σοί ὑγιές τι λέγῃ. ἅπερ δὴ καὶ μαθόντες B μὴ πειθώμεθα δαίμονι καθόλου· ἀλλὰ κἂν ἀληθές τι φθέγγηται, φεύγωμεν αὐτὸν καὶ ἀποστρεφώμεθα. τὰ γὰρ ὑγιῆ δόγματα καὶ σωτήρια, οὐ παρὰ δαιμόνων, ἀλλὰ παρὰ τῆς θείας γραφῆς ἔστι μετ᾽ ἀκριβείας μαθεῖν. ὅτι γὰρ οὐκ ἔστι ψυχὴν τοῦ σώματος ἐξελθοῦσαν ὑπὸ τὴν τῶν δαιμόνων γενέσθαι τυραννίδα, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, τουτέστιν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνει. εἰ γὰρ ἐν τῷ σώματι οἰκούσῃ τῇ ψυχῇ βίαν ἐπαγαγεῖν οὐ δυνήσεται ὁ διάβολος, εὔδηλον ὅτι C οὐδὲ ἀπελθούσῃ. πῶς οὖν ἁμαρτάνουσι, φησιν, εἰ μὴ βίαν πάσχωσιν; ἑκοῦσαι καὶ βουλόμεναι, καὶ ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι, οὐκ ἀναγκαζόμεναι, οὐδὲ τυραννούμεναι. καὶ τοῦτο ἐδήλωσαν ἅπαντες οἱ περιγενόμενοι τῶν ἐκείνου μηχανημάτων. τὸν γοῦν Ἰὼβ μυρία κυκήσας, οὐκ ἴσχυσε πεῖσαι βλάσφημόν τι ῥῆμα ἐξενεγκεῖν. ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τοῦ πείθεσθαι, καὶ τοῦ μὴ πείθεσθαι ταῖς ἐκείνου συμβουλαῖς ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, καὶ ἀνάγκην οὐδεμίαν, οὐδὲ τυραννίδα ὑφιστάμεθα παρ᾽ ἐκείνου. οὐκ ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ μόνον, D ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς προκειμένης παραβολῆς εὔδηλον, ὅτι τοῦ σώματος αἱ ψυχαὶ ἐξελθοῦσαι, οὐκ ἔτι ἐνταῦθα διατρίβουσιν, ἀλλ᾽ εὐθέως ἀπάγονται. καὶ ἄκουε πῶς. ἐγένετο γὰρ αὐτόν, φησιν, ἀποθανεῖν, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων. οὐχ αἱ τῶν δικαίων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν πονηρίᾳ ζώντων ἀπάγονται ἐκεῖ αἱ ψυχαί. καὶ τοῦτο δὲ πάλιν ἐξ ἑτέρου πλουσίου δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ εὐφόρησεν ἡ χώρα αὐτοῦ, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· τί ποιήσω; καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω. οὐδὲν ἀθλιώτερον τῆς τοιαύτης γνώμης. ὄντως καθεῖλεν αὐτοῦ τὰς ἀποθήκας.

χας. ἀποθῆκαι γὰρ ἄσυλοι, οὐχ οἱ τοῖχοι, ἀλλ' αἱ τῶν πενήτων εἰσὶ γαστέρες· ὁ δὲ ἐκείνας ἀφεὶς, περὶ τοίχους ἠσχολεῖτο. τί οὖν φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Θεός, ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου ἀπὸ σοῦ. καὶ ὅρα· ἐνταῦθα φησὶν ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, ἐκεῖ ἀπαιτοῦσι· καὶ τὸν μὲν ὡς δεσμώτην ἦγον, τὸν δὲ ὡς στεφανίτην ἐδορυφόρουν. καὶ καθάπερ ἐν τῷ σκάμματι πολλά τινα τραύματα λαβόντα καὶ αἵματι καταπερραντισμένον, εἶτα τὴν κεφαλὴν ἀναδησάμενον οἱ περὶ τοῦ σκάμματος ἑστῶτες ὑποδεξάμενοι μετὰ πολλῆς τῆς εὐφημίας οἴκαδε ἄγουσι κροτοῦντες, εὐφημοῦντες, θαυμάζοντες· οὕτω καὶ τὸν Λάζαρον ἄγγελοι τότε ἀπήγαγον· ἐκείνου δὲ τὴν ψυχὴν ἀπῄτουν φοβεραί τινες δυνάμεις, ἴσως ἀπεσταλμέναι ἐπὶ τοῦτο. οὐ γὰρ αὐτομάτως ἡ ψυχὴ πρὸς ἐκείνην ἀναχωρεῖ τὴν ζωήν· ἐπειδὴ μηδὲ δυνατόν. Εἰ γὰρ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβοντες, τοῦ χειραγωγοῦντος δεόμεθα· πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχὴ τῆς σαρκὸς ἀπορραγεῖσα, καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν μεθισταμένη ζωὴν, τῶν ὁδηγησόντων αὐτὴν δεήσεται. Διὰ τοῦτο πολλάκις ἀναδύεται, καὶ πρὸς τὸ βάθος κάτω χωρεῖ, καὶ δέδοικε, καὶ φρίττει, μέλλουσα τῆς σαρκὸς ἀφίστασθαι. ἀεὶ μὲν γὰρ ἡμᾶς κεντεῖ τῶν ἁμαρτημάτων τὸ συνειδὸς, μάλιστα δὲ κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν, ὅταν μέλλωμεν ἐντεῦθεν ἀπάγεσθαι πρὸς τὰς εὐθύνας τὰς ἐκεῖ καὶ τὸ φοβερὸν δικαστήριον. τότε, εἴτε ἥρπασέ τις, εἴτε ἐπλεονέκτησεν, εἴτε τινὰ ἐπηρέασεν, εἴτε τινὸς γέγονεν ἐχθρὸς ἀδίκως, εἴτε ἄλλο ὁποιονοῦν δεινὸν εἰργάσατο, ἅπας ὁ τῶν ἁμαρτημάτων ἑσμὸς ἀνανεοῦται καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἵσταται, καὶ τὴν διάνοιαν κεντεῖ. καὶ καθάπερ οἱ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, ἀεὶ μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ ὀδύναις εἰσὶ, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ' ἣν ἂν μέλλωσιν ἐξάγεσθαι, καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς τοῦ δικάζοντος ἄγεσθαι θύρας· καὶ περὶ τῶν κιγκλίδων ἑστῶτες, καὶ τῆς τοῦ κρίνοντος φωνῆς ἔνδοθεν ἀκούοντες, ἀποπήγνυνται τῷ φόβῳ, καὶ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ μάλιστα μὲν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἁμαρτίας ὀδυνᾶται καὶ στενοχωρεῖται, πολλῷ δὲ πλέον ὅταν ἐντεῦθεν ἀποσπασθεῖσα ἀπάγεσθαι μέλλῃ. σιγᾶτε ταῦτα ἀκούοντες; πολλὴν ὑμῖν ἔχω χάριν τῆς σιγῆς ταύτης μᾶλλον, ἢ τῶν κρότων.

A Nihil iſthac mente infœlicius, verè demolitus eſt ſua ipſius horrea. Nám horrea quæ deprædari non poſſunt, non ſunt muri, ſed pauperum ventres, quibus ille neglectis ſollicitus erat de parietibus. Quid igitur dicit Deus? Stulte, hac nocte repetunt animam tuam abs te. Hìc inquit, deductam fuiſſe ab angelis, illic autem repetunt: & hunc quidem ceu vinctum educebant, illum verò vt coronam geſtantem ſtipabant. Et quemadmodum eum qui prius in ſtadio multa vulnera accepit, ac ſanguine conſperſus eſt, pòſt corona capiti addita, hi qui ante ſtadium ſtant, B ſuſceptum multa cum laude domum deducunt, applaudentes, bene ominantes, admirantes: Sic & angeli Lazarum tum deducebant, illius verò animam repetebant, metuendæ quædam virtutes fortaſſis ad hoc miſſæ: neque enim ſua ſponte anima ad illam ſecedit vitam, propterea quòd hoc ne fieri quidem poſſit. Nam ſi ciuitatem ciuitate mutantes egemus deductoribus, multò magis anima à carne diuulſa, & ad futuram tranſiens vitam, opus habebit viæ ducibus. Quapropter freC quēter nunc emergit, nunc in profundum demergitur, metuitque, & horret quum eſt à corpore diſceſſura. Nam quum ſemper nos ſtimulat peccatorū conſcientia, tum verò maximè illa hora, quum hinc ſumus abducēdi ad illa tribunalia, metuendumq́; iudicium: tum enim ſiue quis rapuit, ſiue fraudauit, ſiue contumelia affecit, ſiue cuiquā præter cauſam inimicus factus eſt, ſiue aliud quodcunque facinus perpetrauit: vniuerſus illic peccatorum cumulus renouatur, & oculis exhibetur, mentemq́; ſtimulat. Et quemadmoD dum qui tenentur in carcere, ſemper quidem deiecti mœrētéſque ſunt, maximè tamen ſub illum diem quo ſunt educendi, & ad ipſas iudicis fores pertrahēdi, ac pro cancellis fori ſtantes iudicis vocem intus audiunt, exanimantur metu, nihilóque melius afficiuntur, quàm mortui: ſic & anima, maximè quidem in ipſo peccati tempore cruciatur & angitur, multò tamen magis quum hinc auulſa abducenda eſt. Ergone tacetis, dum auditis? multò maiorem vobis habeo gratiam pro ſilentio, quàm pro plauſibus: propterea quòd plauſus quidem ac laudes

Simile.

Simile.

E

loqueretur Vulpes foueas habent, &
Matth. 8. 20. volucres cœli nidos: filius autem homi-
nis non habet, vbi caput reclinet: neq;
menſa illi erat, non domus, non aliud
quicquam eiuſmodi: non quod egenus
eſſet, ſed quod homines ad hanc inſi-
ſtendam viam erudiret. Hac nimirum
ratione docebat illos orare. Dicebant
igitur illi: Doce nos orare. Idcirco et-
iam orat, vt & illi diſcant orare. Sed
non tantum orare, verum etiam, quo
pacto deberent orare diſcere illos o-
portuit: propterea nempe tradidit &
illis orationem in hæc verba conce-
ptam: Pater noſter, qui es in cœlis,
ſanctificetur nomen tuum. Adue-
niat regnum tuum. Fiat voluntas tua,
ſicut in cœlo, & in terra. Panem no-
ſtrnm quotidianum da nobis hodie.
Et dimitte nobis debita noſtra ſicut
& nos dimittimus debitoribus no-
ſtris. Et ne nos inducas in tentatio-
nem. Hoc eſt in periculum, in inſidias.

A ὅρα πῶς αὐτὰ παιδεύει καὶ διὰ τῶν πραγμάτων. εἰπὼν γὰρ, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, δείκνυσι πῶς αὐτὰ δεῖ κατορθοῦν. πῶς οὖν ἐδίδαξε; Λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἔνιψε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας. τί ταύτης ἴσον τῆς ταπεινοφροσύνης; οὐκ ἔτι γὰρ διὰ τῶν λόγων μόνον ταύτην παιδεύει, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων. πάλιν τὴν πρᾳότητα καὶ τὴν ἀνεξικακίαν διδάσκει διὰ τῶν ἔργων πῶς; ἐῤῥαπίσθη παρὰ τοῦ δούλου τοῦ ἀρχιερέως, καί φησιν, Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις; ἐκέλευσεν B εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, πάλιν καὶ τοῦτο διὰ τῶν ἔργων παιδεύει. ἀναβὰς γὰρ ἐν τῷ σταυρῷ λέγει, Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ὥσπερ οὖν ἐκέλευσεν εὔχεσθαι, οὕτω καὶ αὐτὸς εὔχεται, σε παιδεύων εὔχεσθαι, οὐκ αὐτὸς ἀπορῶν ἀφιέναι. πάλιν ἐκέλευσεν εὖ ποιεῖν τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς, καὶ καλῶς ποιεῖν τοὺς ἐπηρεάζοντας. τοῦτο δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐποίησε. τῶν γὰρ Ιουδαίων τοὺς δαίμονας ἐξέβαλε, τῶν καλούντων αὐτὸν δαιμονῶντα, ἐλαύνοντας εὐεργέτει, ἐπιβουλεύοντας ἔτρεφε, σταυρῶσαι βουλομένους εἰς βασι- C λείαν ἐχειραγώγει. ἔλεγε πάλιν τοῖς μαθηταῖς, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, πρὸς ἀκτημοσύνην ἀλείφων· τοῦτο πάλιν διὰ τῶν ἔργων ἐπαίδευεν οὕτω λέγων, Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. καὶ οὐκ ἦν αὐτῷ τράπεζα, οὐκ οἰκία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν. οὐκ ἐπειδὴ ἠπόρει, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπαίδευε τοὺς ἀνθρώπους ταύτην ἐλθεῖν τὴν ὁδόν. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον καὶ εὔχεσθαι αὐτοὺς ἐδίδασκεν. ἔλεγον οὖν αὐτῷ, δίδαξον ἡμᾶς D εὔχεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ εὔχεται, ἵνα ἐκεῖνοι μάθωσιν εὔχεσθαι. ἀλλ' οὐκ εὔχεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ εὔχεσθαι μαθεῖν αὐτοὺς ἐχρῆν· διὰ δὴ τοῦτο καὶ εὐχὴν παρέδωκεν οὕτως ἔχουσαν· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, τουτέστιν, εἰς κίνδυνον, εἰς ἐπιβουλάς.

A ἐπεὶ οὖν ἐκέλευσεν εὔχεσθαι, μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, τοῦτο αὐτὸ διδάσκει αὐτοὺς δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος λέγων, πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, παιδεύων ἅπαντας τοὺς ἁγίους μὴ ἐπιπηδᾶν τοῖς κινδύνοις, μηδὲ ἐπιρρίπτειν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἀναμένειν μὲν ἐπιόντας, καὶ ἀνδρείαν πᾶσαν ἐπιδείκνυσθαι· μὴ μέντοι αὐτοὺς προπηδᾶν, μηδὲ προτέρους ὁμόσε τοῖς δεινοῖς ἰέναι. τί δήποτε; καὶ ταπεινοφροσύνην διδάσκων, καὶ τῶν τῆς κενοδοξίας ἐγκλημάτων ἀπαλλάττων. διά τοι τοῦτο καὶ ἐνταῦθα, ὅτε ταῦτα ἔλεγεν, ἀπελθών, φησι, προσηύξατο· καὶ μετὰ τὸ προσεύξασθαι λέ- B γει τοῖς μαθηταῖς οὕτως· Οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν. ὁρᾷς ὅτι οὐ προσεύχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ παραινεῖ; τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, φησὶν, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. τοῦτο δὲ ἔλεγε, τῦφον τὴν ψυχὴν αὐτῶν κενῶν, καὶ ἀπονοίας ἀπαλλάττων, συνεσταλμένους ποιῶν, μετριάζειν παρασκευάζων. ὃ τοίνυν ἠβούλετο αὐτοὺς διδάσκειν εὔχεσθαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ηὔξατο ἀνθρωπίνως· οὐ κατὰ τὴν θεότητα (ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον) ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνθρωπό- C τητα. ηὔξατο δὲ παιδεύων ἡμᾶς εὔχεσθαι, καὶ ἀεὶ ζητεῖν τῶν δεινῶν τὴν ἀπαλλαγήν· εἰ δὲ μὴ ἐγχωροίη, στέργειν τὰ τῷ θεῷ δοκοῦντα. διὰ τοῦτο ἔλεγε, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· οὐκ ἐπειδὴ ἄλλο μὲν αὐτοῦ βούλημα, ἄλλο δὲ τοῦ πατρός· ἀλλ' ἵνα παιδεύσῃ τοὺς ἀνθρώπους, κἂν ἀγωνιῶσι, κἂν τρέμωσι, κἂν κίνδυνος ἐπίῃ, κἂν μὴ βούλωνται ἀπορραγῆναι τῆς παρούσης ζωῆς, ὅμως τοῦ οἰκείου βουλήματος προτιμᾶν τὸ τοῦ θεοῦ βούλημα· ὃ γὰρ οὖν καὶ Παῦλος παιδευθεὶς, ἀμφότερα ταῦτα διὰ τῶν ἔργων D ἔδειξε. τούς τε γὰρ πειρασμοὺς ἠξίωσεν ἀποκινηθῆναι αὐτοῦ, οὕτω λέγων, Ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν κύριον παρεκάλεσα· καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἔδοξε τῷ θεῷ, φησι, διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς. τάχα δὲ ἀσαφὲς τὸ εἰρημένον. ἐγὼ ποιῶ αὐτὸ σαφέστερον. ἐκινδύνευσε πολλὰ ὁ Παῦλος, καὶ ηὔξατο μὴ κινδυνεύειν. ἤκουσεν οὖν τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. ἐπεὶ οὖν εἶδε τοῦ θεοῦ θέλημα ὄν, λοιπὸν τὸ ἑαυτοῦ θέλημα ὑποτάττει τῷ τοῦ θεοῦ θελήματι.

Quando igitur orare iuſſit, Ne nos inducas in tentationem, iſtud ipſum reipſa docet illos, dum ait, Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, dum omnes ſáctos docet, ne periculis ſeſe obiiciant, neque ſe præcipites agant, ſed inſultum aduerſariorum expectent, omnemque fortitudinem præ ſe ferát: non tamen vt ipſi proſiliát, ſeque priores malis obiiciant. Quid ita? vt nimirum humilitatem doceat, & vanæ gloriæ crimine liberet. Quam etiam ob cauſſam hîc quoque, dum hæc diceret, abiens, inquit, orauit, & poſtquam oraſſet, ita dixit diſcipulis, Non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Vides vt non ſolum oret, ſed etiam admoneat? Spiritus enim promptus eſt, inquit, caro autem infirma. Hoc autem dicebat, vt ex eorum anima faſtû omnem depelleret, vt eos ſuperbia liberaret, humiles redderet, ac modeſtos efficeret. Quod igitur eos precari docere volebat, hoc & ipſe precabatur humanitus, non ſecundum diuinitatem (eſt enim omnis paſſionis expers numen) ſed ſecundum humanitatem. Porro vt nos orare doceret, orabat, & ſemper quærere liberari à malis: quod ſi fieri nequeat, vt eo, quod Deo viſum fuerit, contenti ſimus. Propterea dicebat; Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, non quod alia voluntas eius eſſet, & alia Patris: ſed vt homines doceret, quamuis æſtuent, quamuis tremant, quamuis pericula immineant, quamuis ab hac vita nolint auelli, propriæ tamen voluntati Dei præferre voluntatem: quod vtrique Paulus edoctus agere, vtrumq; opere præſtitit: Nam & tentationes à ſe poſtulauit amoueri, cum ita diceret: Propter quod ter Dominum rogaui: & quoniam Deo viſum non eſt, inquit, idcirco placide acquieſco in infirmitatibus, in contumeliis, in perſequutionibus. Forte vero nû ſatis apertum eſt, quod dicitur: itaq; manifeſtius à nobis reddetur. Multis obſidebatur periculis Paulus; & orabat, ne periculis obiiceretur. Audiuit ergo Chriſtû dicentem; Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in mea infirmitate perficitur. Poſtquam igitur, quænam eſſet Dei voluntas, agnouit, tum voluntatem ſuam deinceps Dei voluntati ſubiecit.

Matt. 26. 41.

2 Cor. 12. 8.

Hæc igitur vtraque per orationem iſtam docuit, vt neque periculis nos obiiciamus, ſed & oremus ne in ea incidamus: ſin autem nos inuaſerint, ea patienter feramus, ac propriæ voluntati Dei voluntatem præferamus. Quæ cum ita nobis explorata ſint, oremus vt nunquam in tentationem intremus: quod ſi quando intrauerimus, Deum precemur, vt nobis patientiam & fortitudinem largiatur, ipſiuſque voluntatem omni noſtræ voluntati præferamus. Sic enim fiet, vt vitam præſentem cum ſecuritate tranſigamus, & futura bona conſequamur: quorum nos compotes fieri contingat gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri, vna cum Spiritu ſancto gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A Ταῦτα τοίνυν ἀμφότερα ἀπὸ τῆς εὐχῆς ταύτης ἐπαίδευσε, μήτε ἐπιπηδᾶν τοῖς κινδύνοις, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι μὴ ἐμπεσεῖν εἰς αὐτούς· εἰ δὲ ἐπέλθοιεν, φέρειν αὐτοὺς γενναίως, καὶ τοῦ οἰκείου θελήματος προτιμᾶν τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα. Ταῦτα οὖν εἰδότες, εὐχώμεθα μὲν μηδέποτε εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· κἂν εἰσέλθωμεν, παρακαλῶμεν τὸν θεὸν διδόναι ἡμῖν ὑπομονὴν καὶ ἀνδρείαν, καὶ τὸ αὐτοῦ θέλημα παντὸς θελήματος ἡμῶν προτιμῶμεν. οὕτω γὰρ καὶ τὸν παρόντα βίον μετ' ἀσφαλείας διανύσομεν, καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτευξόμεθα· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς B ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ad eos, qui ad ludos Circenſes proficiſcuntur, & in illum Euangelij locum, Intrate per anguſtam portam, quia læta porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam: & ſub finem in Diuitem & in Lazarum.

Matth. 7. 13.

Πρὸς τοὺς εἰς τὰς ἱπποδρομίας ἀπελθόντας, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου· Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς· καὶ C πρὸς τῷ τέλει εἰς πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.

Eodem interprete.

COnſuetam rurſus attingere doctrinam volo, & ſpiritualem menſam vobis apponere: ſed piget me cunctórque, dum video nullum vos ex aſſidua doctrina fructum capere. Quandoquidem agricola quoque poſtquam liberali manu ſemina ſinui terræ commiſit, neque dignum laboribus germen videt exoriri, non eadem cum animi alacritate agriculturam exercet: quoniam ſpes vbertatis frugum moleſtiam laborum imminuit. Pari ratione nos quoque multum hunc docendi laborem æquo animo ferremus, ſi nos quippiam profeciſſe cohortatione noſtra didiciſſemus ad vtilitatem veſtram promouendam: iam vero cum conſpiciamus poſt tam multas cohortationes noſtras, poſt tam multas admonitiones & caſtigationes, (neque enim ceſſauimus, vobis in memoriam reuocare tremendum illud tribunal, ineuitabiles illas pœnas,

Βούλομαι τῆς συνήθους ἅψασθαι πάλιν διδασκαλίας, καὶ τὴν πνευματικὴν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν· καὶ ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι, ὁρῶν οὐδὲν καρπουμένους ὑμᾶς ἐκ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας. ἐπεὶ καὶ γεωπόνος, ἐπειδὰν δαψιλεῖ τῇ χειρὶ τὰ σπέρματα τοῖς κόλποις τῆς γῆς παρακαταθῇ, καὶ D μὴ ἀξίαν τῶν πόνων ἴδῃ τὴν βλάστην γενομένην, οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς προθυμίας τῆς γεωργίας ἅπτεται. ἡ γὰρ ἐλπὶς ἀεὶ τῆς τῶν καρπῶν φορᾶς ὑποτέμνει τὸ βαρὺ τῶν πόνων. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς τὸν πολὺν τοῦτον πόνον τῆς διδασκαλίας κούφως ἂν ἠνέγκαμεν, εἰ ἐμάθομεν πλέον τι γενόμενον ἐκ τῆς παραινέσεως τῆς ἡμετέρας εἰς ὠφέλειαν τὴν ὑμετέραν. νυνὶ δὲ ὅταν θεασώμεθα, ὅτι μετὰ τὰς τοσαύτας ἡμῶν παραινέσεις, μετὰ τὰς τοσαύτας νουθεσίας καὶ ἐπιπλήξεις (οὐδὲ γὰρ ἐπαυσάμεθα συνεχῶς ὑμᾶς ὑπομιμνήσκοντες τοῦ φοβεροῦ δικαστηρίου καὶ τῶν εὐθυνῶν τῶν ἀπαραιτήτων,

A καὶ τοῦ πυρὸς ἐκείνου τοῦ ἀσβέστου, καὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἀτελευτήτου) τινὲς τῶν ταῦτα ἀκουόντων (οὐδὲ γὰρ κατὰ πάντων ἐκφέρω τὴν ψῆφον, μὴ γένοιτο) πάντων τούτων ἐπιλαθόμενοι, πάλιν ἐπὶ τὴν Σατανικὴν θεωρίαν τῆς ἱπποδρομίας ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι, ποίᾳ λοιπὸν προσδοκίᾳ τῶν αὐτῶν ἁψόμεθα πόνων, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῖς ταύτην τὴν πνευματικὴν παραθήσομεν, ὁρῶντες μηδὲν πλέον αὐτοὺς ἐντεῦθεν καρπουμένους, ἀλλ' ἁπλῶς συνηθείᾳ τινὶ κατακολουθοῦντας, καὶ κροτοῦντας μὲν τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα καὶ δεικνῦντας ἡμῖν, ὡς μεθ' ἡδονῆς δέχονται τοὺς ἡμετέρους λόγους, B καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τρέχοντας, καὶ μείζονας τοὺς κρότους ἐπὶ τοὺς ἡνιόχους ἐπιδεικνυμένους καὶ ἀκατάσχετον τὴν μανίαν, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου συντρέχοντας, καὶ πρὸς ἀλλήλους πολλάκις διαπληκτιζομένους καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ μὲν τῶν ἵππων οὐ καλῶς ἔδραμεν, ὁ δὲ ὑποσκελισθεὶς κατέπεσεν· καὶ ὁ μὲν τούτῳ τῷ ἡνιόχῳ ἑαυτὸν προσνέμει, ὁ δὲ τῷ ἑτέρῳ· καὶ οὐδαμοῦ ἔννοια, οὐδὲ ὑπόμνησις τῶν ἡμετέρων λόγων, οὐδὲ τῶν πνευματικῶν καὶ φρικτῶν μυστηρίων τῶν ἐνταῦθα τελουμένων, C ἀλλὰ καθάπερ αἰχμάλωτοι γενόμενοι ὑπὸ τῶν τοῦ διαβόλου παγίδων, ἐκεῖ διημερεύουσι, τῇ Σατανικῇ θεωρίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες, καὶ εἰς αἰσχύνην προκείμενοι καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τοῖς τὰ ἡμέτερα διασύρειν βουλομένοις; τίς ἂν οὖν, κἂν σφόδρα ᾖ λίθινος, ἢ καὶ ἀναίσθητος, ταῦτα ἀναλγήτως ἐνεγκεῖν δυνήσεται, μήτιγε ἡμεῖς οἱ πατρικὴν φιλοστοργίαν περὶ πάντας ὑμᾶς ἐπιδείκνυσθαι σπουδάζοντες; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ λυποῦν ἡμᾶς, ὅτι ἀνόητον τὸν ἡμέτερον ἐπιδείκνυσθε κάματον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον ἡμῶν καθάπτεται, D ὅταν ἐννοήσωμεν, ὅτι βαρυτέραν ἑαυτοῖς οἱ ταῦτα ποιοῦντες ἐργάζονται τὴν κατάκρισιν. Ἡμεῖς γὰρ τῶν πόνων τὴν ἀμοιβὴν ἀναμένομεν παρὰ τοῦ δεσπότου. τὸ γὰρ ἡμέτερον ἅπαν πεποιήκαμεν, καὶ τὸ ἀργύριον κατεβαλόμεθα, καὶ τὸ τάλαντον τὸ ἐμπιστευθὲν ἡμῖν διενείμαμεν, καὶ οὐδὲν τῶν εἰς ὑμᾶς ἡκόντων παραλελοίπαμεν· οἱ δὲ τὰ ἀργύρια δεξάμενοι ταῦτα τὰ πνευματικὰ, ποίαν ἕξουσιν; Εἰπέ μοι, ἀπολογίαν, ποίαν δὲ συγγνώμην, ὅταν μὴ μόνον αὐτὰ ἀπαιτῶνται, ἀλλὰ καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν;

A ignem illum, qui nunquam extinguitur, & vermem qui nunquam moritur) eorum nonnulli, qui hæc audiunt, (non enim in omnes ſententiam fero, abſit) horum omnium obliti, rurſus illi Satanico ſe ſpectaculo dediderunt, qua tandem expectatione lactati redibimus ad eoſdem labores, & hanc illis doctrinam ſpiritualem apponemus, cum nullum eos inde fructum percepiſſe videamus, ſed conſuetudini cuidam temere obſequentes cum applauſu, quæ dicebantur à nobis, excepiſſe nobiſque ſignificationem dediſſe voluptatis eius, B quam ex noſtris ſermonibus capiebant, ac deinde rurſus ad Circum accurrere, maiorique cum applauſu, & effrænata quadam inſania curſibus agitatorum fauere, ſumma contentione cum illis concurrere, & inter ſe frequenter velitari, ac dicere, vnum quidem ex equis recte cucurriſſe, alterum vero ſupplantatum eſſe prolapſum, & hunc quidem illi agitatori ſe adiungere, illum vero alteri, nec vſquam eos mente verſare, vel recordari verborum noſtrorum, C neque ſpiritualium tremendorumque myſteriorum quæ hic celebrantur, ſed quaſi Diaboli laqueis captiui teneantur, illic totos dies traducere, & Satanicis ſpectaculis ſe dedere, ſeque Iudæis ac Gentilibus opprobriis obruendos exponere, illiſque qui rebus noſtris voluerint obtrectare? Quis ergo, tametſi fuerit planè ſaxeus, aut ſtupidus, hoc ſine dolore ferre poterit, nedum nos, qui erga vos omnes paternum affectum exhibere contendimus? Neque enim hoc ſolum eſt, quod nobis dolorem D inurit, quod inutilem noſtrum laborem reddatis, ſed multo magis tangit, cum nobis venit in mentem eos, qui hæc faciunt, grauius ſibi iudicium accerſere. Nos enim laborum mercedem à Domino expectamus, quoniam id quod noſtri muneris fuit, perfecimus, pecuniam expendimus, & creditum nobis talentum diſtribuimus, nihil eorum quæ noſtrarum erant partium prætermiſimus; qui vero ſpirituales has pecunias acceperūt, quam quæſo excuſationem habebunt, quam veniam, cum non illæ tantum ab eis exigentur, ſed etiam quæſtus illarum?

A ſpectaculo profanus arceat.

A Quibus oculis iudicem intuebuntur? quo pacto formidabilem illum diem ferent, intoleranda tormenta? Num enim ad ignorantiam confugere poterunt? quotidie inclamamus, admonemus., cohortamur, fraudis perniciem indicamus, grauitatem damni, Satanici conuentus dolum, nec tamen ita potuimus commouere. Quid dico diem illum formidabilem? interim de huius vitæ rebus ſermonem inſtituamus: quo pacto quæſo poterunt, qui Satanico illi ſpectaculo interſunt, huc confidenter venire, cum ſe ab inſurgente ac vehementer reclamante conſcientia ſua ſentiant condemnari? B Annon audiunt iſti beatum Paulum doctorem orbis terrarum dicentem: Quæ ſocietas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? (2. Cor. 6. 14.) Quanta enim condemnatione dignum cenſendum eſt, cum fidelis, qui precum & tremẽdorum myſteriorum quæ hic celebrantur, ac ſpiritualis doctrinæ particeps fuerit, poſt huius loci ſacrificium Satanico illi ſpectaculo cum infideli aſſideat, cum eo qui in tenebris impietatis aberrat, is qui Solis iuſtitiæ fuerit radiis illuſtratus? C qua ratione quæſo deinceps poterimus Gentilibus aut Iudæis os obturare? qua ratione inducere valebimus., ac perſuadere, vt ad pietatis partes tranſeant, cum eos videant, qui ſtant à nobis, in pernicioſis illis omnique ſordium genere redundantibus theatris cum illis commiſceri. Cur enim quæſo poſtquam hoc veniſti, & animum expurgaſti, mentemque ad ſobrietatem & contritionem induxiſti, rurſus illuc abiens teipſum contaminas? non audis ſapientem quendam dicentem: (Eccli. 34. 28.) Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid proficiunt aliud, quam labores? D Id vero nunc etiam fit. Cum enim ea quæ à nobis hic ædificata fuerant per doctrinam aſſiduam, & ſpiritualem hanc admonitionem, confeſtim illuc abiens omnia deſtruas, & in pauimentum, vt ita loquar, abiicias, quid nobis proderit, ſi rurſus ædificium inſtauremus, & vos iterum deſtruatis? Quis non ſummæ dementiæ hoc facinus dixerit ac furoris? Dic enim quæſo ſi in ſenſilibus iſtis ædificiis quæ ex lapidibus conſtruuntur, quempiam cerneres hoc agentem:

ποίοις ὀφθαλμοῖς ὄψονται τὸν κριτήν; πῶς οἴσουσι τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβεράν; τὰ κολαστήρια τὰ ἀφόρητα; μὴ γὰρ εἰς ἄγνοιαν ἔχουσι καταφυγεῖν; καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐγκράζομεν, παραινοῦμεν, προτρεπόμεθα, δεικνύομεν τῆς ἀπάτης τὸν ὄλεθρον, τῆς βλάβης τὸ μέγεθος, τῆς Σατανικῆς πανηγύρεως τὸν δόλον, καὶ οὐδὲ οὕτω καθικέσθαι ἠδυνήθημεν. καὶ τί λέγω τὴν ἡμέραν ἐκείνην τὴν φοβεράν; τέως τὰ ἐνταῦθα γυμνάσωμεν. πῶς, εἰπέ μοι, οἱ τῆς Σατανικῆς ἐκείνης μετασχόντες θεωρίας δυνήσονται μετὰ παρρησίας ἐν αὐτῷ παραγενέσθαι, τὸ συνειδὸς ἔχοντες κατεξανιστάμενον καὶ καταβοῶν μεγάλα; ἢ οὐκ ἀκούουσιν οὗτοι τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος τοῦ διδασκάλου τῆς οἰκουμένης, Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; πόσης γὰρ οὐκ ἂν εἴη καταγνώσεως ἄξιον, ὅταν ὁ πιστὸς καὶ τῶν ἐνταῦθα τελουμένων εὐχῶν καὶ φρικτῶν μυστηρίων καὶ πνευματικῆς διδασκαλίας ἀπολαύων, μετὰ τὴν ἐνταῦθα τελετὴν ἀπελθὼν καθέζηται εἰς τὴν Σατανικὴν ἐκείνην θεωρίαν μετὰ τοῦ ἀπίστου, μετὰ τοῦ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀσεβείας πλανωμένου, ὁ τῷ φωτὶ τῷ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου καταυγασθείς; πῶς, εἰπέ μοι, λοιπὸν ἐπιστομίσαι δυνησόμεθα, ἢ Ἕλληνας, ἢ Ἰουδαίους; πῶς δὲ ἐνάγειν αὐτοὺς ἰσχύσομεν, καὶ πείσομεν μετατάξασθαι εἰς τὴν εὐσέβειαν, ὅταν ὁρῶσι τοὺς μεθ' ἡμῶν τεταγμένους εἰς τὰ ὀλέθρια ἐκεῖνα καὶ πάσης λύμης γέμοντα θέατρα συμφυρομένους αὐτοῖς; τίνος γὰρ ἕνεκεν, εἰπέ μοι, μετὰ τὸ παραγενέσθαι ἐνταῦθα καὶ ἐκκαθᾶραι τὸν λογισμὸν, καὶ τὴν διάνοιαν εἰς νῆψιν ἀγαγεῖν καὶ κατάνυξιν, πάλιν ἀπελθὼν ἐκεῖ καταρρυπαίνεις ἑαυτόν; ἢ οὐκ ἀκούεις σοφοῦ τινος λέγοντος, Εἷς οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλέον ἢ κόπους; ὃ δὴ καὶ νῦν γίνεται. ὅταν γὰρ τὰ ἐνταῦθα ὑφ' ἡμῶν οἰκοδομηθέντα διὰ τῆς συνεχοῦς διδασκαλίας καὶ τῆς παραινέσεως ταύτης τῆς πνευματικῆς, ἀπελθὼν ἀθρόον ἐκεῖ πάντα καθέλῃς, καὶ εἰς ἔδαφος, ὡς εἰπεῖν, καταγάγῃς, ποῖον ὄφελος πάλιν ἡμᾶς ἄνωθεν τὰ τῆς οἰκοδομῆς ἐπιδείκνυσθαι, καὶ πάλιν ὑμᾶς τὰ τῆς καθαιρέσεως; πόσης τοῦτο ἀνοίας οὐκ ἂν εἴη καὶ παραπληξίας; εἰπὲ γάρ μοι· εἰ ἐθεάσω ἐν ταῖς αἰσθηταῖς ταύταις οἰκοδομαῖς ταῖς διὰ τῶν λίθων γινομέναις τοῦτό τινα ποιοῦντα,

οὐχὶ ὡς μεμηνότα αὐτὸν περιστίξεις καὶ εἰκῆ καὶ μάτην κοπιώμενον, καὶ εἰς οὐδὲν δέον πάντα τὰ αὐτοῦ καταναλίσκοντι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς οἰκοδομῆς ταύτης τῆς πνευματικῆς λογίζου, καὶ τὴν αὐτὴν ἔκφερε ψῆφον. ἰδοὺ γὰρ ἡμεῖς μὲν, ἐπειδὴ εἰς τοῦτο ἐτάχθημεν παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τὴν οἰκοδομὴν ταύτην τὴν πνευματικὴν εἰς ὕψος ἐγείρομεν, καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς διδασκαλίαν ὑμᾶς ἐνάγειν σπουδάζομεν· τινὲς δὲ τῶν ἐνταῦθα συντρεχόντων τὴν μετὰ πολλοῦ πόνου αὐξηθεῖσαν οἰκοδομὴν ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ μονονουχὶ ταῖς οἰκείαις χερσὶ διὰ τῆς ἀφάτου ταύτης ῥᾳθυμίας εἰς ἔδαφος κατάγουσιν, ἡμῖν μὲν πολλὴν τὴν ἀθυμίαν ἐντεῦθεν τίκτοντες, ἑαυτοῖς δὲ μέγιστον τὸν ὄλεθρον καὶ τὴν ζημίαν ἀφόρητον. τάχα σφοδροτέραν τὴν ἐπιτίμησιν ἐποιησάμεθα· ὅσον μὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν φιλοστοργίαν σφοδροτέραν, ὅσον δὲ πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ πλημμελήματος οὐδὲ τὴν ἀξίαν. ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ δεῖ καὶ τοῖς πεπτωκόσι χεῖρα ὀρέγειν, καὶ περὶ τοὺς οὕτως ἐρρᾳθυμηκότας τὴν πατρικὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι, οὐδὲ οὕτως ἀπαγορεύομεν αὐτοῖς τὴν σωτηρίαν· μόνον ἐὰν βουληθῶσι μηκέτι τοῖς αὐτοῖς πάλιν περιπεσεῖν, ἀλλὰ μέχρι τούτου στῆσαι τὰ τῆς ῥᾳθυμίας, καὶ ἀπαγορεύσαι ἑαυτοῖς τὴν ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας ἄνοδον, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σατανικὴν θεωρίαν. δεσπότην γὰρ ἔχομεν φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον καὶ κηδεμονικὸν, ὅς, ἐπειδὴ οἶδε τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας, ἐπειδὰν ἁμαρτήματί τινι περιπέσωμεν ῥᾳθυμίᾳ ὑποσκελισθέντες, ἓν μόνον ἐπιζητεῖ παρ᾽ ἡμῶν, μὴ ἀπογνῶναι, ἀλλὰ ἀποστῆναι τοῦ πλημμελήματος, καὶ πρὸς τὴν ἐξομολόγησιν ἐπειχθῆναι. κἂν τοῦτο ποιήσωμεν, ταχεῖαν ἡμῖν τὴν συγχώρησιν ἐπαγγέλλεται· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; ταῦτα τοίνυν εἰδότες, μὴ καταφρονῶμεν τοῦ οὕτω φιλανθρώπου δεσπότου, ἀλλὰ περιγινώμεθα τῆς συνηθείας τῆς ἐπιβλαβοῦς· καὶ μὴ τὴν πλατεῖαν πύλην, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίζωμεν· καθάπερ σήμερον ἠκούσατε τοῦ κοινοῦ πάντων δεσπότου παραινοῦντος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ λέγοντος· Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν,

A num cum tanquam furioſum intuereris, aut fruſtra & incaſſum laborantem, & omnia ſua in res inutiles expendentem? pari ratione de hoc ſpirituali ædificio ratiocinare, atque eandem fer ſententiam. Ecce nos quidem poſtquam id nobis muneris à gratia diuina delatum eſt, ſingulis diebus ſpirituale hoc ædificium in altum erigimus, & vos ad virtutis doctrinã prouehere ſtudemus: at nonnulli qui huc concurrunt, ædificium multo cum labore auctum vno temporis memento ſuis propemodum manibus per ſummam hanc deſidiam in pauimentum B deiiciunt, & nobis quidem ingentem inde triſtitiam pariunt, ſibi vero perniciem extremam & intolerabile damnum contrahunt. Aſperiore forraſſe reprehenſione vſi ſumus: ſi ſpectetur quidem paternus hic amor noſter, aſperiore; ſin autem grauitas delicti ſpectetur, ne quidem ſatis digna. Veruntamen quoniam lapſis manus eſt porrigenda, atque erga illos qui tam negligentes fuerunt, paterna exhibenda eſt beneuolentia, ne ſic quidem de illorum ſalute deſpe- C ramus: dummodo non amplius in eadem velint recidere, ſed huc vſque tantum negligentiæ ſuæ indulgere, ſibique ipſis aditu Circenſium & omnis eiuſmodi Satanici ſpectaculi interdicant. Benignum enim, cleclementem, ac prouidium habemus dominum, qui cum naturæ noſtræ nouerit imbecillitatem, vbi negligentia ſupplantati in peccatum aliquod prolapſi fuerimus, vnum id ſolum à nobis requirit, vt ne deſperemus, ſed à peccato reſiliamus, & ad confeſſionem properemus. Quod ſi hoc D faciamus, cito ſe veniam daturum pollicetur: ipſe enim eſt qui dicit: Nunquid qui cadit, non reſurgit, aut, qui auertit ſe, non reuertitur? Hæc igitur cum ſciamus, tam clementem dominum ne ſpernamus, ſed noxiam conſuetudinem ſuperemus, neque per latam portam & ſpatioſam viam incedamus, prout audiſtis hodie communem dominum admonentem in Euangelio, ac dicentem: Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem,

Hier. 8.4.

Matt. 7.13.

A & multi ſunt, qui intrant per eam. Dum audis latam eſſe portam, & ſpatioſam viam, ne decipiaris in exordio, neque illud ſpectes, quod multi ſint qui per eam intrent: ſed illud animaduerte in anguſtum illam finem deſinere. Illud quoque prudenter conſidera nequaquam de ſenſili porta verba fieri, neque de via ſimpliciter, ſed de tota vita noſtra, de virtute ac vitio admonitionem eſſe. Propterea quoque ab his verbis ſermonem inchoauit, intrate per anguſtam portam, virtutis portam ſic appellans. Deinde cum dixiſſet, Intrate per anguſtam portam, nos deinceps cauſſam docet, B ob quam ad hoc nos cohortetur. Licet enim anguſta ſit iſta, multumque laborem offerat in ingreſſu, ſi tamen paululum laboretis, ad multam latitudinem perueni etis & amplitudinem, quæ vos ingenti voluptate poterit recreare. Ne igitur hoc ſpectetis, inquit, quod anguſta ſit, neque vos conturbent primordia, neque ingreſſus anguſtiæ deſides vos reddant. Lata enim hæc porta & ſpatioſa via deſinit in perditionem. Quapropter multi etiam ob initia & exordia decepti, ne- C que futurorum quicquam præuidentes in perditionem ſeipſos dediderunt: idcirco, lata eſt, inquit, porta & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Ac recte ſane latam ipſam portam vocauit, & ſpatioſam viam, quæ ad perditionem deducit. Qui enim ad ludos Circenſes feſtinant aſcendere, cæteraque Satanica illa ſpectacula, caſtitati vale dicentes, virtutem pro nihilo habentes, qui libidini ac genio indulgere volunt, qui deliciis & gulæ ſe dedunt, qui pecuniarum cupi- D ditate & inſania ſtimulantur, ac præſentis vitæ commodis inhiant, per latam portam & ſpatioſam viam incedunt: poſtquam autem paulo longius progreſſi ſunt, multaſque peccatorum ſarcinas coaceruarunt, afflicti, & debilitati, cum ad viæ finem peruenerint, vlterius progredi nequeunt, cum vix premantur anguſtiis, eo quod mole grauati peccatorum illam peragere minimè poſſint: quo fit, vt in ipſum tandem perditionis præcipitiū deuoluantur. Quid igitur quæſo pro-

Expoſitio textus euangelici.

A καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. ἀκούσας πλατεῖαν πύλην, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν, μὴ τοῖς προοιμίοις ἀπατηθῇς, μηδὲ, ὅτι πολλοὶ εἰσέρχονται δι' αὐτῆς, τοῦτο ἴδῃς, ἀλλ' ἐννόει ὅτι εἰς στενὸν καταστρέφει τέλος. κἀκεῖνο δὲ συνετῶς λογίζου, ὅτι οὐ περὶ αἰσθητῆς πύλης ἐστὶν ὁ λόγος, οὐδὲ περὶ ὁδοῦ ἁπλῶς, ἀλλὰ περὶ πάσης τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἐστὶν ἡ παραίνεσις. διά τοι τοῦτο καὶ ἀρχόμενος οὕτως ἤρξατο λέγειν, εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, τὴν τῆς ἀρετῆς πύλην οὕτω καλῶν. εἶτα εἰπὼν, ὅτι εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, διδάσκει ἡμᾶς λοι- B πὸν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν τοῦτο παραινεῖ. εἰ γὰρ καὶ στενή, φησιν, αὕτη, καὶ πολὺν ἔχει τὸν κάματον ἐν τῇ εἰσόδῳ, ἀλλ' ἐὰν μικρὸν κάμητε, εἰς πολὺ πλάτος ἐκβήσεσθε καὶ εὐρυχωρίαν πολλὴν τὴν ἄνεσιν δυναμένην ὑμῖν παρέχειν. μὴ τοίνυν ὅτι στενή ἐστι, φησιν, ἴδητε, μηδὲ τὰ προοίμια ὑμᾶς θορυβείτω, μηδὲ τὸ στενὸν τῆς εἰσόδου ὀκνηροὺς ἀπεργαζέσθω· ἡ γὰρ πλατεῖα αὕτη πύλη, καὶ ἡ εὐρύχωρος ὁδὸς εἰς ἀπώλειαν καταστρέφει. διὸ καὶ πολλοὶ τῇ ἀρχῇ καὶ τοῖς προοιμίοις ἀπατώμενοι, καὶ οὐδὲν τῶν μελλόντων προορώμενοι, εἰς τὴν ἀπώ- C λειαν ἑαυτοὺς ἐκδεδώκασι. διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. καὶ καλῶς αὐτὴν πλατεῖαν πύλην ἐκάλεσε, καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν τὴν ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν ἀπάγουσαν. οἱ γὰρ ἐπὶ τὰς ἱπποδρομίας ἀναβαίνειν σπεύδοντες, καὶ τὰς ἄλλας τὰς Σατανικὰς θεωρίας, καὶ τῆς σωφροσύνης ἀμελοῦντες, καὶ τῆς ἀρετῆς οὐδένα λόγον ποιούμενοι, καὶ ἀσελγαίνειν βουλόμενοι, καὶ οἱ τῇ τρυφῇ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, καὶ περὶ τὴν τῶν D χρημάτων μανίαν καὶ λύσσαν καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαπανώμενοι, καὶ πρὸς τὰ τοῦ παρόντος βίου πράγματα κεχηνότες, διὰ τῆς πλατείας πύλης βαδίζουσι καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ· ἀλλ' ἐπειδὰν ἐπὶ πολὺ προέλθωσι, καὶ πολλὰ τῶν ἁμαρτημάτων ἑαυτοῖς τὰ φορτία συνάξωσι, καταδαπανώμενοι, ἐλθόντες εἰς τὸ τῆς ὁδοῦ τέλος, (οὐκέτι περαιτέρω προελθεῖν δύνανται), τῆς στενότητος τῆς ὁδοῦ πιεζούσης αὐτοὺς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τῷ ὄγκῳ τῶν ἁμαρτημάτων βαρυνομένους ταύτην διελθεῖν· διὸ ἀνάγκη εἰς αὐτὸν τῆς ἀπωλείας τὸν κρημνὸν αὐτοὺς καταστρέψαι. ποῖον οὖν ὄφελος,

εἰπέ μοι, πρὸς ὀλίγον τὴν εὐρύχωρον βαδίσαντας, ἐν διηνεκεῖ ἀπωλείᾳ γενέσθαι; καὶ ὄναρ, ὡς εἰπεῖν, τρυφήσαντας, ἐν ἀληθείᾳ κολάζεσθαι; ὅπερ γάρ ἐστι μιᾶς νυκτὸς ὄναρ, τοῦτο ἅπας ὁ παρὼν βίος πρὸς τὴν διαδεξαμένην ἡμᾶς κόλασιν καὶ τιμωρίαν. μὴ γὰρ, ἵνα ἁπλῶς ἀναγινώσκωμεν, ταῦτα γέγραπται; διὰ τοῦτο ἡ τοῦ πνεύματος χάρις γραφῇ τοὺς τοῦ κυρίου λόγους παραδοθῆναι πεποίηκεν, ἵνα προφυλακτικὰ τῶν παθῶν τῶν ἡμετέρων φάρμακα ἐντεῦθεν λαμβάνοντες, τὴν ἐπηρτημένην κόλασιν διαφυγεῖν δυνηθῶμεν. διὰ τοῦτο καὶ τότε κατάλληλα τοῖς τραύμασιν αὐτῶν τὰ φάρμακα ἐπιτιθεὶς ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς, ἔλεγε παραινῶν· εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης. στενὴν δὲ αὐτὴν ἐκάλει, οὐκ ἐπειδὴ τῇ φύσει στενὴ τυγχάνει, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ γνώμη ἡ ἡμετέρα πρὸς ῥαθυμίαν μᾶλλον ῥέπουσα, στενὴν αὐτὴν εἶναι νομίζει. οὐδὲ γὰρ ἵνα ἀποστρέψῃ ἡμᾶς, διὰ τοῦτο στενὴν αὐτὴν ὠνόμασεν, ἀλλ' ἵνα τὸ πλάτος τῆς ἑτέρας φυγόντες, καὶ ἐκ τοῦ τέλους ἑκάστην καταμαθόντες, οὕτω ταύτην μᾶλλον ἑλώμεθα. ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ὁ λόγος εὐσύνοπτος γένηται, φέρε, εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν εἰς μέσον τοὺς διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντας καὶ διὰ τῆς εὐρυχώρου βαδίσαντας, καὶ ἴδωμεν ποῖον αὐτοὺς ἐδέξατο τέλος, καὶ τοὺς διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθόντας καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, καὶ καταμάθωμεν καὶ τούτους οἷα ἐδέξατο τὰ ἀγαθά. ἕνα τοίνυν τῶν διὰ ταύτης τῆς πύλης εἰσελθόντων τῆς πλατείας, καὶ ἕνα τῶν διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ βαδισάντων εἰς μέσον ὑμῖν παραγαγόντες, δείξωμεν τῶν παρὰ τοῦ κυρίου εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν, αὐτῇ πάλιν τῇ τοῦ κυρίου παραβολῇ χρησάμενοι. τίς οὖν ἐστιν ὁ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθὼν, καὶ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίσας; πρότερον γὰρ προσήκει δεῖξαι τίς οὗτός ἐστι, καὶ πόσον μῆκος ὥδευσεν ὁδοῦ τῇ πλατείᾳ βαδίζων, καὶ τότε φανερὸν ὑμῖν ποιῆσαι, εἰς οἷον κατέστρεψε τέλος. καὶ οἶδα μὲν, ὅτι συνετοὶ ὄντες ἤδη συνήκατε τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι· ἀλλ' ὅμως καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἀναμνήσθητέ μοι τοῦ πλουσίου ἐκείνου, τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν πορφύραν καὶ τὰ βύσσινα ἐνδιδυσκομένου, καὶ λαμπρῶς ἑστιωμένου, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας τρέφοντος, καὶ πολὺν τὸν ἄκρατον ἐγχεομένου,

A deſt, quod cum ad exiguum tempus per ſpatioſam incedamus, ſi perpetua perditione mox opprimamur, & vbi per ſomnium propemodum delicijs potiti fuerimus, re vera ſupplicio plectamur? Quod enim vnius noctis eſt ſomnium, hoc tota præſens eſt vita, ſi cum eo, quod nos excepturum eſt, ſupplicio comparetur. *Somnio ſimilis eſt hæc vita* Num enim vt temere à nobis legantur hæc ſcripta ſunt? Propterea Domini ſermones ſcriptis mandari gratia Spiritus ſancti curauit, vt dum ex iis remedia depromimus, quibus aduerſus paſſiones nos præmuniamus, imminẽs poſſimus ſupplicium euitare. B Quamobrem tum quoque conuenientia vulneribus eorũ adhibens medicamenta dominus noſter Ieſus Chriſtus cohortabatur dicens: Intrate per anguſtam portam. Anguſtam autem illam vocabat, non quod natura ſua ſit anguſta, ſed quod animus noſter ad deſidiam procliuis anguſtam illam eſſe arbitretur. Neque enim vt nos auocaret, idcirco anguſtam illã appellauit, ſed vt alterius latitudinẽ fugientes, & ex fine vnamquamque cognoſcẽtes, hanc ita potius eligamus. Sed vt nobis intellectu facilis fiat oratio, C age ſi videtur eos, qui per latam portam ingreſſi ſunt, & per ſpatioſam viam inceſſerunt in medium aduocamus, & quis eos tandem finis exceperit videamus, itemque illos qui per anguſtam portam ingreſſi ſunt, & per arctam viã, & quę tandem iſti bona ſortiti fuerint, cognoſcamus. *Exempla eorum qui per latam viam ambularunt.* Vnum igitur ex his, qui per latam hanc portam intrarunt, & vnum ex iis qui per anguſtam & arctam viam inceſſerunt, vobis in mediũ proferentes, eorũ quę à Domino dicta ſũt veritatem oſtendamus, & eadẽ rurſus Domini parabola vtamur. D Quiſnam ergo eſt ille qui per latã portã intrauit, & ſpatioſam viã peragrauit? Prius enim quis iſte ſit conuenit indicari, quantumque ſpatium viæ confecerit, per latam incedens, ac tum manifeſtum vobis reddere, in quem tandem finem deſierit. Ac ſcio equidem vos homines perſpicaces iam quid dicturi ſimus intelligere: nihilominus tamẽ à nobis dici neceſſe eſt. Reuocate vobis in memoriam diuitem illum, qui quotidie purpura induebatur & byſſo, qui epulabatur ſplendidè, qui paraſitos & adulatores alebat, qui multũ merũ effundebat, *Luc. 16.*

A qui quotidie ventrem ſaburrabat, qui multis ſe deliciis ingurgitabat, & per latam portam ingreſſus, voluptate ac lætitia mundana perpetuo fruebatur. Nam illi cuncta velut ex fonte affluebant, multum miniſterium, immenſæ deliciæ, corporis ſanitas, pecuniarum copia, delatus à multis honor, aſſentatorum laudes, nihil interim erat, quod illi triſtitiã afferret, & quod maius eſt, cum totos dies, crapulæ gulæque vacans tranſigeret, non modo proſpera corporis valetudine fruebatur, & in ſecuritate ſumma degebat, ſed & pauperem Lazarum in veſtibulo iacentem, plenum vlceribus, obſeſſum à B canibus, qui vulnera lingebant, fameque confectum immiſericors præteribat, & ne micas quidem illi impertire dignabatur. Atque hic quidem per latam portam ingreſſus per ſpatioſam viam incedebat, viam deliciarum, intemperantiæ, riſus, voluptatis, belluationis, ebrietatis, pecuniarum copiæ, molitiei in veſtimentis: ac diu totum vitæ huius tempus per ſpatioſam viam incedendo tranſegit, neque quicquam moleſtiarum expertus eſt, ſed ſemper proſpero ventorum afflatu de- C latus, vt pote per ſpatioſam viam incedens multa cum ſecuritate pergebat. Nuſquam ſcopuli, nuſquam præcipitia, nuſquam ſaxa ſub vndis latentia, nuſquam naufragium, nuſquã mutatio inæqualis, ſed quaſi per ſolidam & planam regionem iter habens, ita præſentis vitæ ſpatia decurrebat: quotidie vitiorum fluctibus mergebatur, neque ſentiebat: quotidie prauarum cupiditatum ſtimulis pungebatur, & amplius lætabatur: à laſciuia ſemper obſidebatur, ab ingluuie, ab inſana pecuniæ cupiditate, nec D vllo malorum ſenſu tangebatur, neque viæ finem poterat præuidere, ſed præſentium tantum iucunditate fruebatur, nec vnquam perpetui doloris in mentem illi veniebat, ſed deceptus, vt ita loquar, per latam viam incedebat, & ad ipſum præcipitium feſtinabat, quod non poterat præ nimia ebrietate cognoſcere. Nam ille proſper mundanarum rerum ſucceſſus, qui rationem eius obruerat, oculum illi mentis excæcarat, & quaſi iam luminibus orbatus ambulabat, neque quo ferretur ſciebat:

A καὶ γαστριζομένου καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τῇ τρυφῇ τῇ πολλῇ ἑαυτὸν ἐκδεδωκότος, καὶ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντος, καὶ ἐν ἡδονῇ καὶ εὐθυμίᾳ βιωτικῇ διηνεκῶς τυγχάνοντος. πάντα γὰρ αὐτῷ, ὥσπερ ἐκ πηγῶν ἐπέρρει· θεραπεία πολλή, τρυφὴ ἄφατος, σώματος ὑγεία, χρημάτων περιουσία, τιμὴ παρὰ τῶν πολλῶν, αἱ παρὰ τῶν κολάκων εὐφημίαι, καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῷ τέως τὸ λυποῦν· καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι ἐν τοσαύτῃ κραιπάλῃ καὶ ἀδηφαγίᾳ διημερεύων, οὐ μόνον ὑγείας ἀπήλαυσε σωματικῆς καὶ ἀδείας πάσης, ἀλλὰ καὶ τὸν πένητα Λάζαρον ἐπὶ τοῦ πυλῶνος κατακείμε- B νον καὶ ἡλκωμένον καὶ ὑπὸ τῶν κυνῶν κυκλούμενον καὶ διαλειχόμενον, καὶ λιμῷ τηκόμενον ἀνηλεῶς παρέτρεχεν, οὐδὲ ψιχίων αὐτῷ μεταδιδούς. καὶ ὁ μὲν διὰ τῆς πύλης τῆς πλατείας εἰσελθὼν, τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἐβάδιζε, τὴν τῆς τρυφῆς, τὴν τῆς ἀκολασίας, τὴν τοῦ γέλωτος, τὴν τῆς αἰέσεως, τὴν τῆς γαστριμαργίας, τὴν τῆς μέθης, τῆς τῶν χρημάτων περιβολῆς, τῆς ἐν τῇ ἐσθῆτι βλακείας. καὶ μέχρι πολλοῦ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρούσης ζωῆς τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἐβάδισεν, οὐδενὸς λυπηροῦ πεῖραν λαβὼν, ἀλλὰ πάντοτε ἐξ οὐ- C ρίας φερόμενος, καὶ ἅτε δὴ ἀεὶ δι᾽ εὐρυχώρου βαδίζων ὁδοῦ, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας διέτρεχεν. οὐδαμοῦ σκόπελοι, οὐδαμοῦ κρημνοὶ, οὐδαμοῦ ὕφαλοι σπιλάδες, οὐδαμοῦ ναυάγιον, οὐδαμοῦ ἀνώμαλος μεταβολὴ, ἀλλὰ διηνεκῶς στερεὰν καὶ ἰσόπεδον ὁδεύων, οὕτω τὸν παρόντα βίον διέδραμε, καθ᾽ ἑκάστην τὴν ἡμέραν ὑπὸ τῶν κυμάτων τῆς κακίας καταποντιζόμενος, καὶ οὐ λαμβάνων αἴσθησιν· καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν σπαραττόμενος ὑπὸ τῶν ἀτόπων ἐπιθυμιῶν, καὶ μᾶλλον ἡδόμενος· διηνεκῶς πολιορκούμενος ὑπὸ ἀσελγείας, ὑπὸ γαστρι- D μαργίας, ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων μανίας, καὶ οὐδεμίαν τῶν δεινῶν λαμβάνων τὴν αἴσθησιν, οὐδὲ προϊδεῖν δυνάμενος τῆς ὁδοῦ τὸ τέλος· ἀλλὰ τὸ παρὸν ἡδὺ μόνον καρπούμενος, οὐδεμίαν ἔννοιαν ἐλάμβανε τῆς διηνεκοῦς ὀδύνης, ἀλλὰ ἀπατώμενος, ὡς εἰπεῖν, ἐβάδιζε τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν, εἰς αὐτὸν τὸν κρημνὸν ἐπειγόμενος, ὑπὸ τῆς πολλῆς μέθης συνιδεῖν οὐκ ἔχων. ἡ γὰρ ἐν ἅπασι τοῖς βιωτικοῖς εὐημερία καταβαπτίσασα αὐτοῦ τὸν λογισμὸν, ἐτύφλωσε τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, καὶ καθάπερ πεπηρωμένος λοιπὸν τὰς ὄψεις, οὕτως ἐβάδιζεν, οὐκ εἰδὼς ποῦ φέρεται·

τάχα δὲ οὐδὲ ἔννοιαν ἐλάμβανε τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὁρῶν ἑαυτὸν οὐδεμίαν δυσκολίαν ὑπομένοντα. οὐδὲ γὰρ ἐτρύφα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπλούτει· οὐδὲ ἐπλούτει μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιείας σώματος ἀπήλαυεν· οὐδὲ ὑγιείας σώματος ἀπήλαυε μόνον, ἀλλὰ καὶ θεραπείας, καὶ οὐ θεραπείας μόνον πολλῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπιρρέοντα, ὥσπερ ἐκ πηγῶν, αὐτῷ πάντα ὁρῶν, ἐν ἡδονῇ διῆγε διηνεκεῖ. εἴδετε, ἀγαπητοί, τὸν διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσελθόντα, καὶ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν δι᾽ ὅλου βαδίσαντα, ὅσης ἀνέσεως ἀπήλαυεν; ἀλλὰ μηδεὶς τῶν ταῦτα ἀκουόντων πρὸ τοῦ τέλους μακαρίσαι αὐτὸν ἀνάσχηται, ἀλλὰ ἀναμεινάτω τῶν πραγμάτων τὸ τέλος, καὶ τότε οἰσέτω τὴν ψῆφον. εἰ δοκεῖ τοίνυν καὶ τὸν διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθόντα, καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν ὁδεύσαντα παραγάγωμεν εἰς μέσον, καὶ οὕτω τὸ τέλος ἀμφοτέρων θεασάμενοι, τὴν προσήκουσαν περὶ ἑκάστου ψῆφον οἴσωμεν. τίνα δὲ ἄλλον ἔχομεν νῦν παραγαγεῖν, ἢ τὸν Λάζαρον, τὸν ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τοῦ πλουσίου κατακείμενον, καὶ ὑπὸ τῶν ἑλκῶν ἐκείνων πολιορκούμενον, καὶ ὁρῶντα τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν ψαυούσας αὐτοῦ τῶν τραυμάτων, καὶ μηδὲ ἀπελάσαι τούτους ἰσχύοντα; καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος διὰ τῆς πλατείας εἰσελθών, τὴν εὐρύχωρον ἐβάδιζεν· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος οὗτος (μακάριον γὰρ αὐτὸν ἤδη καλῶ διὰ τῆς στενῆς εἰσελθεῖν ἑλόμενον) εἰσῆλθε διὰ τῆς στενῆς πύλης τὰ ἐναντία ἐκείνης πάντα ἐχούσης. καθάπερ ἐκεῖνος διηνεκῶς ἐτρύφα, οὕτω καὶ οὗτος λιμῷ παλαίων διετέλει. καὶ ἐκεῖνος μὲν μετὰ τῆς τρυφῆς καὶ ὑγιείας σώματος ἀπήλαυε, καὶ χρημάτων περιουσίας, καὶ ἐν γαστριμαργίᾳ καὶ μέθῃ διημερεύων κατεδαπανᾶτο· οὗτος δὲ μετὰ τοῦ λιμοῦ καὶ ἐσχάτῃ πενίᾳ περιβεβλημένος καὶ νόσῳ διηνεκεῖ καὶ ἕλκεσιν ἀφορήτοις, οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ηὐπόρει τροφῆς, ἀλλὰ τῶν ψιχίων ἐπεθύμει τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου, καὶ οὐδὲ τούτων ἠξίωτο. Εἶδες πῶς διὰ τῆς στενῆς πύλης οὗτος εἰσελθών, τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν διηνεκῶς ἐβάδιζεν; εἶδες πῶς ἐκεῖνος διὰ τῆς πλατείας πύλης καὶ τῆς εὐρυχώρου ὁδοῦ ἐπορεύετο; ἀλλ᾽ ἴδωμεν λοιπὸν ἑκατέρων τὸ τέλος, καὶ πῶς μὲν ἐκεῖνος εἰς στενὸν κατέστρεψε τέλος, πῶς δὲ οὗτος εἰς πλατὺ καὶ πολλῆς ἀνέσεως γέμον· ἵνα ταῦτα μαθόντες ἀκριβῶς,

A fortaſſe vero neque naturæ humanæ meminerat, cum ſe cerneret difficultatem nullam experiri. Non enim tantum deliciis fruebatur, ſed & opibus abundabat: neque tantum opibus abundabat, ſed & proſpera erat corporis valetudine: neque ſano tantum erat corpore, ſed & à multo famulitio colebatur, neque tantum colebatur, ſed omnia ſibi cernens tanquam ex fonte fluere, vitam in perpetua voluptate degebat. Vidiſtis dilectiſſimi eum, qui per latam portam intrauerat, & per ſpatioſam viam inceſſerat, quantis deliciis potiretur? Nemo tamen eorum, qui hæc audiunt, ante finem beatū ipſum prædicare dignetur, ſed rerū finem expectet, ac tum ſententiam feret. Itaque illum qui per anguſtā portam intrauerat, & arctum iter confecerat, ſi placet, in medium adducamus, ac deinde poſtquam vtriuſque finem cōſpexerimus, conuenientem de vnoquoque ſententiam feramus. Quemnam autem alium proferre poſſumus, quam Lazarum, qui ante diuitis veſtibulum iacebat, & ab illis vlceribus obſidebatur, qui ſua vulnera à canum C linguis attingi videbat, nec illos valebat abigere? Vt enim ille per latam portam ingreſſus, per ſpatioſam viam incedebat; ita beatus iſte (beatum quippe illum iam appello, quod per anguſtam elegerit introire) per anguſtam portam intrauit, in qua omnia contrario modo ſe habebant. Vt ille ſemper deliciis fruebatur, ſic & iſte perpetua fame conflictabatur. Atque ille quidem deliciis & proſpera corporis valetudine, & pecuniarum abundantia potiebatur, & ingluuiej atque ebrietati totis diebus vacando con- D ficiebatur: iſte vero vna cum fame ſumma opreſſus erat egeſtate, perenni morbo, & intolerandis vlceribus, vt ne neceſſarius quidem illi cibus ſuppeteret, ſed micas de diuitis menſa cadentes expeteret, quas nequaquam tamen impetraret. Vidiſti quo pacto per anguſtam portam ingreſſus iſte, per arctam viam ſemper incederet? Vidiſti quo pacto ille per latam portam & per ſpatioſam viam pergeret? Iam vero finem vtriuſque videamus, & quo pacto in anguſtum ille finem deſierit, quo pacto iſte in latum ac multis deliciis refertum: vt his probè intellectus,

Ante finē vita nemo beatus.

ne ſpatioſam viam omni modo perſe-quamur, neque per latam portam ingredi ſtudeamus, ſed anguſtam portam ſectemur, & per arctam viam incedamus, quo poſſimus ad bonum finem ac refertum deliciis peruenire. Cum enim cuiuſque illorum finis aduenisſet, vide quid de eo qui per arctā viam perrexerat, prius dicat. Factum eſt autem, inquit, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Fortaſſe illum abducebant angeli præcedentes & latus eius ſatellitum more cingentes, atque in deliciarum locum poſt multas illas afflictiones & arctam illam peregrinationem reſtituebant. Vides quanta in fine anguſtæ portæ, & arctæ viæ appareat latitudo? vide iam funeſtum terminum viæ ſpatioſæ. Mortuus eſt autem & diues, inquit, & ſepultus eſt. Nullus fuit qui præcederet, nullus qui latus ſtiparet, nullus qui in via deduceret, ſicut Lazarum. Nam quoniam in ſpatioſa via cunctis hiſce potitus eſt, habuitque multos ſatellites, ac famulos, aſſentatores inquam, paraſitos, quando ad ſepulchrum venit, nudus ac deſtitutus his omnibus fuit poſt multas illas voluptates, vel potius poſt breuem illam voluptatem & proſperitatem. Breuis enim eſt tota præſens vita, ſi cum futuro ſæculo comparetur. Poſt breuem igitur voluptatem, qua potitus eſt, dum per ſpatioſam viā incederet, anguſtiarum & afflictionis eum locus excepit. Atque ille quidem in ſinu Abrahæ requieſcebat, ac laborum multarumque miſeriarum mercedem recipiens poſt famem, poſt vlcera, poſtquam in veſtibulo reclinatus iacuerat, ineffabilibus illis deliciis, quas ne oratione quidem complecti poſſumus, fruebatur: hic vero poſt voluptatem ac delicias, poſt ingluuiem multam, poſt ebrietatem illi ineuitabili ſupplicio addictus cruciabatur. Vt autem illorum vterque rebus ipſis doceatur hic quidem, quanta ſit anguſtæ viæ vtilitas, ille vero quantum damnum, quanta pernicies ſpatioſæ, à longe multo ſeiunctos interuallo ſe inuicem intuentur. Audi vero quo pacto. Et in inferno, inquit, eleuans oculos ſuos videt Abraham à longe,

Luc. 16. 22. Diſsimilis Lazari vita terminus.

Luc. 16. 23.

A μὴ τὴν εὐρύχωρον ἐκ παντὸς τρόπου διώκωμεν ὁδὸν, μηδὲ διὰ τῆς πλατείας πύλης εἰσέρχεσθαι σπουδάζωμεν, ἀλλὰ τὴν στενὴν πύλην μεταδιώκωμεν, καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίζωμεν, ἵνα εἰς χρηστὸν καὶ ἀνέσεως γέμον τέλος καταντῆσαι δυνηθῶμεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ τέλος τῆς ἑκάστου ζωῆς ἔφθασεν, ὅρα τί φησι περὶ τοῦ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύοντος πρότερον. Ἐγένετο δὲ, φησιν, ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν, καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ. τάχα οἱ ἄγγελοι ἀπῆγον αὐτὸν προηγούμενοι καὶ δορυφοροῦντες, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀνέσεως χωρίον B μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας θλίψεις καὶ τὴν στενὴν ὁδοιπορίαν ἀποκαθιστῶντες. Εἶδες ὅσον τῆς στενῆς πύλης καὶ τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ τὸ πλάτος ἐν τῷ τέλει φαίνεται; ὅρα λοιπὸν καὶ τῆς εὐρυχώρου ὁδοῦ τὰ ὀλέθρια τέλη. Ἀπέθανε, φησὶ, καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη. οὐδεὶς ὁ προηγούμενος, οὐδεὶς ὁ δορυφορῶν, οὐδεὶς ὁ ὁδηγῶν, καθάπερ τὸν Λάζαρον. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ εὐρυχώρῳ ὁδῷ τούτων ἁπάντων ἀπήλαυε, καὶ πολλοὺς εἶχε τοὺς δορυφοροῦντας, τοὺς θεραπεύοντας, τοὺς κόλακας λέγω, τοὺς παρασίτους, ἡνίκα πρὸς τὸ τέλος C ἔφθασε, γυμνὸς καὶ ἔρημος ἁπάντων γέγονε μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας ἀνέσεις, μᾶλλον δὲ μετὰ τὴν βραχεῖαν ἐκείνην ἄνεσιν καὶ εὐημερίαν. ἅπας γὰρ ὁ παρὼν βίος βραχὺς, τῷ μέλλοντι αἰῶνι συγκρινόμενος. μετὰ τὴν βραχεῖαν τοίνυν ἄνεσιν, ἧς ἀπήλαυε τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν βαδίζων, τὸ τῆς στενοχωρίας καὶ τῆς θλίψεως χωρίον αὐτὸν ἐδέξατο. καὶ ἐκεῖνος μὲν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατριάρχου ἐπανεπαύετο, τῶν πόνων καὶ τῆς πολλῆς ταλαιπωρίας τὰς ἀμοιβὰς ἀπολαμβάνων, καὶ μετὰ τὸν λιμὸν καὶ τὰ ἕλκη καὶ τὴν ἐν τῷ πυλῶνι κατάκλισιν, τῆς ἀπορρήτου ἐκείνης D ἀνέσεως καὶ οὐδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυναμένης μετεῖχεν· οὗτος δὲ μετὰ τὴν τρυφὴν καὶ ἄνεσιν καὶ γαστριμαργίαν τὴν πολλὴν καὶ τὴν μέθην εἰς τὴν ἀπαραίτητον κόλασιν ἐκείνην καταντήσας ἀπετηγανίζετο. καὶ ἵνα ἑκάτερος αὐτῶν διὰ τῶν πραγμάτων μάθῃ, ὁ μὲν τῆς στενῆς ὁδοῦ τὸ κέρδος, ὁ δὲ τῆς εὐρυχώρου τὴν ζημίαν καὶ τὸν ὄλεθρον, ἀπὸ πολλοῦ τοῦ διαστήματος ἀλλήλους ὁρῶσιν. ἄκουε δὲ πῶς. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, φησὶν, ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν Ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν

καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτι θεασάμενος τὴν ἀθρόαν οὕτω τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ τὸν μὲν ἐν τῷ πυλῶνι ἐῤῥιμμένον, καὶ ταῖς γλώτταις τῶν κυνῶν προκείμενον τοσαύτης ἀπολαύοντα τῆς παῤῥησίας καὶ τοῖς κόλποις τοῦ πατριάρχου ἐνδιαιτώμενον, ἑαυτὸν δὲ τοσαύτῃ αἰσχύνῃ περιβεβλημένον καὶ μετὰ ταύτης καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀποτηγανιζόμενον, πλείονα τῆς ὀδύνης τὴν αἴσθησιν ἐλάμβανεν. ὁρῶν τοιγαροῦν εἰς τὸ ἐναντίον τὰ πράγματα μεταστάντα, καὶ αὐτὸν μὲν, ὡς εἰπεῖν, ἐν ὀνείρῳ καὶ σκιᾷ τρυφήσαντα, καὶ νῦν τὴν ἀφόρητον κόλασιν ὑπομένοντα, καὶ μετὰ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν καὶ τὴν πλατεῖαν πύλην εἰς οὕτω στενὸν καταστρέψαντα τέλος· ἐπ᾽ ἐκείνου δὲ τὰ ἐναντία συμβεβηκότα, καὶ διὰ τὴν ἐνταῦθα ὑπομονὴν τῶν ἀποῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν αὐτὸν ἀπολαύοντα· καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ γεγονὼς, καὶ τῇ πείρᾳ μαθὼν τὴν ἀπάτην, ἣν ὑπέμεινε διὰ τὴν εὐρύχωρον ὁδὸν ἑλόμενος, ἱκετηρίαν τίθησι πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐλεεινὰ φθέγγεται ῥήματα, καὶ δακρύων γέμοντα. καὶ ὁ πρὸ τούτου μηδὲ ἐπιστρεφόμενος, μηδὲ ἰδεῖν αἰσχυνόμενος τὸν Λάζαρον, τὸν πένητα, τὸν ἐν τῷ πυλῶνι ἐῤῥιμμένον, ἀλλὰ καὶ βδελυττόμενος αὐτὸν, ὡς εἰπεῖν, διὰ τὴν τῶν ἑλκῶν δυσωδίαν, καὶ τὴν οἰκείαν βλακείαν, ἐν ᾗ διηνεκῶς τρυφῶν διῆγε, νῦν ἱκετεύει τὸν πατριάρχην, καί φησι· Πάτερ Ἀβραὰμ ἐλέησόν με, καὶ πέμψον Λάζαρον, ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ. ἱκανὰ τὰ ῥήματα εἰς οἶκτον ἐφελκύσασθαι. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ οὕτως ὤνησέ τι πλέον. ἄκαιρος γὰρ ἡ ἐξομολόγησις, καὶ ἡ παράκλησις οὐκ ἐν καιρῷ τῷ δέοντι γινομένη. πέμψον, φησὶ, τὸν Λάζαρον ἐκεῖνον, τὸν πένητα, ὃν πρὸ τούτου ἐβδελυττόμην, ᾧ τῶν ψιχίων οὐ μετεδίδουν· ἐκείνου δέομαι νῦν, καὶ τὸν δάκτυλον ἐκεῖνον ἐπιζητῶ, ὃν οἱ κύνες ἔλειχον. Εἶδες πῶς συνέστειλεν αὐτὸν ἡ τιμωρία; εἶδες πῶς εἰς στενὸν τέλος κατήντησεν ἡ εὐρύχωρος ὁδός; καὶ οὐ ποιεῖται πρὸς τὸν Λάζαρον τὴν ἱκετηρίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸν πατριάρχην. εἰκότως. οὐδὲ γὰρ ἀναβλέψαι ἐτόλμα τῷ πένητι. ἐνενόει γὰρ οἶμαι τὴν οἰκείαν ἀπανθρωπίαν,

A & Lazarum in ſinu eius. Equidem arbitror illum vbi tam ſubitam rerum mutationem vidit, & illum quidem qui iacebat in veſtibulo, canumque linguis erat expoſitus, tanta fiducia gaudere, dum in patriarchæ ſinu verſaretur, ſe vero tanta obrutum ignominia, atque inſuper igne cruciatum, maiorem ſenſum doloris cepiſſe. Cum ergo res cerneret in contrarium mutatas, ac ſe qui propemodum in ſomnis & vmbra delicijs potitus erat, nunc intolerabile ſupplicium ferre, ac poſt ſpatioſam viam latámque portam in fi- B nem adeo anguſtum eſſe delatum: illi vero contraria penitus eueniſſe, ac propter eam, quam in hac vita exhibuerat patientiam, illum ineffabilibus perfrui bonis, neſciens quo ſe verteret, inopſque conſilij, cum experientia didiciſſet, quanta fraude penitus deceptus fuiſſet, cum ſpatioſam viam elegiſſet, ſupplicationem offert patriarchæ, ac miſerabiles voces ſimul & lacrymas vbertim effundit. Itaque is qui ad Lazarum ſe conuertere, vel illum reſpicere non C dignabatur pauperem, abiectum, & iacentem in veſtibulo, ſed & ipſum propemodum deteſtabatur propter vlcerum tætrum odorem, ſuamque molliciem, & delicias, quibus continuè fruebatur nunc patriarchæ ſupplicat & ait: Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma. Sufficiebant, hæc verba ad miſericordiam mouendam, veruntamen nihil hæc illi profuerunt. Intempeſtiua quip- D pe fuit confeſſio, & non conuenienti oblata tempore deprecatio. Mitte, inquit, Lazarum illum pauperem, quem antea deteſtabar, cui micas non impertiebar: illum oro nunc, & digitum illum requiro, quem canes lingebant. Vides vt illum ſupplicium compeſcuerit? Vides quàm anguſtum ad finem illum ſpatioſa via detulerit. Neque preces offert Lazaro, ſed patriarchæ; merito, neque enim contra pauperem attollere oculos audebat. Suam enim inhumanitatem mente verſabat,

& cogitans, quam immiſericordem illi ſe exhibuiſſet, ipſum ne reſponſo quidem ſe dignaturum ſuſpicabatur. Quam ob cauſſam neque ſupplicationem ad illum dirigit, ſed patriarcham obteſtatur. Sed ne ſic quidem quicquam profecit, tantum malum eſt intempeſtiuitas, & conceſſum nobis à Dei benignitate ad ſalutis noſtræ occaſionem tempus negligere. Quem enim adamantem non hæc verba flexiſſent, & ad miſericordiam & compaſſionem commouiſſent. Veruntamen ne ſic quidem annuit petitioni patriarcha, ſed reſponſo quidem illum dignatur, ipſum vero docet ſibi tot malorum eum auctorem extitiſſe. Sic enim eum alloquitur patriarcha: Fili recordare, quia recepiſti bona tua in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic quidem conſolatur, tu vero cruciaris. Et ad hæc omnia inter vos & nos hiatus magnus conſtitutus eſt, vt ij qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint, neque inde huc tranſmeare. Terribilia ſunt hæc verba, & quæ poſſint eos, quibus cor ſapit, plurimum commouere. Nam vt eum doceat, ſe quidem ſuam erga illum miſericordiam exhibere, atque ad compatiendum inflecti, dum ſuppliciorum cernit grauitatem: nihil tamen ſolatij præbere poſſe, ſeque propemodum excuſans illi, Vellem, inquit, manum tibi porrigere, ac dolores mitigare, & peracerbas pœnas minuere, ſed tu temetipſum iampridem eo ſolatio priuaſti: idcirco ait: Fili recordare. Vide bonitatem patriarchæ, Filium ipſum vocat. Veruntamen hoc quidem eius humanitatem poteſt oſtendere, ſed nullum auxilium ferre, quod ſeipſum ipſe prodiderit. Fili, inquit, recordare, quia recepiſti tu bona tua in vita tua. Veniant tibi in mentem præterita, noli obliuiſci quantis deliciis potitus fueris, quanta voluptate, quanta magnificentia: quo pacto ingluuiei atque ebrietati deditus ſemper vixeris, cum in omne æuum te fruiturum illis exiſtimares, & illa eſſe bona ſtatueres.

Diues ſibi malorum auctor.

A καὶ τὸ ἀπηνὲς λογιζόμενος ὅπερ εἰς αὐτὸν ἐπεδείξατο, ὑπώπτευεν αὐτὸν ἴσως μηδὲ ἀποκρίσεως ἀξιοῦν. διά τοι τοῦτο οὐδὲ πρὸς αὐτὸν ποιεῖται τὴν παράκλησιν, ἀλλὰ τὸν πατριάρχην ἱκετεύει. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐκέρδανέ τι πλέον. τοσοῦτον κακόν ἐστιν ἡ ἀκαιρία, καὶ τὸ τὸν δεδομένον ἡμῖν τῆς ζωῆς καιρὸν παρὰ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας εἰς τὴν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὑπόθεσιν προδεδόναι. ποῖον γὰρ ἀδάμαντα οὐκ ἂν κατέκαμψε ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ εἰς οἶκτον καὶ συμπάθειαν ἤγαγεν; ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ὁ πατριάρχης ἐπι-

quanta tituli huius profunditas ſit, videbitis. Cur enim non dixit, Miracula Apoſtolorum? cur non inſcripſit, Signa Apoſtolorum, virtutes ac prodigia Apoſtolorum, ſed tantum Acta Apoſtolorum? Non enim idem ſunt Acta & Miracula: non idem ſunt, Acta & prodigia & virtutes: ſed multum inter vtraque diſcrimen eſt. Eſt enim actum opus propriæ cuiuſque diligentiæ, miraculum vero diuini muneris eſt beneficium. Vides quanta ſit inter actum & miraculum differentia? Actum eſt humanorum ſudorum effectus, miraculum diuinæ liberalitatis eſt ſpecimen: Actum à noſtra voluntate ducit initium, miraculum à gratia diuina trahit originem, & hoc cœleſtis eſt auxilij, illud humani eſt arbitrij. Actum ex vtroque contexitur, ex noſtra diligentia & ex gratia diuina: miraculum ſolam exhibet cœleſtem gratiam, neque ſudoribus noſtris indiget. Actum eſt probis moribus eſſe, caſtum, modeſtum, iræ imperare, cupiditates ſubigere, largiri eleemoſynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exercere. Hoc eſt actio & labor & ſudor noſter: miraculum eſt dæmones abigere, excæcatos oculos aperire, leproſorum corpora mundare, reſoluta membra compingere, mortuos ſuſcitare, alia eiuſmodi mira opera patrare. Vides quantum ſit inter acta & miracula diſcrimen, inter conuerſationem & ſigna, inter diligentiam noſtram & gratiã Dei? vis & alterum tibi diſcrimen oſtendam? veſtra enim cauſſa hodierno die inſtitutus eſt hic à me ſermo, vt quid ſit miraculũ ſignũque diſcatis. Maius quidẽ eſt miraculum, ac formidabilius, ac naturam noſtram exuperat: actio vero & cõuerſatio res quidẽ eſt ſignis minor, ſed vtilior & fructuoſior. Eſt quippe laborũ prẽmiũ & diligentię merces. Atq; vt intelligas fructuoſiorẽ eſſe atq; vtiliorem ſigno actionem, actio quidem bona etiam ſine ſignis eos à quibus peracta fuerit, introducit in cœlum: miraculum autem & ſignũ abſque conuerſatione deducere ad veſtibula illa non poſſunt. Quo vero pacto id fiat, oſtendam: vos autẽ animaduertite, qua ratione priorẽ locũ obtineant actiones, cũ de remuneratione mercedis agitur:

Differentia quæ inter actionẽ & miraculum.

qua ratione ſigna quidem ſi ſola ſint eos, qui illa patrarint, ſaluos non faciunt: actio vero ſeorſim ſumpta nulla re indiget alia ad eos ſaluandos, qui eam poſſident. Multi dicent mihi, inquit Chriſtus, in illa die, Domine, Domine nõne in nomine tuo prophetauimus? (hoc ſignum eſt & miraculum) nonne in nomine tuo dæmonia multa eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Vides vbique ſigna & miracula: videamus quid dicat Deus, quia nuda erant miracula, nec vſpiam conuerſatio, Diſcedite, inquit, à me, neſcio vos, qui operamini iniquitatem. Si non noſti eos, vnde tibi innotuit eos iniquitatem operari? vt intelligas illud, Neſcio vos, non ignorãtiæ, ſed odij & auerſionis eſſe. Neſcio vos, quam ob cauſſam quæſo? nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Propterea vos odio proſequor, & auerſor, inquit, quia ne donis quidem acceptis meliores euaſiſtis, quod tanto honore cumulati in eadem malitia perſtitiſtis. Diſcedite à me, neſcio vos. Quid igitur? olim dona dabantur indignis, & qui vitam erant & moribus deprauatis edebant miracula, & diuinis ditabantur donis, licet optimam conuerſationem non curarent? Ditabantur illi quidem ob eximiã Dei benignitatẽ non ob ſuam dignitatem. Erat enim religionis verbum vbiq; ſpargendum, quandoquidem initium & origo erat fidei. Vt igitur optimus agricola in nouellã arborem, quam non ita pridem terræ ſinui commẽdauit, dum adhuc tenera eſt, multam curam impẽdit, vndiq; illam circũuallat, & lapidibus munit & ſpinis, vt ne à ventis euellatur, ne ve alio quodam incommodo lædatur: poſtquam autem radices egerit, & in ſublime creuiſſe illam viderit, tum amouet munimenta (ſufficit enim ſibi ipſi arbor, ad iniurias tales repellẽdas) ita quoque in fide accidit. Quando nuper erat plãtata, quando tenera erat, omni ex parte multa in eam cura impendebatur: poſtquam autem coaluit, & radices egit, & in ſublimitatem aſcendit, poſtquam vniuerſum terrarũ orbem cõpleuit, munimenta remouit Chriſtus, & de cętero tutamina ſuſtulit: propterea initio quidem indignis dabantur dona:

Matth. 7. 22.

Cur olim chariſmata darentur indignis.

A πῶς τὰ μὲν σημεῖα καθ᾽ ἑαυτὰ ὄντα οὐ σώζει τοὺς ποιοῦντας, ἡ δὲ πρᾶξις καθ᾽ ἑαυτὴν οὖσα, οὐδὲ ἑνὸς ἑτέρου δεῖται πρὸς σωτηρίαν τῶν κεκτημένων. Πολλοὶ ἐροῦσί μοι, φησὶν ὁ Χριστὸς, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; (τοῦτο σημεῖον καὶ θαῦμα) οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια πολλὰ ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; ὁρᾷς πανταχοῦ σημεῖα καὶ θαύματα. ἴδωμεν τί φησιν ὁ θεός. ἐπειδὴ γυμνὰ τὰ θαύματα, καὶ οὐδαμοῦ πολιτεία, πορεύεσθε, φησὶν, ἀπ᾽ ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνο- B μίαν. εἰ οὐκ οἶδας αὐτοὺς, πῶς οἶδας αὐτοὺς, εἰ ἐργάζονται τὴν ἀνομίαν, ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, οὐκ ἀγνοίας ἐστὶν, ἀλλὰ μίσους καὶ ἀποστροφῆς. οὐκ οἶδα ὑμᾶς. τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; διὰ τοῦτο γὰρ ὑμᾶς μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, φησὶν, ὅτι οὐδὲ ταῖς δωρεαῖς βελτίους ἐγένεσθε, ὅτι τοσαύτης ἀπολαύσαντες τιμῆς ἐμείνατε ἐπὶ τῆς αὐτῆς κακίας. πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ· οὐκ οἶδα ὑμᾶς. τί οὖν; τὸ παλαιὸν ἀνάξιοι ἐλάμβανον χαρίσματα, καὶ διεφθαρμένοι τὸν βίον ση- C μεῖα ἐπεδείκνυντο, καὶ θείας ἀπήλαυον δωρεᾶς, τῆς πολιτείας οὐκ ἐπιμελούμενοι τῆς ἀρίστης; ἀπήλαυον διὰ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, οὐ διὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν. ἔδει γὰρ πανταχοῦ σπαρῆναι τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, ἐπειδὴ ἀρχὴ καὶ προοίμια τῆς πίστεως ἦν. καθάπερ οὖν γηπόνος ἄριστος νεόφυτον δένδρον τοῖς κόλποις τῆς γῆς ἄρτι παρακαταθέμενος ἁπαλὸν ὑπάρχον ἔτι, πολλῆς ἐπιμελείας ἀξιοῖ, πανταχόθεν περιφράττων, τειχίζων καὶ λίθοις καὶ ἀκάνθαις, ὥστε μὴ ὑπὸ ἀνέμων ἀνασπα- D σθῆναι, μήτε ὑπὸ ἄλλης τινὸς ἐπηρεασθῆναι βλάβης· ἐπειδὰν δὲ παγῇ καὶ πρὸς ὕψος ἀναδραμὸν ἴδῃ, περιαιρεῖ τὰ τειχία (ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον πρὸς τὸ μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν) οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως γέγονεν. ὅτε νεόφυτος ἦν, ὅτε ἁπαλὴ ὑπῆρχεν, ἐπιμελείας ἠξιοῦτο πανταχόθεν· ἐπειδὴ δὲ ἐπάγη καὶ ἐρριζώθη καὶ πρὸς ὕψος ἀνέδραμεν, ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπλήρωσε, καὶ περιεῖλε τὰ τειχία, καὶ τὰ ἀσφαλίσματα λοιπὸν ἀνεῖλεν ὁ Χριστός. διὰ τοῦτο παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν καὶ ἀναξίοις χαρίσματα ἐδίδοτο.

χρείαν γὰρ εἶχε τὸ παλαιὸν, τῆς πίστεως ἕνεκα, ταύτης τῆς βοηθείας· νῦν δὲ οὐδὲ ἀξίοις δίδοται. ἡ γὰρ ἰσχὺς τῆς πίστεως οὐκέτι ταύτης δεῖται τῆς συμμαχίας. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐκ ἐψεύδοντο ἐκεῖνοι, ἀλλὰ ἀληθῶς σημεῖα ἐποίησαν, καὶ ἀναξίοις ἀνθρώποις χαρίσματα ἐδίδοντο· καὶ ἵνα πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ἕτερόν τι κατορθωθῇ, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν αἰδεσθέντες ἐκεῖνοι ἀποθῶνται τὴν πονηρίαν, Ιούδας ὁ τῶν δώδεκα παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται, ὅτι σημεῖα ἐποίει, ὅτι δαίμονας ἐξέβαλεν, ὅτι νεκροὺς ἤγειρεν, ὅτι λεπροὺς ἐκάθηρεν· ἀλλ᾽ ὅμως ἐξέπεσε τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. οὐ γὰρ ἴσχυσεν αὐτὸν σῶσαι τὰ σημεῖα, ἐπειδὴ λῃστὴς, καὶ κλέπτης, καὶ τοῦ δεσπότου προδότης ἐγένετο. ὅτι μὲν τὰ σημεῖα οὐκ ἰσχύει σῶσαι χωρὶς πολιτείας ἀρίστης καὶ βίου καθαροῦ καὶ διηκριβωμένου, ἀπὸ τούτων ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ πολιτεία οὐκ ἔχουσα τὴν ἀπὸ τῶν σημείων παραμυθίαν, οὐδὲ σύμμαχον λαβοῦσα ἐκείνην, ἀλλ᾽ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν φανεῖσα, ἰσχύει μετὰ παῤῥησίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. διὰ τί; ὅτι νεκροὺς ἠγείρατε, ὅτι λεπροὺς ἐκαθήρατε; ὅτι δαίμονας ἠλάσατε; οὐχί· ἀλλὰ διὰ τί; Πεινῶντα εἴδετέ με, φησὶ, καὶ ἐθρέψατε· διψῶντα, καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸν, καὶ περιεβάλετέ με· ξένον, καὶ συνηγάγετε. οὐδαμοῦ θαύματα, ἀλλὰ πανταχοῦ πολιτεία. ὥσπερ οὖν ἐκεῖ πανταχοῦ θαύματα, καὶ εὐθέως κόλασις, ἐπειδὴ γυμνὰ τὰ θαύματα τῆς πολιτείας, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, πανταχοῦ πολιτεία, καὶ οὐδαμοῦ θαύματα, καὶ εὐθέως ἡ σωτηρία· ἐπειδὴ ἰσχύει καθ᾽ ἑαυτὴν σῶσαι ἡ ἀρίστη πολιτεία τοὺς κεκτημένους αὐτήν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος οὗτος, καὶ γενναῖος καὶ θαυμάσιος Λουκᾶς, οὕτως ἐπέγραψε τὸ βιβλίον, πράξεις ἀποστόλων, οὐ θαύματα ἀποστόλων· καίτοι καὶ θαύματα πεποιήκασιν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν καιρῷ γέγονε, καὶ παρῆλθε· ταῦτα δὲ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου πάντας ἐπιδείκνυσθαι χρὴ τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας. ἐπεὶ οὖν οὐ πρὸς τὰ σημεῖα, ἀλλὰ πρὸς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων ὁ ζῆλος ἡμῖν, διὰ τοῦτο οὕτως τὸ βιβλίον ἐπέγραψεν. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς,

A quoniam hoc auxilio fidei fouendæ cauſſa indigebat antiquitas: nunc autem neque dignis conceduntur: fidei quippe robur & firmitas hoc ſubſidio non eget. Atque vt intelligas nequaquam illos impoſuiſſe, ſed vere miracula edidiſſe, atque indignis hominibus dona fuiſſe conceſſa, vtque præter ea, quæ dicta ſunt, quiddam etiam aliud perficeretur, deique munus illi reueriti nequitiam abiicerent, Iudam omnes fatentur ſigna feciſſe, dæmones eieciſſe, mortuos ſuſcitaſſe, leproſos mundaſſe: nihilominus tamen excidit à regno B cœlorum. Non enim illum ſaluum facere ſigna potuerunt, quia latro, fur, & proditor f ctus eſt domini. Ac ſigna quidem ſine optima conuerſatione, vitáque pura & exacta ſaluum facere minimè poſſe demonſtratum ex iſtis eſt: conuerſationem autem hoc ſignorum ſolatio deſtitutam, neque illo ſtipatam præſidio, ſed quamuis ſola compareat, poſſe cum fiducia in regnum cœlorum introire Chriſto docente condiſces: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis C regnum à cõſtitutione mundi. Quam ob cauſſam? quia mortuos ſuſcitarunt? quia leproſos mundarunt? quia dæmones expulerunt? nequaquam: ſed qua de cauſſa? Eſurientem me vidiſtis, inquit, & aluiſtis; ſitientem, & dediſtis mihi potum: nudum, & cooperuiſtis me: hoſpitem, & collegiſtis: nuſquam miracula, ſed vbique conuerſatio. Vt igitur illic vbique miracula, & ſtatim ſupplicium, quoniam conuerſatione deſtituta erant miracula: ſic & hoc loco vbique conuerſatio, nec vſquam miracula, & ſtatim ſalus: propterea quod D per ſe ſola poſſeſſores ſuos ſaluos facere poteſt optima conuerſatio. Idcirco etiã beatus hic & generoſus ac mirabilis Lucas ita librum inſcripſit: Acta Apoſtolorum, non miracula Apoſtolorum: tametſi fecerant & ipſi miracula. Verum illa quidem certo tempore facta ſunt, & prætererunt: hæc autem quouis tempore ab illis exhiberi opus eſt, qui ſalutem ſunt adepturi. Quando igitur non miracula, ſed acta nobis æmulanda proponuntur Apoſtolorum, propterea librum ſic inſcripſit. Vt enim non diceres,

Vera miracula etiam indigni faciebant.

Matth. 25. 34.

vel potius ne dicerent deſides, ſi quando illos ad imitationem Apoſtolorum cohortamur, ac dicimus, Imitare Petrum, æmulare Paulum, ſimilis eſto Ioanni, Iacobum ſequere: ne dicerẽt, Non poſſumus, nec valemus: illi enim mortuos ſuſcitabant, leproſos mundabant, hanc impudentem noſtram excuſationem reprimens, Tace, inquit, obmuteſce, non miraculum, ſed conuerſatio in regnum cœlorum introducit. Imitare igitur conuerſationem Apoſtolorum, & nihil minus quam Apoſtoli obtinebis. Neque enim ſigna fecerunt Apoſtolos, ſed vita munda. Atque hoc apoſtolicæ imaginis indicium eſſe, ac figuræ diſcipulorum, audi, quo pacto Chriſtus hoc ſigno demonſtret. Cum enim imagines diſcipulorum effingeret, & quodnam Apoſtolatus inſigne ſit, declararet, ita dixit: In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis. In hoc, in quo? in miraculis faciendis, in mortuis ſuſcitandis? Nequaquam, inquit: ſed in quo tandem? In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi vos inuicem diligatis. Atqui dilectio non miraculorum eſt, ſed conuerſationis. Plenitudo enim legis eſt dilectio. Vides diſcipulorum indicium? Vides imaginem Apoſtolatus? Vides formam? Vides figuram? nihil amplius quære: quippe Dominus pronuntiauit caritatem diſcipulos exprimere. Si ergo caritatem habeas, Apoſtolus factus es, & Apoſtolorum primus. Vis aliũde hoc diſcere? cum Chriſtus Petrum alloqueretur, Petre diligis me plus his? ait. Nihil porro æque valet ad regnũ cœlorum obtinendum, ac ſi conſtet nos ita Chriſtum diligere, vt à nobis diligendus eſt. Atque ita deſignauit indicium: quodnam illud ergo eſt? & quid nos agere oportet, vt plus quam Apoſtoli diligamus? an mortui ſuſcitandi? an alia quæpiam edenda miracula? Nullo modo, ſed quid agendum eſt? ex ipſo Chriſto, qui diligendus, id audiamus. Si enim amas me, inquit, plus his, paſce oues meas. Ecce hic quoque conuerſatio laudem meretur. Nam curam gerere, compati ſolere, ſubſidio eſſe, quæ ſua ſunt minimè quærere, cætera omnia, quę paſtorem oportet habere,

Quæ nota & indicia Apoſtoli.

Ioan. 13.35.

Ioa. 21.17.

A μᾶλλον δὲ ἵνα μὴ λέγωσιν οἱ ῥᾴθυμοι, ἐπειδὰν αὐτοὺς παρακαλῶμεν πρὸς τὴν μίμησιν τῶν ἀποστόλων, καὶ λέγωμεν, μίμησαι Πέτρον, ζήλωσον Παῦλον, γίνου κατὰ Ἰωάννην, ἀκολούθησον Ἰακώβῳ· ἵνα μὴ λέγωσιν, οὐ δυνάμεθα, οὐδὲ ἰσχύομεν, ἐκεῖνοι γὰρ νεκροὺς ἀνέστησαν, λεπροὺς ἐκάθηραν, ἐπιστομίζων ἡμῶν τὴν ἀναίσχυντον ἀπολογίαν, σιώπα, φησί, πεφίμωσο. οὐ θαύματα, ἀλλὰ πολιτεία εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάγει τῶν οὐρανῶν. ζήλωσον τοίνυν τὴν πολιτείαν τῶν ἀποστόλων, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἕξεις τῶν ἀποστόλων. οὐ γὰρ τὰ σημεῖα ἀποστόλους ἐποίησεν, ἀλλ' ὁ βίος ὁ καθαρός. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ γνώρισμα τῆς ἀποστολικῆς εἰκόνος, καὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν μαθητῶν, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ τοῦτο δηλοῦντος τὸ σημεῖον. χαρακτηρίζων γὰρ τῶν μαθητῶν τὰς εἰκόνας, καὶ δεικνὺς τί ποτέ ἐστιν ἀποστολῆς γνώρισμα, οὕτως εἶπεν· Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι μαθηταί μού ἐστε. ἐν τούτῳ, ποίῳ; ἐν τῷ θαύματα ποιεῖν; ἐν τῷ νεκροὺς ἐγείρειν; οὐχί, φησιν· ἀλλ' ἐν τίνι; ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε C ἀλλήλους. ἡ δὲ ἀγάπη οὐχὶ θαυμάτων, ἀλλὰ πολιτείας ἐστί. Πλήρωμα γὰρ νόμου ἡ ἀγάπη. Εἶδες τὸ γνώρισμα τῶν μαθητῶν; εἶδες τὴν εἰκόνα τῆς ἀποστολῆς; εἶδες τὴν μορφήν; εἶδες τὸν τύπον; μηδὲν πλέον ζήτει. ὁ γὰρ δεσπότης ἀπεφήνατο, ὅτι ἀγάπη χαρακτηρίζει τοὺς μαθητάς. ἂν τοίνυν ἔχῃς ἀγάπην, ἀπόστολος γέγονας, καὶ τῶν ἀποστόλων πρῶτος. βούλει ἑτέρωθεν τοῦτο μαθεῖν; πρὸς Πέτρον εἰπὼν ὁ Χριστός, Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων, φησί; τούτου δὲ ἴσον οὐδὲν εἰς τὸ τυχεῖν D βασιλείας οὐρανῶν, ἀλλ' ὅταν φανῶμεν τὸν Χριστὸν φιλοῦντες, ὡς φιλεῖν δεῖ. καὶ τὸ γνώρισμα εἶπε. τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; καὶ τί ποιοῦντες δυνάμεθα φιλεῖν πλέον τῶν ἀποστόλων; ἆρα τοὺς νεκροὺς ἐγείροντες; ἢ ἄλλα τινὰ θαύματα ἐπιδεικνύμενοι; οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί ποιοῦντες; αὐτοῦ τοῦ φιλουμένου Χριστοῦ ἀκούσωμεν. Εἰ γὰρ φιλεῖς με, φησι, πλέον τούτων, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα πολιτεία εὐδοκιμεῖ. τὸ γὰρ κηδεμονικόν, τὸ συμπαθητικόν, τὸ προστατικόν, τὸ μὴ τὰ ἑαυτοῦ ζητεῖν, ἀλλὰ πάντα, ἃ τὸν ποιμαίνοντα ἔχειν δεῖ,

πάντα ταῦτα πολιτείας ἐστὶν, οὐχὶ θαυμάτων, οὐδὲ σημείων. ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησι, διὰ τὰ θαύματα τοιοῦτοι γεγόνασιν. οὐχὶ διὰ τὰ θαύματα, ἀλλὰ διὰ τὴν πολιτείαν, καὶ ἐντεῦθεν μάλιστα ἔλαμψαν. διὰ τοῦτο φησιν αὐτοῖς, Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα ἴδωσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐχὶ τὰ θαύματα, ἀλλὰ τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁρᾷς πανταχοῦ τὴν πολιτείαν διαλάμπουσαν, τὸν βίον τὸν ἐνάρετον θαυμαζόμενον; βούλει σοι δείξω καὶ αὐτὸν τὸν Πέτρον, τοῦτον τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, καὶ πολιτείαν ἐπιδειξάμενον μεγίστην, καὶ θαύματα ποιήσαντα B ὑπερβαίνοντα ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ ἀμφότερα παράλληλα κείμενα, καὶ τὸ θαῦμα, καὶ τὴν πολιτείαν, καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας μᾶλλον, ἢ ἀπὸ τῶν σημείων τιμηθέντα; ἄκουε τῆς ἱστορίας ταύτης. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν περὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην. μὴ παραδράμῃς ἁπλῶς τὸ διήγημα, ἀλλ' εὐθέως ἐπίστα τῷ προοιμίῳ, καὶ μάθε πόση ἦν ἡ ἀγάπη καὶ ἡ συμφωνία καὶ ἡ ὁμόνοια, καὶ πῶς πανταχοῦ οὗτοι ἐκοινώνουν ἀλλήλοις, καὶ συνδεδεμένοι τῷ δεσμῷ τῆς κατὰ θεὸν φιλίας, ἅπαντα C ἔπραττον, καὶ ἐν τραπέζῃ καὶ ἐν εὐχῇ καὶ ἐν βαδίσει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι μετ' ἀλλήλων ἐφαίνοντο. εἰ δὲ ἐκεῖνοι οἱ στῦλοι, οἱ πύργοι, οἱ πολλὴν παρρησίαν ἔχοντες πρὸς τὸν θεὸν, τῆς παρ' ἀλλήλων ἐδέοντο βοηθείας, καὶ ὑπὸ τῆς παρ' ἀλλήλων συμμαχίας διωρθοῦντο, πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀσθενεῖς, καὶ ταλαίπωροι, καὶ οὐδενὸς ἄξιοι λόγου, τῆς ἀλλήλων δεησόμεθα βοηθείας; Ἀδελφὸς γὰρ ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά. καὶ πάλιν Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐ- D τό; Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἦσαν, καὶ τὸν Ἰησοῦν εἶχον μέσον. Ὅπου γὰρ ἂν ὦσι συνηγμένοι δύο ἢ τρεῖς φησιν, ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Εἶδες πόσον ἐστὶ τὸ ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι; οὐχ ἁπλῶς δὲ ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐπεὶ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάντες ἐσμέν· ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἶναι χρὴ τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης, τῇ διαθέσει τῆς προαιρέσεως· καὶ ὥσπερ τὰ σώματα ἡμῶν ἐγγὺς ἀλλήλων ἐστὶ νῦν, καὶ συσφίγγεται ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὕτω καὶ τὰς καρδίας συσφίγγεσθαι χρή. Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν.

A conuerſationis hæc ſunt omnia non miraculorum aut ſignorum. At illi, dicet aliquis, propter miracula tales euaſerunt. Non propter miracula, ſed propter conuerſationem, & ob eam maxime celebres & illuſtres fuerunt. Propterea dicebat illis: Luceat *Matt. 5. 16* lux veſtra coram hominibus, vt videant homines, non miracula, ſed opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Vides vbique conuerſationem, ac vitam virtute præditam collaudari? Vis oſtendam tibi & Petrum ipſum, hunc principem Apoſtolorum, qui & eximiam B conuerſationem præ ſe tulit, & miracula edidit, quæ naturam humanam excedebant, & vtraque inter ſe comparata, & miraculum, & conuerſationem, atque illum potius ob vitæ conuerſationem quam ob ſigna fuiſſe honore cumulatum? hanc hiſtoriam audi. Petrus & Ioannes aſcendebant in *Act 3. 1* templum ad horam orationis nonam. Ne oſcitanter hanc narrationem prætereas, ſed in procemio ſtatim inſiſtas, & quanta caritas eſſet, diſcas, quanta concordia, quantuſque conſenſus, & qua ratione cuncta iſti ſibi inuicem communicabant, & amicitiæ ſecundũ Deum vinculo colligati cuncta faciebant, & in menſa, & in oratione, & in inceſſu, & in reliquis omnibus iuncti apparebant. Quod ſi illi qui columnæ ac turres erant, qui multam apud Deũ fiduciam habebant, mutuo indigebãt auxilio, mutuoq; ſubſidio corrigebantur, quãto magis nos imbecilles ac miſeri, nulliuſque pretij homines mutuo auxilio, indigemus? Frater enim qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma: & rurſus: Ecce quid bonum, & quid *Prou. 18. 19* pulchrum, niſi habitare fratres in v- *Pſal. 132. 1.* num? Petrus & Ioannes erant, & Ie- *Matt. 18. 20.* ſum in medio habebant. Vbi enim fuerint duo vel tres cõgregati, inquit, in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Vides quantum ſit in vnum verſari? neque vero quouis modo in vnũ erant: nam & nunc in vnum ſumus omnes: ſed in vnum eſſe oportet vinculo caritatis, & voluntatis affectu: & quemadmodum corpora noſtra ſibi propinqua nunc ſunt inuicem, ac ſeſe in vnum conſtringunt, ſic etiam oportet corda conſtringi. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum

Sciſſum eſt velum, deſolata ſunt ſancta ſanctorum, ſublata eſt vni addicta loco adoratio. Clamat Paulus, ac dicit: *1. Tim. 2. 8.* In omni loco puras manus leuate: Cur igitur iſti currunt ad templum, vt orent? rurſus ad Iudaicam infirmitatem deuoluti ſunt? abſit. Sed imbecillioribus ſeſe attemperant, illudque Pauli dictum implent, quod ait: *1. Cor. 9. 20.* Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus. Imbecillibus ſe attemperant, ne illi maneant imbecilles. Alioquin autem illic quoque tota ciuitas congregabatur. Vt igitur optimi piſcatores eos ſinus in fluminibus ſectantur, vbi piſces omnes conueniunt, vt facilius præda potiantur: ita nimirum & iſti Apoſtoli ſpirituales piſcatores, ad illum ſinum feſtinabant, in quo tota ciuitas conueniebat, vt illic expanſo euangelij reti facile præda potirentur. Hoc autem cum agerent, magiſtrum imitabantur. Nam ait Chriſtus: *Matt. 26. 55.* Quotidie apud vos eram in templo. Quare in templo? vt qui in templo verſabantur caperet. Ita quoque iſti tanquam oraturi quidem pergebant, ſed doctrinam illic erant ſparſuri. In templum, vt orarent circa horam orationis nonam. Neque ipſam horam ſine cauſſa obſeruarunt. Sæpe namque de hac hora dixi vobis, in ipſa paradiſum fuiſſe reſeratum, & latronem ingreſſum: in ipſa ſublatum eſt maledictum, in ipſa terrarum orbis victima eſt oblata: in ipſa diſſipatæ ſunt tenebræ, in ipſa lux affulſit cum ſenſibilis, tum ſpiritualis. Circa horam nonam. Quando cæteri poſt prandium & ebrietatem alto ſopiti ſomno dormiunt, tum illi ſobrij atque vigilantes, ac multo amore ſuccenſi, ad orationem properabant. Quod ſi oratione illi indigebant, oratione tam aſſidua, tam exacta, qui tantum fiduciam habebant, qui nullius ſibi criminis erant conſcij, quid nos faciemus, qui vulneribus ſcatemus innumeris, nec illis orationis remedium adhibemus? Ingens telum eſt oratio. Vis noſſe quam ingens ſit telum oratio? Curam pauperum omittebant Apoſtoli, vt plus illis otij ad vacandum orationi ſuppeteret. *Actor. 6. 3.* Conſtituite namque, inquit, ex vobis viros boni teſtimonij ſeptem

A ἐσχίσθη τὸ καταπέτασμα, ἠρημώθη τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἀνῃρέθη ἡ ἐν ἑνὶ τόπῳ προσκύνησις. ὁ Παῦλος βοᾷ λέγων, Ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίρετε ὁσίους χεῖρας. τί τοίνυν τρέχουσιν αὐτοὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι; πάλιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἦλθον ἀσθένειαν; μὴ γένοιτο. ἀλλὰ συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἐκεῖνο πληροῦντες τὸ ῥῆμα Παύλου, τὸ λέγον, Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος. συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενέσιν, ἵνα μὴ μείνωσιν ἀσθενεῖς ἐκεῖνοι. ἄλλως δὲ, καὶ ἐκεῖ συνήγετο πᾶσα ἡ πόλις. καθάπερ οὖν ἁλιεῖς ἄριστοι ἐκείνους τοὺς κόλπους τῶν ποταμῶν
B διώκουσιν, ἔνθα πάντες συλλέγονται οἱ ἰχθύες, ὥστε μετ' εὐκολίας ἐπιτυχεῖν τῆς θήρας· οὕτω δὴ καὶ οἱ ἀπόστολοι οὗτοι, οἱ πνευματικοὶ ἁλιεῖς, εἰς ἐκεῖνον τὸν κόλπον ἔσπευδον, ὅπου πᾶσα ἡ πόλις συνήγετο, ἵνα ἐκεῖ τὸ τοῦ εὐαγγελίου δίκτυον ἁπλώσαντες, μετ' εὐκολίας τύχωσι τῆς ἄγρας. τοῦτο δὲ ἐποίουν μιμούμενοι τὸν διδάσκαλον. καὶ γὰρ ὁ Χριστός φησι, Καθ' ἡμέραν μεθ' ὑμῶν ἤμην ἐν τῷ ἱερῷ. διὰ τί ἐν τῷ ἱερῷ; ἵνα τοὺς ἐκ τοῦ ἱεροῦ λάβῃ. οὕτω καὶ οὗτοι ἀπήρχοντο μὲν ὡς προσευξόμενοι, διδασκα-
C λίαν δὲ ἔμελλον καταβάλλειν ἐκεῖ. Εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι περὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. οὐδὲ ἡ ὥρα αὕτη ἁπλῶς παρατετήρηται. καὶ γὰρ εἶπον ὑμῖν πολλάκις περὶ τῆς ὥρας ταύτης, ὅτι ἐν αὐτῇ ὁ παράδεισος ἀνεῴχθη καὶ ὁ λῃστὴς εἰσῆλθεν, ἐν αὐτῇ ἡ κατάρα ἀνῃρέθη, ἐν αὐτῇ ἡ θυσία τῆς οἰκουμένης προσηνέχθη, ἐν αὐτῇ τὸ σκότος ἐλύθη, ἐν αὐτῇ τὸ φῶς ἔλαμψε, καὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ τὸ νοητόν. περὶ ὥραν ἐννάτην. ὅτε ἕτεροι ἀπὸ ἀρίστου καὶ μέθης καθεύδουσιν ὕπνον βαθὺν, τότε ἐκεῖνοι νήφοντες, καὶ διεγηγερμένοι, καὶ πολλῷ τῷ πό-
D θῳ ζέοντες, ἐπὶ τὴν προσευχὴν ἔσπευδον. Εἰ δὲ ἐκεῖνοι εὐχῆς ἐδέοντο, εὐχῆς οὕτω ἐκτενοῦς, εὐχῆς οὕτω διηκριβωμένης, οἱ τοσαύτην ἔχοντες παῤῥησίαν, οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες πονηρὸν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς, μυρίων γέμοντες τραυμάτων, οὐκ ἐπιτιθέντες δὲ τῆς εὐχῆς τὸ φάρμακον; μέγα ὅπλον εὐχή. βούλει μαθεῖν πῶς μέγα ὅπλον ἡ εὐχή; προστασίας πενήτων παρέδραμον οἱ ἀπόστολοι, ἵνα πλείονα σχολὴν περὶ τὴν εὐχὴν ἔχωσι. Καταστήσατε γάρ, φησιν, ἐξ ὑμῶν ἄνδρας μαρτυρουμένους ἑπτά·

ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου
προσκαρτερήσομεν. ἀλλ', ὅπερ ἔλεγον (μὴ γὰρ
ἐκπέσωμεν τῆς ὑποθέσεως, ὅτι ὁ μὲν Πέτρος
καὶ πρᾶξιν ἐπεδείξατο, καὶ θαῦμα ἐποίησε, καὶ
ἀπὸ τῆς πράξεως ἐπαινεῖται μᾶλλον) ἀνῆλ-
θεν οὖν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι· καὶ ἰδοὺ χω-
λὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, βασταζόμενος ἐκεῖ
πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ. ἀπ' αὐτῶν τῶν ὠδί-
νων ἡ πήρωσις τῆς φύσεως ἦν, καὶ μεῖζον ἰατρι-
κῆς τέχνης τὸ νόσημα· ἵνα μειζόνως ἐπιδειχθῇ ἡ
τοῦ θεοῦ χάρις. ἐπειδὴ οὖν ὁ χωλὸς ἔκειτο πρὸς
τὴν πύλην τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἰδὼν αὐτοὺς εἰσιόντας,
προσεῖχεν αὐτοῖς ζητῶν ἐλεημοσύνην παρ' αὐ-
τῶν λαβεῖν. τί οὖν ὁ Πέτρος; βλέψον εἰς ἡμᾶς,
φησιν. ἱκανὴ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀ-
κτημοσύνης. οὐ χρεία λόγων, οὐδὲ ἀποδεί-
ξεως, οὐδὲ ἀποκρίσεως, οὐδὲ διδασκαλίας. ὁ στο-
λισμός σοι δείκνυσι τὸν ἀκτήμονα. τοῦτο οὖν ὅλον
τὸ κατόρθωμα τῆς ἀποστολῆς, ἵνα ταῦτα λέγῃς
πρὸς τὸν πένητα, ἵνα μὴ διορθώσῃ τὴν πενίαν
μόνον, ἵνα εἴπῃς, ὅτι μείζονα πλουτεῖν. Ἀργύ-
ριον, φησι, καὶ χρυσίον οὐκ ἔχω· ὃ δὲ ἔχω τοῦτό
σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγει-
ρε, καὶ περιπάτει. εἶδες πενίαν καὶ πλοῦτον, πε-
νίαν μὲν χρημάτων, πλοῦτον δὲ χαρισμάτων. οὐκ
ἔλυσε πενίαν χρημάτων, ἀλλὰ διώρθωσε πενίαν
φύσεως. ὅρα τὴν ἐπιείκειαν Πέτρου· βλέψον
εἰς ἡμᾶς. οὐχ ὕβρισεν, οὐκ ἐλοιδορήσατο, ὃ πολ-
λάκις ποιοῦμεν ἡμεῖς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας
ἡμῖν, εὐθύνας ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς, ὅτι καθεύ-
δουσι. μὴ γὰρ τοῦτο ἐπετάγης, ἄνθρωπε. οὐκ
ἐκέλευσέ σοι ἀργίαν ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πενίαν
διορθοῦσθαι· οὐκ ἐποίησέ σε κατήγορον κακίας,
ἀλλὰ ἰατρὸν κατέστησε συμφορᾶς· οὐχ ἵνα ὀνει-
δίζῃς ῥαθυμίαν, ἀλλ' ἵνα χεῖρα ὀρέγῃς τοῖς κει-
μένοις· οὐχ ἵνα κακίζῃς τρόπον, ἀλλ' ἵνα λύσῃς
λιμόν. ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιοῦμεν· ἀφέντες
παραμυθήσασθαι τοὺς προσιόντας τῇ δόσει τῶν
χρημάτων, καὶ προσεπιτείνομεν αὐτῶν τὰ
τραύματα ταῖς τῶν ἐγκλημάτων ἐπαγωγαῖς.
ἀλλὰ καὶ ἀπολογεῖται τῷ πένητι, καὶ μετ'
ἐπιεικείας διαλέγεται. Κλῖνον γάρ, φησι,
πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐ-
τῷ ἐν πρᾳότητι εἰρηνικά. Ἀργύριον καὶ χρυ-
σίον οὐκ ἔχω· ὃ δὲ ἔχω τοῦτό σοι δίδωμι. ἐν
τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειρε καὶ περιπάτει.

A nos vero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus. Sed quod dicebam (non enim digrediendum eſt ab argumento ſermonis, vt conſtet, Petrū & actionem exhibuiſſe, & miraculū edidiſſe, & ob actionē potius eſſe laudatum) aſcēdit ergo in templū vt oraret: & ecce claudus ex vtero matris ſuæ, baiulabatur illic ad portā tēpli. Ab ipſo matris vtero natura mutilata erat, & artē medicinæ vincebat ægritudo, vt Dei gratia magis appareret. Hic ergo claudus ad portam templi iacebat, & cum introeuntes illos vidiſſet, intēdebat in eos quærens eleemoſynā ab
B ipſis accipere. Quid igitur Petrus? Reſpice in nos, inquit. Ex aſpectu ſolo conſtare poteſt quam pauper ſit: non vrebis opus eſt, non demonſtratione, nec reſpōſione, nec doctrina. Veſtitus ipſe tibi pauperem indicat. Hoc ergo totum opus & rectè factū eſt Apoſtolatus, vt hęc ad pauperē dicas, vt in remedium tantum adhibeas egeſtati, vt dicas, maiores diuitias videbis. Argētum, inquit, & aurū non habeo: quod autē habeo, hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti ſurge, & ambula. Vides ege-
C ſtatem & diuitias: egeſtatem quidem pecuniarum, ſed diuitias chariſmatū ac donorū. Non ſuſtulit egeſtatem pecuniarum, ſed egeſtatem naturæ correxit. Vide modeſtiam Petri: Reſpice in nos. Non contumeliis affecit, non conuiciis laceſſiuit, vt fieri à nobis ſæpenumero ſolet in eos, qui nobis occurrunt, dum crimen illis obiicimus, quod ſint otio dediti. Num enim hoc tibi mandatum eſt mi homo? non tibi imperauit, vt otioſitatē illi obiiceres, ſed vt ipſius egeſtati remedium adhiberes. Non te improbitatis accuſatorem creauit, ſed medicū calamitatis
D cōſtituit: non vt ſegnitiē exprobrares, ſed vt iacentibus manum porrigeres: non vt mores vituperares, ſed vt famē ſedares. At nos contrariū facimus, nō dignamur ad nos accedentes pecunię largitione ſolari, ſed & illorū vulnera criminū inſuper exprobratione vellicamus. Quin etiā apud pauperē ſe excuſat, ac modeſtè illūalloquitur. Inclina enim, inquit, pauperi ſine triſtitia aurem tuā, & reſponde illi pacifica in manſuetudine. Argentū & aurū non habeo: quod autē habeo, hoc tibi do: in nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambu-

Non ſunt contumelys afficiēdi pauperes.

Eccli. 4.8.

la. Duo ſunt hoc loco, conuerſatio, & miraculum: conuerſatio, Argentum & aurum non eſt mihi. conuerſationis enim & actionis eſt terrenas res deſpicere, facultates ſuas abijcere, præſentem ſpernere vanitatem: miraculum vero eſt claudum excitare, ac membra mutilata ſanare. Ecce tibi ergo conuerſationem & miraculum. Videamus autem vnde Petrus glorietur. Quid dixit? an ſe miracula edidiſſe? tametſi fuerat tum editum ab ipſo miraculum: ſed hoc non

Mat. 19. 27. dixit, quid ergo? Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. Vi-

Matt. 19. 29. des conuerſationem & miraculum, & conuerſationi palmam tribui? Quid ergo Chriſtus? commendauit eum & laudauit. Dico enim vobis, inquit, quod vos qui reliquiſtis domos, & quæ ſequuntur. Non dixit, Qui mortuos ſuſcitaſtis, ſed vos qui reliquiſtis bona veſtra, ſedebitis ſuper ſedes duodecim: & omnis, qui reliquerit omnia bona ſua, honorem iſtũ conſequetur. Non potes claudum erigere, ſicut Petrus: at potes dicere, vt ille; Argentum & aurũ non eſt mihi. Quod ſi hoc dixeris, factus es propinquus Petro: immo vero non ſi dixeris, ſed ſi feceris. Non potes aridam manum ſanare? ſed potes manum tuam quam inhumanitas aridam reddidit, per humanitatem extendere.

Eccli. 4. 34 Non ſit enim, inquit, porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Vides non ariditatem, ſed inhumanitatem quoque manum contrahere? Extende igitur illam per humanitatem & eleemoſynam. Non potes dæmonem eiicere, ſed peccatum eiice, maioremque mercedem accipies. Vides quo pacto conuerſatio & bona opera maiorem quam miracula mercedem, & maius premium merentur? ac ſi velis aliunde quoq; id oſtendemus. Acceſſerunt ad eũ, inquit, ſeptuaginta diſcipuli, & gaudebant, dicebantque Domine, in nomine tuo etiam demonia obediunt nobis. Et ait illis: Nolite gaudere, quia dæmonia vobis obediunt, ſed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Vides vbique conuerſationem laudari. Age ergo retractemus quæ à nobis ante ſunt dicta. In hoc cognoſ-

Ioa. 13. 35. cent omnes, quia diſcipuli mei eſtis,

A δύο ἐνταῦθά ἐστι, πολιτεία καὶ θαῦμα· πολιτεία, τὸ ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. πολιτείας γὰρ τὸ καταφρονεῖν τῶν γηΐνων πραγμάτων, τὸ ῥίψαι τὰ ὑπάρχοντα, τὸ ὑπεριδεῖν τῆς παρούσης ματαιότητος· θαῦμα δὲ, τὸ ἐγεῖραι τὸν χωλὸν, τὸ διορθῶσαι τὰ μέλη τὰ πεπηρωμένα. ἰδοὺ τοίνυν καὶ πολιτεία καὶ θαῦμα. ἴδωμεν οὖν πόθεν ὁ Πέτρος καυχᾶται. τί εἶπεν; ὅτι θαύματα ἐποίησε; καίτοι θαύματα ἦν πεποιηκὼς τότε· ἀλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ τί; Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. εἶδες τὴν πολιτείαν καὶ τὸ θαῦμα, καὶ τὴν πο-

B λιτείαν στεφανουμένην; τί οὖν ὁ Χριστός; τοῦτον ἀπεδέξατο καὶ ἐπῄνεσε. Λέγω γὰρ ὑμῖν, φησιν, ὅτι ὑμεῖς οἱ ἀφέντες οἰκίας, καὶ τὰ λοιπά. οὐκ εἶπεν, οἱ ἀναστήσαντες νεκροὺς, ἀλλ' ὑμεῖς οἱ ἀφέντες τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους· καὶ πᾶς, ὅστις ἀφῆκε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πάντα, ταύτης ἀπολαύσεται τῆς τιμῆς. οὐ δύνασαι ἀναστῆσαι χωλὸν, καθάπερ ὁ Πέτρος; ἀλλὰ δύνασαι εἰπεῖν, ὡς ἐκεῖνος· Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι. κἂν τοῦτο εἴπῃς, ἐγγὺς ἐγένου τοῦ Πέτρου· μᾶλλον δὲ οὐδ'

C ἂν εἴπῃς, ἀλλ' ἐὰν ποιήσῃς. οὐ δύνασαι ξηρὰν διορθῶσαι χεῖρα; ἀλλὰ δύνασαι τὴν σεαυτοῦ χεῖρα ξηρὰν γινομένην ὑπὸ ἀπανθρωπίας ποιῆσαι ἐκταθῆναι διὰ φιλανθρωπίας. Μὴ ἔστω γὰρ, φησιν, ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, ἐν δὲ τῷ διδόναι συνεσταλμένη. ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἡ ξηρότης, ἀλλὰ καὶ ἀπανθρωπία συστέλλει τὴν χεῖρα; ἔκτεινον οὖν αὐτὴν διὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης. οὐ δύνασαι ἐκβαλεῖν δαίμονα; ἀλλ' ἔκβαλε ἁμαρτίαν, καὶ μείζονα λήψῃ μισθόν. εἶδες πῶς πανταχοῦ ἡ πολιτεία, καὶ

D τὰ κατορθώματα μείζονα ἔπαινον ἔχει τῶν θαυμάτων, καὶ πλείονα τὴν ἀμοιβήν; εἰ δὲ βούλει, καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο δείξομεν· Προσῆλθον αὐτῷ, φησιν, οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταὶ, καὶ ἔχαιρον, καὶ ἔλεγον· Κύριε, ἐν τῷ ὀνόματί σου καὶ τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑπακούουσι. καὶ λέγει αὐτοῖς· μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει, ἀλλὰ χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὁρᾷς πανταχοῦ τὴν πολιτείαν θαυμαζομένην; φέρε οὖν, ἀναλογισώμεθα τὰ εἰρημένα ἄνωθεν. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε,

ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ἰδοὺ ἀπὸ πολιτείας, A οὐκ ἀπὸ θαυμάτων, τὸ γνώρισμα τοῦ μαθητὰς εἶναι ἀποδέδεικται. Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. ἰδοὺ καὶ ἕτερον γνώρισμα, καὶ αὐτὸ πάλιν ἀπὸ πολιτείας. τρίτον πάλιν γνώρισμα· Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑπακούει, ἀλλὰ χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ τοῦτο πολιτείας πάλιν κατόρθωμα. Βούλει καὶ τετάρτην ἀπόδειξιν τούτου μαθεῖν; Λαμψάτω, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. B ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα ἔργα φαίνεται. καὶ ὅταν λέγῃ πάλιν· Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς ἕνεκεν ἐμοῦ, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει, τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖ, καὶ τὸν διηκριβωμένον βίον. εἶδες τοὺς μαθητὰς ἀπὸ τοῦ φιλεῖν ἀλλήλους γνωριζομένους, τὸν δὲ ὑπὲρ τοὺς ἀποστόλους φιλοῦντα τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ ποιμαίνειν τοὺς ἀδελφοὺς φαινόμενον, τοὺς δὲ ὀφείλοντας χαίρειν, οὐκ ἀπὸ τοῦ δαίμονας ἐκβάλλειν, ἀλλ᾽ ἀπὸ C τοῦ ἐγγεγράφθαι ἐν τῷ οὐρανῷ κελευομένους εὐφραίνεσθαι, καὶ τοὺς μὲν τὸν θεὸν δοξάζοντας ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων λαμπρότητος δεικνυμένους, τοὺς δὲ ζωῆς ἐπιτυχόντας καὶ ἑκατονταπλασίονα λαμβάνοντας, ἀπὸ τῆς τῶν παρόντων ἁπάντων ὑπεροψίας ἐπιτυχόντας ταύτης τῆς δωρεᾶς. τούτους μίμησαι πάντας, καὶ δυνήσῃ καὶ μαθητὴς εἶναι, καὶ ἐν τοῖς φίλοις τοῦ θεοῦ ἀριθμεῖσθαι, καὶ δοξάζειν τὸν θεὸν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσαι. καὶ οὐδὲν ἔσται σοι κώλυμα πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, τὸ μὴ ποιεῖν σημεῖα, ἐὰν D πολιτείαν ἔχῃς διηκριβωμένην. καὶ γὰρ αὐτὸς, τοῦτο τὸ ὄνομα, Πέτρος, οὐκ ἀπὸ θαυμάτων καὶ σημείων ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ ζήλου καὶ φίλτρου γνησίου. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ νεκροὺς ἀνέστησεν, οὐδὲ ἐπειδὴ χωλὸν ἀνώρθωσεν, οὕτως ἐκλήθη. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πίστιν μετὰ τῆς ὁμολογίας ἐπεδείξατο γνησίαν, τὸ ὄνομα τοῦτο ἐκληρονόμησε, Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. διὰ τί; οὐχ ὅτι θαύματα ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ὅτι εἶπε, Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος.

A ſi vos inuicem dilexeritis. Ecce non ex miraculis, ſed ex conuerſatione dignoſci diſcipulos demonſtratum eſt. *Ioa. 21.17.* Petre diligis me plus his? paſce oues meas. Ecce alterum indicium, & hoc rurſus à conuerſatione ſumptum. Tertium rurſus indicium: Nolite gaudere, quia dæmonia vobis obediunt, ſed gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Et hoc rurſus conuerſationis eſt rectè factum. Vis etiam quartam huius rei demonſtrationem cognoſcere? Luceat, inquit, lux veſtra coram *Matt. 5.15.* hominibus, vt videant opera veſtra B bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Ecce hic quoque opera occurrunt. Et cum rurſus ait: *Matt. 19. 29.* Quiſquis reliquerit domum vel fratres, vel ſorores propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit, conuerſationem laudat, & vitam exactam. Vides diſcipulos ex eo fuiſſe deſignatos, quod mutuo ſe diligerent, eum vero qui Chriſtum ſupra Apoſtolos diligebat ex eo innotuiſſe, quod fratres paſceret: eos porro qui gaudere debuerunt, C non ex eo quod eiicerent dæmones, ſed ex eo quod eorum nomina ſcripta in cœlis eſſent gaudere iuſſos eſſe, atque illos qui Deum glorificarent, ab operum ſplendore fuiſſe deſignatos; eos vero qui vitam aſſequerentur, & centuplum acciperent idcirco eiuſmodi munere donari, quod præſentia cuncta contempſerint. Hos omnes imitare, & diſcipulus eſſe poteris, atque inter amicos Dei numerari, Deum glorificare, ac vita æterna potiri: nec impedimento vllo tibi eſſe poterit, D quod ſigna non facias, ſi conuerſationem mundam & exactam præ te feras. Nam & ipſe Petrus hoc nomen non propter miracula vel ſigna recepit, ſed propter zelum, amoremque ſyncerum. Neque enim quia mortuos ſuſcitarat, aut quia claudum erexerat, ſic appellatus eſt: quia fidem cum confeſſione ſynceram exhibuerat, hoc nomen obtinuit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Quam ab cauſ- *Matt. 16. 18.* ſam? Nõ quia fecit miracula, ſed quia dixit, Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Vides ipſam etiam Petri appellationem non à miraculis, ſed ab ardenti zelo initium duxiſſe? Verumenimuero quando Petri feci mentionem, ſubiit animum meum alterius Petri recordatio communis patris & doctoris, qui eum illi in virtute ſucceſſiſſet, etiam illius cathedram eſt adeptus. Hæc enim eſt vna etiam noſtræ ciuitatis prærogatiua dignitatis, quod principem Apoſtolorum ab initio doctorem acceperit. Æquum enim erat, vt ea, quæ nomine Chriſtiarum ante vniuerſum orbem terrarum ornata fuit, primum Apoſtolorum paſtorem acciperet. Sed cum eum doctorem accepiſſemus, non in perpetuum retinuimus, ſed regiæ ciuitati Romæ illum conceſſimus: immo vero in perpetuum ipſum retinuimus. Nam corpus quidem Petri non retinemus, ſed Petri fidem tanquam Petrum retinemus: porro dum Petri fidem retinemus, ipſum Petrum habemus. Ita cum imitatorem illius cernamus, ipſum cernere videmur: ſiquidem Ioannem Chriſtus Heliam appellauit, non quod Helias eſſet Ioannes, ſed quod in ſpiritu Heliæ ac virtute veniſſet. Sicut igitur Ioannes, quoniam in ſpiritu Heliæ ac virtute venerat, Helias dicebatur: ita hic quoque, quoniam in confeſſione ac fide Petri aduenit, merito illius etiam appellatione donabitur. Nam conuerſationis cognatio, nominum etiam communionem parit. Oremus autem omnes, vt ad ſenectutem etiam Petri perueniat: ſiquidem apoſtolus iam ſenex vitam finiuit. Cum enim ſenueris, inquit, tunc cingent te, & ducent, quo tu non vis. Precemur autem & huic longam vitæ conuerſationem: ſi enim producatur eius ſenectus, efficiet, vt magis vegeta ſit, & viuida ſpiritualis iuuentus noſtra: quam vtinam ætate florentem ac viuidam nos perpetuo conſeruare contingat cum illius precibus, & huius Petri, cum gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium vna cum Spiritu ſancto nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Epiſcopum Antiochenum intelligit.

Ioan. 21. 18

A ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ Πέτρον κληθῆναι, οὐκ ἀπὸ θαυμάτων, ἀλλ' ἀπὸ ζήλου πεπυρωμένου ἔλαβε τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἐπειδὴ Πέτρου ἐμνήσθην, εἰσῆλθέ μοι καὶ ἑτέρου Πέτρου μνήμη, τοῦ κοινοῦ πατρὸς, καὶ διδασκάλου, ὃς τὴν ἐκείνου διαδεξάμενος ἀρετὴν, καὶ τὴν καθέδραν ἐκληρονόμησε τὴν ἐκείνου. ἓν γὰρ καὶ τοῦτο πλεονέκτημα τῆς ἡμετέρας πόλεως, τὸ τῶν ἀποστόλων τὸν κορυφαῖον λαβεῖν ἐν ἀρχῇ διδάσκαλον. ἔδει γὰρ τὴν πρώτην τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὸ τῶν χριστιανῶν ἀναδησαμένην ὄνομα, τὸν τῶν ἀποστόλων πρῶτον ποιμένα λαβεῖν. ἀλλὰ λαβόντες B αὐτὸν διδάσκαλον, οὐκ εἰς τέλος κατέσχομεν, ἀλλὰ παρεχωρήσαμεν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ· μᾶλλον δὲ εἰς τὸ τέλος αὐτὸν ἐσχήκαμεν. τὸ μὲν γὰρ σῶμα Πέτρου οὐ κατέχομεν, τὴν δὲ πίστιν Πέτρου κατέχομεν ὡς Πέτρον· τὴν δὲ πίστιν Πέτρου κατέχοντες, αὐτὸν ἔχομεν Πέτρον. οὕτω καὶ τὸν ἐκείνου ζηλωτὴν ὁρῶντες, αὐτὸν δοκοῦμεν ὁρᾶν. καὶ γὰρ τὸν Ἰωάννην Ἡλίαν ἐκάλεσεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἐπειδὴ Ἡλίας ἦν ὁ Ἰωάννης, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἦλθεν Ἡλίου. καθάπερ οὖν ὁ Ἰωάννης, ἐπειδὴ ἐν πνεύματι καὶ C δυνάμει ἦλθεν Ἡλίου, Ἡλίας ἐλέγετο, οὕτω καὶ οὗτος, ἐπειδὴ ἐν ὁμολογίᾳ καὶ πίστει Πέτρου παραγέγονεν, εἰκότως ἂν καὶ τῆς προσηγορίας ἐκείνης ἀξιωθείη. ἡ γὰρ τῆς πολιτείας συγγένεια, καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν ὀνομάτων ποιεῖ. εὐξώμεθα δὲ πάντες καὶ εἰς τὸ Πέτρου γῆρας αὐτὸν ἐλθεῖν· καὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος ἐν γήρᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. Ὅταν γὰρ, φησι, γηράσῃς, τότε ζώσουσί σε, καὶ ἄξουσιν ὅπου οὐ θέλεις. αἰτήσωμεν δὴ καὶ τούτῳ μακρὰν πολιτείαν. ἐκτεινόμενον γὰρ αὐτοῦ τὸ γῆρας, τὴν ὑμετέραν νεότητα τὴν πνευματικὴν μᾶλλον ἀκμάζειν ποιεῖ· ἣν γένοιτο δια- D παντὸς ἐν ἀκμῇ τηρηθῆναι, εὐχαῖς μὲν ἐκείνου καὶ τούτου τοῦ Πέτρου, χάριτι δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Πρὸς

Πρὸς τοὺς ἐγκαλέσαντας ὑπὲρ τοῦ μήκους τῶν A προοιμίων, καὶ ὅτι χρήσιμον τὸ φέρειν ἐλέγχους, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως πιστεύσας μετωνομάσθη Παῦλος, καὶ ὅτι οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως γέγονεν αὐτῷ ἡ μεταβολή, καὶ εἰς τὸ ῥητόν· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;

Ad eos qui reprehenderunt eum ob proœmiorum prolixitatem, & quod utile ſit æquo animo ferre reprehenſiones: & quare non ſtatim, ex quo credidit, mutatum eſt nomen Sauli in Paulum, & quod non ex neceſsitate, ſed libera voluntate facta eſt in eo hæc conuerſio, & in dictum illud, Saule, Saule quid me perſequeris? Act. 9. 4.

Incerto interprete.

Ἐνεκάλεσαν ἡμῖν τινες τῶν ἀγαπητῶν τῶν ἡμετέρων, ὅτι τοῦ λόγου τὰ προοίμια πρὸς μῆκος ἐκτείνομεν, καὶ εἰ μὲν δικαίως, ἢ ἀδίκως ἐνεκάλεσαν, τότε εἴσεσθε, ἐπειδὰν καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἀκούσαντες, ὡς ἐν κοινῷ δικαστηρίῳ τὴν ψῆφον ἐνέγκητε. ἐγὼ δὲ καὶ πρὶν ἀποδεῖξαι τοῦτο, χάριν αὐτοῖς ἔχω τῶν ἐγκλημάτων. κηδεμονίας γὰρ, οὐ πονηρίας ἐστὶ τὰ ἐγκλήματα. καὶ τὸν φιλοῦντά με, οὐχ ὅταν ἐπαινῇ με μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐγκαλῇ καὶ διορθῶται, τότε φαίην ἂν ἔγωγε φιλεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς πάντα ἐπαινεῖν, καὶ τὰ καλῶς ἔχοντα, καὶ τὰ μὴ καλῶς, οὐκ ἔστι φιλοῦντος, ἀλλ' ἀπατεῶνος καὶ εἴρωνος· τὸ δὲ ἐπαινεῖν μὲν ἄν τι τῶν δεόντων γίνηται, ἐγκαλεῖν δὲ ἄν τι διαμαρτάνηται, τοῦτο φίλου καὶ κηδεμόνος. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τὸ ἁπλῶς πάντα ἐπαινεῖν καὶ μακαρίζειν ἐπὶ πᾶσιν, οὐκ ἔστι φίλου, ἀλλὰ πλάνου· λαός μου γάρ, φησιν, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὴν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ἐκταράσσουσι. τὸν μὲν οὖν ἐχθρὸν οὐδὲ ἐπαινοῦντα δέχομαι, τὸν δὲ φίλον καὶ ἐγκαλοῦντα προσίεμαι. ἐκεῖνος, κἂν φιλῇ με, ἀηδής ἐστιν· οὗτος, κἂν τραυματίζῃ με, ποθεινός ἐστιν· ἐκείνου τὸ φίλημα ὑποψίας γέμει, τούτου τὸ τραῦμα κηδεμονίαν ἔχει. διὰ τοῦτό φησί τις· ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ. τί λέγεις; τραύματα φιλημάτων βελτίονα, φησίν. οὐ γὰρ τῇ φύσει τῶν γινομένων, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῶν ποιούντων προσέχω. βούλει μαθεῖν, πῶς ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ; ἐφίλησε τὸν κύριον ὁ Ἰούδας, ἀλλὰ προδοσίας αὐτοῦ τὸ φίλημα ἔγεμεν, ἰοῦ αὐτοῦ τὸ στόμα εἶχε, πονηρίας ἡ γλῶσσα ἐπέπληστο. τὸν παρὰ Κορινθίοις πεπορνευκότα ἐτραυμάτισεν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἔσωσε. καὶ πῶς ἐτραυμάτισε, φησί; τῷ Σατανᾷ παραδούς.

Reprehenderunt nos amicorum quidam, quòd productiora ſermonum initia faciamus. Igitur an iuſtè illi taxent, an vero iniuſtè, B tunc intelligetis, cum audiritis iis, quæ à nobis dicta fuerint, tanquam in foro ſententiam feretis. Ego vero priuſquam id oſtēdam, primum præfatione demonſtrabo, quod ob hanc reprehenſionem gratias illis agam. Reprehenſiones enim nō ex malitia ſed cura proximi proficiſcūtur. Aſſeuerauerim amare me amicū nō ſolum quādo laudat, ſed & quando reprehendit & corrigit. Nam omnia laudare tam quę benè ſe habent, quàm quæ malè, non fuerit amici, ſed irriſoris: nec diligētis, ſed C decipientis. Laudare ſi quid fiat vt debet, reprehendere autem ſi peccatum fuerit, amici eſt & curam agentis. Et vt diſcatis quod ſine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, nō ſit amici ſed impoſtoris, dicit ſcriptura. Populé meus, qui te beatum dicūt, ipſi te decipiunt, & ſemitam pedum tuorum exturbant. Sanè inimicum ne laudantem quidem probo, amicū vero & reprehendentem amplexor. Ille etſi me oſculetur, inſuauis eſt: hic etſi vulneret, amabilis. Illius oſculum ſuſpicione plenum eſt, huius vulnus me- D dicamenti vim habet. Propter hoc dicit quidā: Fideliora ſunt vulnera amici quā ſpōtanea oſula inimici. Quid dicis? Vulnera oſculis meliora, inquit. Nō enim ad naturā eorū quę fiunt, ſed potius ad affectionē eorum qui faciūt, attendo. Vis diſcere, quomodo fideliora ſunt vulnera amici quam blanda oſcula inimici? Oſculatus eſt dominum Iudas, ſed oſculo prodidit: venenum habebat os eius, malitiaq; impleta erat lingua eius. Paulus vulnerauit eū, qui apud Corinthios ſcortatus fuit, ſed ſaluauit. Et quomodo vulnerauit? inquit? Quia tradidit eum Satanæ.

Amici veri officium

Eſa 3. 12.

Pro. 27. 6.

Luc. 22.

1. Cor. 5. 5.

Inquit enim: Tradatur Satanæ ad interitũ, quo ſpiritus ſaluus ſit in die domini Ieſu. Vidiſti vulnera ſalutem afferentia? vidiſti oſculum proditione plenum? Sic fideliora ſunt vulnera amici, quàm ſpõtanea oſcula inimici. Verùm inquiramus quomodo hoc dictum, nõ ſolùm in hominibus, ſed & in Deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus: ille ſaluator & curam noſtri gerens, hic inimicus & deceptor. Et hic quidem aliquando dedit oſculum, ille verò vulnus inflixit. Et quomodo hic oſculatus eſt, & ille vulnerauit? Hic quidẽ dixit Eritis ſicut dij: ille autem, Terra es, & in terrã abibis. Vter igitur magis profuit, hic ne qui dixit, Eritis ſicut dij: an ille qui dixit, Terra es, & in terram abibis? Ille mortem interminatus eſt, hic immortalitatẽ promiſit. Atqui hic, qui immortalitatem pollicitus eſt, è paradiſo eiecit: ille vero qui mortem comminatus eſt, in cœlum inuexit. Vides quomodo fideliora vulnera amici, quàm ſpõtanea oſcula inimici? Idcirco, antequã hoc demonſtrarem, gratias agere volui his, qui me arguunt. Amici enim, ſiue iuſtè, ſiuè iniuſtè arguunt non opprobare volunt, ſed hoc faciunt vt emendent. Inimici autem etſi iuſtè reprehenduat, hoc tamẽ agunt, non vt corrigant, ſed vt exſibilent: ſicut & illi dum laudant, hoc vnũ ſpectant vt meliorem reddant: & hi dum laudant, ſtudent quomodo ſupplantare poſſint. Veruntamen quomodocunque reprehenſio contingat, vtile fuerit, bonũmque magnum, ſi ferantur reprehenſiones & accuſationes, & non detur locus iræ & exaſperationi. Quid enim odit redargui, ait, inſipiens eſt. Non dixit ſic vel ſic redargui, ſed tantùm redargui. Nam ſiquidem iuſtè arguit amicus, tu peccatum corrige: ſin abſque ratione & immerito, lauda voluntatem eius, & proba bonam mentis intentionem, agnoſce, & teſtare amicitiæ beneficium: nõ enim reprehenderet, niſi multùm diligeret. Proinde ne ſtomachemur, ne ſuccenſeamus, cùm arguimur. Quod ſi omnes ita affecti eſſemus, vt & argueremus peccantes, & lapſi libenter ferremus reprehenſiones: mirũ, quanta hinc vitę noſtrę accederẽt commoda. In peccatis enim hoc operãtur reprehẽſiones, quod in vulneribus remedia.

Pro. 27. 6. — *Gen. 3. 5. & 19.* — *Magnum bonum reprehenſiones ferre.* — *Pro. 12. 1.*

A παραδότε γάρ, φησι, τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός. διὰ τί; ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. Εἶδες τραύματα σωτηρίας ἔχοντα; εἶδες φίλημα προδοσίας γέμον; οὕτως ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ. τοῦτο μὴ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπὶ τοῦ διαβόλου ἐξετάσωμεν. ὁ μὲν φίλος, ὁ δὲ ἐχθρός· ὁ μὲν σωτὴρ καὶ κηδεμών, ὁ δὲ ἀπατεὼν καὶ πολέμιος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐφίλησέ ποτε, ὁ δὲ ἐτραυμάτισε. πῶς ὁ μὲν ἐφίλησεν, ὁ δὲ ἐτραυμάτισεν; ὁ μὲν εἶπεν, ἔσεσθε ὡς θεοί· ὁ δὲ εἶ- B πε, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. τίς οὖν ὠφέλησε μᾶλλον, ἐκεῖνος ὁ εἰπών, ὅτι ἔσεσθε ὡς θεοί, ἢ οὗτος ὁ εἰπών, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ; οὗτος θάνατον ἠπείλησεν, ἐκεῖνος ἀθανασίαν ἐπηγγείλατο. ἀλλ' ὁ μὲν ἀθανασίαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ τοῦ παραδείσου ἐξέβαλεν· ὁ δὲ θάνατον ἀπειλήσας, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγεν. εἶδες πῶς ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ; διὰ τοῦτο καὶ πρὶν ἀποδεῖξαι, χάριν ἔχω τοῖς ἐγκαλοῦσιν. οἱ μὲν γάρ, κἂν δικαίως, κἂν ἀδίκως ἐγκαλῶσιν, C οὐκ ὀνειδίσαι βουλόμενοι, ἀλλὰ διορθῶσαι, τοῦτο ποιοῦσιν· οἱ δὲ ἐχθροί, κἂν δικαίως ἐγκαλῶσιν, οὐχὶ διορθῶσαι, ἀλλ' ἐκπομπεῦσαι σπουδάζοντες ἐλέγχουσιν· οὗτοι τοίνυν ἐπαινοῦντες, σπουδαιοτέρους ζητοῦσι ποιῆσαι, ἐκεῖνοι δέ, κἂν ἐπαινῶσιν, ὑποσκελίσαι σπουδάζουσι. πλὴν ὅπως ἂν ὁ ἔλεγχος κινῆται, μέγα ἀγαθὸν τὸ δύνασθαι φέρειν ἐλέγχους καὶ ἐγκλήματα, καὶ μὴ ἐκθηριοῦσθαι. ὁ γὰρ μισῶν ἐλέγχους, ἄφρων ἐστί, φησιν. οὐκ εἶπε, τοιόνδε, ἢ τοιόνδε ἐλέγχους, ἀλλ' ἁπλῶς, ἐλέγχους. εἰ μὲν γὰρ δικαίως ἐνεκάλεσεν ὁ φίλος, D διόρθωσαι τὸ ἁμάρτημα. εἰ δὲ ἀλόγως ἐμέμψατο, τέως ἐπαίνεσον αὐτὸν τῆς γνώμης, ἀπόδεξαι τὸν σκοπόν, χάριν ὁμολόγησον τῆς φιλίας. ἀπὸ γὰρ τοῦ σφόδρα φιλεῖν τὸ ἐγκαλεῖν γίνεται. μὴ δυσχεραίνωμεν ἐλεγχόμενοι. καὶ γὰρ μεγάλα ὀνίνησι τοῦτο τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, εἰ γένοιτο παρὰ πάντων, εἰ καὶ ἐλέγχοιμεν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ἁμαρτάνοντες φέροιμεν τοὺς ἐλέγχους εὐκόλως. ὅσα γὰρ ἐπὶ τῶν τραυμάτων ἐστὶ τὰ φάρμακα, τοῦτο ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων οἱ ἔλεγχοι.

ὥσπερ οὖν ὁ τὰ φάρμακα διακρουόμενος, ἀνόητος· οὕτω καὶ ὁ τοὺς ἐλέγχους μὴ καταδεχόμενος, ἄφρων. ἀλλ' ἐκθηριοῦνται πολλοὶ πολλάκις, πρὸς ἑαυτοὺς ἐννοοῦντες καὶ λέγοντες· σοφός, φησιν, ἐγώ, καὶ συνετὸς τοῦ δεῖνος ἀνέξομαι; οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῦτο αὐτὸ ἐσχάτης ἀνοίας τεκμήριον. εἶδον γάρ, φησιν, ἄνθρωπον δοκοῦντα σοφὸν εἶναι παρ' ἑαυτῷ, ἐλπίδα δὲ ἔχει μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος λέγει, μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. κἂν γὰρ μυριάκις εἶ σοφός, καὶ τὰ δέοντα συνορῶν, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶ, καὶ χρείαν ἔχεις συμβούλου. ὁ θεὸς γὰρ μόνος ἐστὶν ἀνενδεής, καὶ μόνος οὐ δεῖται συμβούλου. δι' ὃ καὶ περὶ ἐκείνου μόνου λέγεται· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἄνθρωποι δέ, κἂν μυριάκις ὦμεν σοφοί, μυριάκις ἐλεγχόμεθα, καὶ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀσθενὲς διαφαίνεται. οὐ γὰρ δύναται πάντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις, φησί. διὰ τί; ὅτι οὐκ ἀθάνατος υἱὸς ἀνθρώπου. τί φωτεινότερον ἡλίου, ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐκλείπει. καθάπερ οὖν ἐκεῖνο τὸ φῶς τὸ λαμπρόν, τὴν ἀπαστράπτουσαν ἀκτῖνα, σκότος ἐπελθὸν ἀποκρύπτει· οὕτω πολλάκις καὶ τὴν σύνεσιν τὴν ἡμετέραν, καθάπερ ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ λάμπουσαν καὶ διαφαινομένην, ἐπελθοῦσα ἄγνοια ἀπέκρυψε πολλάκις. καὶ ὁ μὲν σοφὸς τὸ δέον οὐ συνεῖδεν, ὁ δὲ ἐλάττων ἐκείνου πολλῷ ὀξύτερον ἐκείνου τοῦτο ἐφώρασε. καὶ τοῦτο γίνεται, ἵνα μήτε ὁ σοφὸς ἐπαίρηται, μήτε ὁ εὐτελὴς ἑαυτὸν ταλανίζῃ. μέγα ἀγαθὸν ἐλέγχους δύνασθαι φέρειν, μέγα ἀγαθὸν δύνασθαι ἐλέγχειν. τοῦτο κηδεμονίας μεγίστης. νυνὶ δὲ ἂν μὲν ἴδωμεν ἄνθρωπον τὸν χιτωνίσκον ἔχοντα παραλελυμένον ἐκ πλαγίων, ἢ τὴν ἄλλην στολὴν κακῶς περικειμένην, διορθοῦμεν καὶ ὑπομιμνήσκομεν· ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτοῦ τὴν ζωὴν παραλελυμένην, οὐδὲ λόγου προϊέμεθα· ἂν ἴδωμεν αὐτοῦ τὸν βίον ἀσχήμονα ὄντα, παρατρέχομεν. καίτοι τὰ μὲν τῶν ἱματίων, μέχρι γέλωτος· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, μέχρι κινδύνου καὶ τιμωρίας ἐστίν. ὁρᾷς τὸν ἀδελφόν, εἰπέ μοι, κατὰ κρημνοῦ φερόμενον, ἠμελημένον ἔχοντα βίον, οὐ συνορῶντα τὸ δέον, καὶ οὐκ ὀρέγεις χεῖρα; οὐκ ἀνίστας ἐκ τοῦ πτώματος, οὐκ ἐγκαλεῖς καὶ ἐλέγχεις; ἀλλὰ τὸ μὴ προσκροῦσαι αὐτῷ καὶ φανῆναι ἀπεχθὴς προτιμᾷς τῆς ἐκείνου σωτηρίας;

καὶ οὐχὶ φωνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς. ἐπειδὴ γὰρ ἐβάπτιζε μὲν Ἰωάννης, ἐβαπτίζετο δὲ ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ τῷ ἀνθρωπίνῳ σχήματι προσέχοντες, τὸν βαπτίζοντα μείζονα τοῦ βαπτιζομένου εἶναι νομίσωσιν, ἦλθεν ἡ φωνὴ, τοῦτον ἀπ' ἐκείνου διαιροῦσα. καὶ ἐπειδὴ ἄδηλον ἦν περὶ τίνος ἔλεγεν ἡ φωνὴ ὅπερ ἔλεγεν, ἦλθε καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς, τὴν φωνὴν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἕλκον τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' ὅμως καὶ διὰ φωνῆς αὐτὸν ἐκήρυξε, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος ἔδειξε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐβόα, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς αὐτοῦ λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, καὶ μυρία ἕτερα καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων μαρτύρια ἐγένετο, καὶ πρὸς ἅπαντα ἀπετυφλώθησαν· μᾶλλον δὲ πάντα μὲν συνεώρων, οὐδενὶ δὲ τῶν λεγομένων, οὐδὲ τῶν πραττομένων ἐπείθοντο, τῇ μανίᾳ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν δόξης προκατειλημμένοι τὴν διάνοιαν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς φησὶν, ὅτι πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, διὰ δὲ τοὺς ἄρχοντας οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς ἔλεγε, πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητοῦντες; ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως, ἀλλὰ μιᾶς μόνης ἀκούσας φωνῆς αὐτοῦ τοῦ διωκομένου, εὐθέως προσέδραμεν, εὐθέως ὑπήκουσε· καὶ πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν μεταβολήν. Εἰ δὲ μὴ ἀπεκάμετε τῷ μήκει τῶν εἰρημένων, ἔτι εἰς ἐγγύτερον παράδειγμα ἄγω τὸν λόγον. καὶ γὰρ καὶ τοῦ υἱοῦ ἤκουσαν, καὶ οὕτως ἤκουσαν ὡς Παῦλος ἤκουσε, καὶ ἐν καιρῷ τοιούτῳ ἤκουσαν, οἵῳ Παῦλος ἤκουσε, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπίστευσαν. καθάπερ γὰρ Παῦλος ὅτε ἐμαίνετο, ὅτε ἠγρίαινεν, ὅτε ἐπολέμει τοῖς μαθηταῖς, ἤκουσε τῆς φωνῆς, οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι. ποῦ, καὶ πότε; ἐξῆλθον ἐν τῇ νυκτὶ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων εἰς τὴν σύλληψιν αὐτοῦ. ἐνόμιζον γὰρ ἄνθρωπον ψιλὸν ἐπιτίθεσθαι. βουλόμενος τοίνυν αὐτοὺς διδάξαι τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὅτι θεός ἐστι, καὶ πρὸς κέντρα λακτίζουσι, λέγει αὐτοῖς, τίνα ζητεῖτε; ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ πλησίον εἱστήκεισαν, καὶ οὐχ ἑώρων αὐτόν. ἀλλ' αὐτὸς ὁ ζητούμενος, αὐτοὺς ἐχειραγώγει πρὸς τὴν εὕρεσιν τὴν ἑαυτοῦ, ἵνα μάθωσιν, ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται, ὅτι, εἰ μὴ ἐβούλετο συγχωρῆσαι, οὐκ ἂν περιεγένοντο. πῶς γὰρ, οἱ μηδὲ εὑρεῖν αὐτὸν δυνηθέντες, τί λέ-

Et non ſolùm illic vox auditur, ſed & ſpiritus in ſpecie columbę videtur. Nã poſtquàm Ioannes baptizauit, baptizatúſque eſt Chriſtus, vt ne qui ad humanam figuram ſpectant, putent baptizantem baptizato maiorem, venit vox, qua hic ab illo diſcerneretur. Et quia adhuc incertum erat de quo diceret vox, id quod dicebat: venit & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, vocem in caput Chriſti ducens, atque ita & per vocem prædicatus eſt, & per ſpiritum monſtratus. Et ob hæc Ioannes quoque clamabat: Non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamenti: & inſuper plurima alia teſtimonia tam verborum, quàm operum arteſtabantur: ſed poſt hęc omnia Iudæi in cæcitate ſua manſerunt, imò viderunt omnia: ſed neque dictis, neque factis credidêre, eò quod infecta eorum mens, quam præoccuparat inſanus vanæ gloriæ amor. Vnde euangeliſta dicit: Multi Iudęorum qui crediderunt in eum, propter principes non confitebantur, ne è ſynagoga eiicerentur. Et ipſe Chriſtus quoq; dicebat: Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriã quę à ſolo Deo proficiſcitur, non quæritis? At Paulus non ſic, ſed vnica dũtaxat audita voce, cùm adhuc noſtros inſectaretur, ſtatim accurrit, ſtatim obediuit, ſtatim eximiam pręſe tulit conuerſionem. Quòd ſi non fatigamini dictorum prolixitate, dicemus aliud exemplum adhuc proximius. Etenim & filium audierunt, & ſic audierunt, vt Paulus audiuit, & neque ſic crediderunt. Nam ſicut Paulus audiuit vocem cùm adhuc fureret, & in diſcipulos ſæuiret: ita Iudæi aliquando audierunt alicubi vocem, cùm egrederentur cum facibus & lampadibus ad comprehendendum eum. Putabant enim ſeſe hominem purum adoriri. At ille volens docere eos virtutem ſuã, & ſe Deum, eoſque fruſtra contra ſtimulum calcitrare, dicit eis: Quem quæritis? Stabant ante & iuxta eum, & non videbant eum. Chriſtus autẽ quærebat eos, & manu ducebat vt ſe inuenirent, ac diſcerent, quod non inuitus ad paſſionem iret, neque ſuperabilis eſſet, niſi ſponte ſua eis permitteret. At quomodo ſuperarent, quem inue-

B C D

Matt 3. *Luc. 3. & Ioan. 1.* *Ioan. 12. 42.* *Ibid. 5. 44.*

nire non potuerunt? Quid dico inuenire? neque præſentem videre valuerunt: & non ſolùm nõ valuerunt videre præſentem, ſed & cùm roganti reſponderent, neſciebant quiſnam ille præſenſeſſet: qui adeò potẽter oculos eorũ excæcauerat, & voce ſua ſupinos eos proſtrauerat. Nam vt dixit, Ego ſum: voce ea perculſi, retrorſum abierunt, & ceciderunt omnes. Itaque vt Paulũ vox proſtrauit, & ſupinum iacere fecit: ita & illos vox omnes proſternebat. Et ſicut Paulus non vidit eum, quem perſequebatur: ita & illi non videbant quem quærerent, & ſicut Paulus tempore quo furebat, excæcatus eſt: ita & illi tempore furoris ſui ſunt excæcati: & ſicut Paulus, cùm iret vt comprehenderet diſcipulos, hæc paſſus eſt ita & illi cùm exirent vt comprehenderent Chriſtum, eadem paſſi ſunt. Vtrobique vincula, vtrobique perſecutio. Simile vtrobique virtutis Chriſti indicium, ſimiliáque remedia, at non ſimilis correctio. Ægri enim multùm inter ſe diſtabant. Quid enim ſtupidius, quid reprobatius illis, qui retrorſum corruerunt, iterúmque ſurrexerunt, & iterum inuadunt? An non lapidibus inſenſatiores erant? Et vt diſcant quod ipſe qui dixerat eis, Quem quæritis, ille ſit qui eos proſtrauerat, loquitur eis iterum: Cùm iterum ſurgerent ac dicerent, Ieſum: dicit eis: Dicebam vobis quod ego ſum, quaſi diceret, Diſcite, quod ego ille ſum qui antehac dixit, Quem quæritis, & qui vos proſtrauit. Verùm neque hoc dicto profecit aliquid, ſed illi in cæcitate ſua manſerunt. Hæc igitur omnia inter ſe confer diligenter, & diſce quod Paulus non ex neceſſitate, ſed anima ſyncera, bonaq; volũtate ad fidẽ acceſſit. Quin ſi ſuſtinetis, & patienter fertis, adferam & aliam demonſtrationem, cui contradici nequeat, & certius probabo Paulum non neceſſitate coactum ad fidem veniſſe. Venit poſt hæc Paulus in Salaminem Cypri ciuitatem, & inuenit illic magnum quendam, reſiſtentẽ apud Procõſulem Sergium: Paulus autẽ impletus ſpiritu ſãcto dixit ei: O plene omni dolo & omni verſutia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, nõ deſinis peruertere vias Domini rectas. Hæc perſecutoris verba ſunt.

Ibidem.

Alia probatione docet Paulũ non coactum eſſe. Act.13.10.

A γὰρ εὑρεῖν αὐτὸν μὴ δυνηθέντες; ἀλλ' οὔτε ἰδεῖν αὐτὸν παρόντα ἴσχυσαν· οὐ μόνον δὲ παρόντα οὐκ ἴσχυσαν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐρωτῶντι ἀποκρινόμενοι, οὐδὲ οὕτως ᾔδεσαν ὅστις ποτὲ ἦν ὁ παρών. οὕτω μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης ἀπετύφλωσεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπτίους ἔρριψεν αὐτοὺς τῇ φωνῇ. εἰπόντος γάρ, τίνα ζητεῖτε, ἀπῆλθον πάντες εἰς τὰ ὀπίσω ἀπὸ τῆς φωνῆς ταύτης. ὥσπερ γὰρ τὸν Παῦλον ἡ φωνὴ κατέβαλε, καὶ πρηνῆ κεῖσθαι ἐποίησεν, οὕτω καὶ τούτους ἡ φωνὴ πάντας ἔρριψεν ὑπτίους· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ἔβλεπε τὸν διωκόμενον ὑπ' αὐτοῦ, οὕτως ἐκεῖνοι οὐκ ἔβλεπον τὸν ζη-
B τούμενον ὑπ' αὐτῶν· ὥσπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς μανίας ἀπετυφλώθη, κἀκεῖνοι ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς μανίας ἀπετυφλώθησαν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὅτε ἐπορεύετο δῆσαι τοὺς μαθητάς, καὶ οὗτοι ὅτι ἐξῆλθον δῆσαι τὸν Χριστόν, ταῦτα ἔπαθον. καὶ ἐκεῖ δεσμά, καὶ ἐνταῦθα δεσμά· καὶ ἐκεῖ δίωξις, καὶ ἐνταῦθα δίωξις· καὶ ἐκεῖ πήρωσις, καὶ ἐνταῦθα πήρωσις· καὶ ἐκεῖ φωνή, καὶ ἐνταῦθα φωνή· καὶ ὁμοία τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἡ ἔνδειξις, ὅμοια τὰ φάρμακα, ἀλλ' οὐχ ὁμοία ἡ διόρθωσις. οἱ γὰρ κάμνοντες πολλὴν εἶχον διαφοράν. τί γὰρ ἀναισθητότερον; τί δὲ ἀγνωμονέ-
C στερον ἐκείνων; ἔπεσον ὀπίσω, καὶ πάλιν ἀνέστησαν, καὶ πάλιν ἐπέθεντο. ἆρα τῶν λίθων οὐκ ἦσαν ἀναισθητότεροι; καὶ ἵνα μάθωσιν, ὅτι ἐκεῖνός ἐστιν ὁ εἰπὼν αὐτοῖς, τίνα ζητεῖτε, καὶ ῥίψας ὀπίσω αὐτούς, λέγει αὐτοῖς πάλιν, ὅτε ἀνέστησαν, τίνα ζητεῖτε; καὶ λέγουσιν, Ἰησοῦν. λέγει αὐτοῖς, εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι· μονονουχὶ λέγων, μάθετε ὅτι καὶ ὁ πρὸ τούτου εἰπών, τίνα ζητεῖτε, καὶ ῥίψας ὑμᾶς, ἐγώ εἰμι. ἀλλ' οὐδὲν πλέον οὐκ τούτου ἐγένετο, ἀλλ' ἔμειναν ἐπὶ τῆς αὐτῶν πηρώσεως. ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐκ παραλλήλου συγκρίνων μάνθανε ἀκριβῶς, ὅτι
D οὐκ ἐξ ἀνάγκης προσῆλθε Παῦλος, ἀλλ' ἀπὸ ψυχῆς εὐγνώμονος καὶ ἀδεκάστου συνειδότος. εἰ δὲ καρτερεῖτε, καὶ ὑπομένετε, ἕτερον ἐναργέστερον τούτου λέγω πάλιν, ἀναντίρρητον ἔχον ἀπόδειξιν τοῦ μὴ κατ' ἀνάγκην τὸν Παῦλον προσεληλυθέναι τῷ κυρίῳ. ἦλθεν εἰς τὴν Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου μετὰ ταῦτα ὁ Παῦλος, καὶ εὗρεν ἐκεῖ μάγον τινὰ ἀνθιστάμενον τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ. ὁ δὲ Παῦλος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου, εἶπε πρὸς αὐτόν. ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς εὐθείας; ταῦτα ὁ διώκτης.

δοξάζωμεν τοίνυν τὸν μεταβαλόντα αὐτόν. περὶ A
τούτου ἠκούετε ὅτι ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν,
κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας
καὶ γυναῖκας, παρεδίδου εἰς φυλακήν. ὁρᾶτε
πῶς παρρησιάζεται νῦν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος.
οὐ παύσῃ διαστρέφων, φησί, τὰς ὁδοὺς κυρίου τὰς
εὐθείας; καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ κυρίου ἐπὶ σέ, καὶ ἔσῃ
τυφλὸς μὴ βλέπων ἕως καιροῦ. τὸ φάρμακον
τὸ ποιῆσαν αὐτὸν ἀναβλέψαι, τοῦτο ἐπέθηκε καὶ
τῷ μάγῳ, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ τῆς πηρώσεως ἐκεῖ-
νος ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ἡ κλῆσις μόνον περιέστησε
τὸν Παῦλον, ἀλλὰ καὶ ἡ αὐτοῦ ἐκείνου προαίρε-
σις. εἰ γὰρ ἡ πήρωσις μόνη τοῦτο ἐποίησεν, ἐχρῆν B
καὶ ἐπὶ τοῦ μάγου τὸ αὐτὸ γενέσθαι· ἀλλ' οὐκ
ἐγένετο. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἐπηρώθη, ὁ δὲ ἀνθύ-
πατος ἰδὼν τὸ γεγενημένον ἐπίστευσεν. ἄλλος ἐδέ-
ξατο τὸ φάρμακον, καὶ ἄλλος ἀνέβλεψεν. εἴ-
δετε πόσον ἐστὶν εὐγνωμοσύνη διανοίας, πόσον
ἐστὶν ἀπείθεια καὶ σκληροκαρδία. ἐγένετο πηρὸς
ὁ μάγος· κἀκεῖνος μὲν οὐδὲν ἀπώνατο (ἀπει-
θὴς γὰρ ἦν) ἔγνω δὲ τὸν Χριστὸν ὁ ἀνθύπατος.
ἀλλ' ὅτι μὲν ἑκὼν καὶ ἐκ προαιρέσεως προσ-
ῆλθεν ὁ Παῦλος, ἱκανῶς ἀποδέδεικται. βούλο-
μαι δὲ τοῦτον ὑμᾶς ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν λόγον, ὅτι C
μὴ βουλομένους οὐ βιάζεται ὁ θεός, ἀλλὰ βουλο-
μένους ἕλκει. διὰ τοῦτο γάρ φησιν, οὐδεὶς ἔρχεται
πρός με, ἂν μὴ ὁ πατήρ μου ἑλκύσῃ αὐτόν· ὁ δὲ
ἕλκων, τὸν βουλόμενον ἕλκει, τὸν κάτω κείμενον
καὶ χεῖρα ὀρέγοντα. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι οὐδένα βιά-
ζεται, ἀλλ' ἐὰν αὐτὸς θέλῃ, ἡμεῖς δὲ μὴ θέλωμεν,
διαπίπτει τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, οὐκ ἐπειδὴ ἀσθε-
νὲς αὐτοῦ τὸ βούλημα, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀναγκάσαι οὐδέ-
να θέλει, ἀναγκαῖον τοῦτον ἐξετάσαι τὸν λόγον, ἐπειδὴ
πολλοὶ πολλάκις προφάσει ῥᾳθυμίας, τούτῳ
κέχρηνται τῷ προσχήματι τῆς ἀπολογίας, καὶ
παρακαλούμενοι πολλάκις ἐπὶ φώτισμα, ἐπὶ D
πολιτείας ἀρίστης μεταβολήν, ἐφ' ἕτερα τοιαῦ-
τα κατορθώματα, εἶτα καὶ ὡς ὀκνοῦντες καὶ ἀνα-
δυόμενοι τοῦτο ἀποκρίνονται· ὅτι ἐὰν θέλῃ ὁ θεός,
πείσει με, καὶ μεταθήσομαι. καὶ οὐκ ἐγκαλῶ μὲν
αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀποδέχομαι, ὅτι κατα-
φεύγουσιν ἐπὶ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ· βούλομαι δὲ
καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσφέρειν, καὶ οὕτω λέγειν, ἐὰν
θέλῃ ὁ θεός. ἂν γὰρ σαυτὸν ὕπνῳ καὶ ῥᾳθυμίᾳ
παραδοὺς, μηδὲ ἐγχειρῇς μὲν ταῖς ἀγαθαῖς πρά-
ξεσι, τὸ δὲ τοῦ θεοῦ θέλημα προβάλλῃ μόνον,

Glorificemus igitur eum quod cõuer-
ſus eſt. Ante hoc audiſtis quod deua-
ſtabat eccleſiam, domoſq; ingrediens,
ac vi rapiens viros & mulieres in car-
cerem tradebat? videte, quomodo nũc
pro prędicatione liberè loquitur. Non
ceſſas, ait, peruertere vias Domini
rectas? Et nunc ecce manus Domini
ſuper te, & eris cæcus, & vſque ad
tempus non videns. Remedium quo
ipſi viſus redditus eſt, adhibuit & ma-
go, qui tamen in cæcitate permanſit:
vt diſcas quod non ſola vocatio Pau-
lum adduxerit, ſed & voluntas eius.
Nam ſi ſola cæcitas hoc effeciſſet,
oportebat eam & in mago efficacem
eſſe: ſed nihil effecit, & ille quidem
remanſit cæcus, Proconſul autem fa-
ctum videns, credidit: accepitque a-
lius remedium, alius autem curatus eſt.
Videte quantum bonum ſit, benè vel-
le: & quantum malum, nolle credere,
& corde obdurari. Excæcatur ma-
gus, nullámque vtilitatem accipit: in-
credulus enim erat, & interim Pro-
conſul Chriſtum agnoſcit. At ſatis
demonſtratum fuerit Paulum volun-
tariè veniſſe ad Chriſtum. Vellem au-
tem vos ſermonem hunc diligenter
memoria tenere. Deus enim nolen- *Ioan. 6.44*
tes non cogit, ſed volentes trahit. Et
propterea dicit: Nemo ad me veniet,
niſi pater meus traxerit eum. Qui au-
tem trahit, volentem trahit, humi-
que iacentem; ac manum porrigen-
tem. Et vt diſcas quod nullum cogit: *Deus neminem cogit.*
ſi ipſe vult, nos autem non volu-
mus, ad noſtram ſalutem nihil profi-
ciunt ea quæ alioquin efficacia ſunt:
non quod infirma ſit eius voluntas, ſed
quia cogere neminem vult. Neceſſa-
riò hunc ſermonem attulimus: vide-
mus enim complures ad defenſionem
ſuæ ignauiæ, prætextu tali vti, & ſi
quando eos adhortamur, vt illumi-
nentur, & ad meliorem vitam conuer-
tantur, atq; ad alia id genus bona ope-
ra reſpondere quaſi cunctabundos &
reſilientes. Si Deus volet, perſuadebit
mihi, & conuertar. Quos nõ arguo, ſed
valde probo, quod ad voluntatem Dei
confugiunt: Vellem autem nos etiam
noſtra afferre, & tunc dicere: Si Deus
voluerit. Nam ſi teipſum ſomno, deſi-
diæque tradideris, neque in manus
tuas obuenerint bona opera: & alio-
qui ſolam voluntatem Dei prætexas,

1 Tim. 2. 4. nihil eorum, quibus opus habes, adipiſceris vnquam. Hoc igitur eſt quod dixi, nullum vnquam vi & neceſſitate à Deo adigi. Ipſe quidem vult omnes ſaluos fieri, at non omnium voluntas eius voluntati obſequitur, neque ab eo aliquis cogitur. Vnde & ad Hieruſalem ſic dicit: Hieruſalem Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, & noluiſtis? Quid ergo? Ecce relinquetur domus veſtra deſerta. Vides quod Dominus ſaluare nos vult: nos autem, quia nos ei non adiungimus, manemus in interitu? Deus enim paratus eſt ad ſaluandum hominem, non inuoluntarium, neque non volentem, id quod ſæpe dico: ſed voluntarium, & hoc eligentem. Homines quidem volentibus nolentibuſque ſeruis volunt & eſſe & dominari: dominantúrque non ſeruorum, ſed ſuam vtilitatem ſpectantes. Deus autem nullius indigens, declarare tibi vult, quod nullis noſtris rebus indigens, ſeruitutem noſtram deſiderat, ad id ſolum ſpectans, quomodo nobis proſit, & quomodo non ſuæ, ſed noſtræ vtilitatis gratia operetur omnia: ſi quidem aſſentimur & volumus. & agnoſcimus ei beneficium iſtius ſeruitutis deberi, ad quem accedimus. Inuoluntarios enim & reſilientes, neque vi, neque neceſſitate cogit. Quo nobis commonſtrat, quod non ipſe nobis gratiam habere debet, quia ſerui eius ſumus: ſed quia ipſe dominus noſter eſt, ipſi gratias agere tenemur. Igitur hæc ſcientes, benè recogitemus miſericordiam domini, vitámque ipſius bonitate dignam pro noſtris viribus exhibeamus: vt & regnum cœlorum aſſequamur: Quod nobis omnibus concedatur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Luc. 13. 34.

Ibidem.

οὐδέποτέ σοι οὐδέν ἐστι τῶν δεόντων. ὅπερ γὰρ ἔφην, ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ οὐδένα προσάγεταί ποτε ὁ θεός· ἀλλὰ θέλει μὲν ἅπαντας σωθῆναι, οὐκ ἀναγκάζει δὲ οὐδένα· καθὼς καὶ Παῦλός φησιν, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. πῶς οὖν οὐχ ἅπαντες σώζονται, εἰ θέλει πάντας σωθῆναι; ἐπειδὴ οὐχ ἁπάντων τὸ θέλημα τῷ θελήματι αὐτοῦ ἕπεται, αὐτὸς δὲ οὐδένα βιάζεται. οὕτω καὶ πρὸς τὴν Ἱερουσαλήμ φησιν· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; τί οὖν; ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρη-B μος. ὁρᾷς ὅτι κἂν θέλῃ ὁ θεὸς σῶσαι, ἡμεῖς δὲ ἑαυτοὺς μὴ ἐπιδῶμεν, μένομεν ἐπὶ τῆς ἀπωλείας; οὐ γὰρ ἄκοντα, οὐδὲ μὴ βουλόμενον, ὅπερ λέγω πολλάκις, ἀλλ' ἑκόντα καὶ προαιρούμενον προσδοκᾶσθαι σώζει ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. ἄνθρωποι μὲν γὰρ καὶ ἑκόντων καὶ ἀκόντων τῶν οἰκετῶν βούλονται εἶναι καὶ δεσπόζειν, οὐ πρὸς τὸ τοῖς οἰκέταις συμφέρειν, ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν ὁρῶντες αὐτῶν δεσπόζουσιν· ὁ δὲ θεὸς ἀνενδεὴς ὢν, καὶ βουλόμενός σοι δεῖξαι, ὅτι οὐδενὸς τῶν ἡμετέρων δεόμενος, τῆς δουλείας ἡμῶν ἐφίε-C ται, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον σκοπῶν τὸ συμφέρειν ἡμῖν, καὶ οὐ τῆς αὐτοῦ χρείας ἕνεκεν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ἅπαντα πράττει, ἂν μὲν ἑκόντες καὶ βουλόμενοι καὶ χάριν αὐτῷ τῆς δουλείας εἰδότες ᾧ προσέλθωμεν· ἄκοντας καὶ ἀποπηδῶντας οὐκ ἀναγκάζει οὐδὲ βιάζεται, αὐτὸ τοῦτο δεικνὺς, ὅτι οὐκ αὐτὸς ἡμῖν χάριν τῆς δουλείας, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῷ χάριν τῆς δεσποτείας ἔχειν ὀφείλομεν. ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ τὴν τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν ἐννοοῦντες, ἀξίαν αὐτοῦ τῆς ἀγαθότητος κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν ἐπιδειξώμεθα, ἵνα καὶ τῆς βα-D σιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A

Εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν τὸ λέγον, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐπίπονον μὲν γεωπόνῳ τὸ ζεῦξαι βόας, καὶ ἄροτρον ἑλκύσαι, καὶ αὔλακα ἀνατεμεῖν, καὶ σπέρματα καταβαλεῖν, καὶ ἀνασχέσθαι χειμῶνος, καὶ κρυμὸν ἐνεγκεῖν, καὶ περιελάσαι τάφρον, καὶ πλεονεξίαν ὑδάτων ἐπιοῦσαν τοῖς B σπέρμασιν ἀποκρούσασθαι, καὶ ὄχθας ποταμῶν ὑψηλοτέρας ἐργάσασθαι, καὶ διὰ μέσης τῆς ἀρούρας βαθυτέρας αὔλακας ἀνατεμεῖν· ἀλλὰ τὰ ἐπίπονα ταῦτα, καὶ μόχθον ἔχοντα, κοῦφα γὰρ καὶ ῥᾷστα, ὅταν ταῖς ἐλπίσιν ὁ γεωργὸς ἴδῃ κομῶντα τὰ λήια, καὶ τὴν δρεπάνην ἠκονημένην καὶ τὴν ἅλωνα τῶν δραγμάτων ἐμπεπλησμένην, καὶ τὸν καρπὸν ὥριμον μετὰ πολλῆς εὐφροσύνης οἴκαδε εἰσκομιζόμενον. οὕτω καὶ κυβερνήτης ἀγρίων κυμάτων καταστολμᾷ, καὶ χειμῶνος, καὶ μαινομένης θαλάττης πολλάκις καταφρονεῖ, C καὶ πνευμάτων ἀστάτων, καὶ διαποντίους κλύδωνας καὶ μακρὰς οἶδε φέρειν ἀποδημίας, ὅταν τὰ φορτία ἀναλογίζηται, καὶ τοὺς τῆς ἐμπορείας λιμένας, καὶ τὸν ἐκ τούτων ἄπειρον πλοῦτον τικτόμενον ἴδῃ. οὕτω καὶ στρατιώτης τραύματα φέρει, καὶ νέφη βελῶν ἀποδέχεται, καὶ λιμὸν ὑποφέρει, καὶ κρυμὸν, καὶ τὰς μακρὰς ἀποδημίας, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς παρατάξεως κινδύνους, ἐντεῦθεν τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας καὶ τοὺς στεφάνους διαλογιζόμενος. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τούτων ἐμνήσθην, ἢ τί μοι βούλεται ταῦτα τὰ παραδείγματα; D παράκλησιν ὑμῖν ἐντεῦθεν πρὸς τὴν ἀκρόασιν εἰσαγαγεῖν βούλομαι, καὶ παραμυθίαν πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας. εἰ γὰρ τῶν εἰρημένων ἕκαστος τὸ ἐπίπονον κοῦφον ἡγεῖται διὰ τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδα, καὶ ταῦτα, εἰ καί τις αὐτῶν ἐπιτυχεῖν δυνηθείη, τῷ παρόντι συγκαταλυόμενα βίῳ, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς τὴν ὑπὲρ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας ἀκρόασιν ἀνέχεσθαι χρή, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς αἰωνίου ζωῆς παράταξίν τε καὶ τοὺς ἱδρῶτας γενναίως φέρειν. τοῖς μὲν γὰρ ἄδηλα τὰ τῆς προσκαίρου ἐλπίδος ἐστί, καὶ ἐν προσδοκίᾳ μόνῃ τῶν χρηστῶν πολλάκις γενόμενοι, τὸν βίον οὕτω κατέλυσαν, ἐντρυφήσαντες μὲν ταῖς ἐλπίσιν, ἐπὶ δὲ τῶν ἔργων αὐτῶν οὐκ ἐλθόντες, καὶ δὴ διὰ ταῦτα

In dictum illud Apoſtoli, Non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quod tribulatio patientiam operatur, & reliqua. Rom. 5. 3.

FRONTONE DVCÆO interpr.

LABORIOSVM eſt quidem agricolæ boues iungere, vomerem trahere, ſulcũ ducere, ſemina ſpargere, hyemem ferre, frigus tolerare, foſſam circumducere, ingruentem aquarum copiam à ſatis arcere, fluminum ripas altiores reddere, ac per medium agrũ profundiores ſulcos ducere: ſed hæc operoſa, quęque multo labore illum fatigant, leuia fiunt ac facilia, dum ſpe concipit ſegetem vernantem agricola falcem exacutam, ac repletam manipulis aream, & fruges maturas, quæ multa cum lętitia domum deferuntur. Sic & gubernator ſęuis audacter ſe fluctibus cõmittit tempeſtatem & furens pelagus ſæpe contemnit, ventos inſtabiles, marinas procellas, & longas peregrinationes ferre nouit, cum ſarcinas mercium ſecum reputat, & negotiationis portus, & immenſas opes inde comparandas intuetur. Nec aliter miles fert vulnera, iaculorum nubem excipit, famem tolerat, frigus, longas peregrinationes, & in acie ſubeunda pericula, dum trophæa, victorias, & coronas ſecum reputat, quę inde pariuntur. Ad quid autem hæc commemorauimus, aut quid hęc exempla ſibi volunt? hinc nimirum occaſionem arripere placuit vos ad audiendum cohortandi, atque ad labores pro virtute ſubeundos incitandi. Nam ſi propter ſpẽ futurorum, idq; vt eorum aliquis ea bona conſequi poſſit, quę cum hac vita finiuntur, hæc illi ſuſtinent, multo magis vos oportet in audiendo perſeuerare, vt ſpiritali doctrina imbuamini, ac pro vita æterna pugnam generosè ſudoreſque tolerare. Nam iſtorum quidem incerta ſpes eſt ac temporaria, & ſæpe dum ſola expectatione lactantur, vitam finiunt, ſpe quidem ſe oblectantes, ſed rebus ipſis needum appropinquantes, tametſi graues illas

Edita primum Burdegalæ an. 1604. Gr. & Lat.

Ad quid hanc triplicem comparationẽ protulerit.

difficultates exantlarint. Exempli cauſa, poſt multos illos labores ac ſudores agricola nonnunquam, dum falcem exacuit, & ad meſſem ſe comparat, vel immiſſa ærugine, vel locuſtarum multitudine, vel immodica pluuia incidente, vel alia quapiam importata calamitate ex aëris intemperie vacuis manibus domum reuertitur, poſtquã labores quidem ſuſtinuit, ſed ſperatis frugibus excidit. Pari ratione gubernator dum mercium copia lætatur, expanſis magna cum voluptate velis cũ multa maria fuerit emenſus, in ipſo perſæpe portus ingreſſu vel occurrẽte rupe vel ad ſaxum in mari latens aut ad ſcopulum aliquem alliſa naui, ac inopinato eiuſmodi caſu perculſus cunctis mercibus amiſſis poſt infinita illa pericula vix ſaluo corpore nudus euadit. Sic & miles poſtquam innumeris ſæpe pugnauit in prælijs, aduerſarios repulit, hoſteſque deuicit, dum in ipſa victoriæ expectatione verſatur, nullis penitus commodis ex laboribus periculiſque reportatis è vita diſcedit. At eiuſmodi non ſunt res noſtræ: ſpes enim æternas, immotas, & firmãs habent, quæque cum hac vita minimè terminantur, ſed ad immortalem beatamque vitam illam ac perpetuo duraturam ſpectant, & non modo nullis ex aëris intemperie vel inopinato rerum euentu patent incurſibus, ſed nec ab ipſa morte poſſunt deleri. Quin etiam dum ſola ſpe fouemur, eius in quouis etiam è vulgo fructus elucet, & quanta illi merces debeatur. Propterea beatus etiam Paulus clamabat dicens: *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* Ne quæſo leuiter prætereamus, quæ dicta ſunt: ſed quando neſcio quo caſu ſermo nos ruſus ad præclari gubernatoris Pauli portum appulit, in huius dicti conſideratione libenter immoremur, breuis quidem illius, ſed à quo multa philoſophia erudimur. Quid tandem eſt ergo quod dicit, & quid his nobis indicat verbis, Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus? Paulo altius, ſi placet, doctrinæ ſermonem ordiamur, & multam inde nobis perſpicuitatem videbimus ac vim ſententiarum emergere. Sed neminem corpus in molliciem ac pigritiã reſoluat:

Incertus euentus cõſiliorum humanorum.

Rom. 5. 3.

A τὰ χαλεπώτερα ὑπομείναντες. οἷόν τι λέγω· μετὰ πολλοὺς ἐκείνους πολλάκις πόνους τε καὶ τοὺς ἱδρῶτας ὁ γηπόνος ἐνίοτε ἐν αὐτῷ τῷ τὴν δρεπάνην ἀκονᾶν, καὶ πρὸς τὸν ἄμητον παρασκευάζεσθαι, ἐρυσίβης κατενεχθείσης, ἢ πλήθους ἀκρίδων, ἢ παρὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπομβρίας γινομένης, ἢ ἑτέρας τινὸς πληγῆς ἐπενεχθείσης ἐκ τῆς τῶν ἀέρων ἀνωμαλίας, ἀπῆλθε κεναῖς οἴκαδε χερσὶ, τὸν μὲν πόνον ἅπαντα ὑπομείνας, τοῦ δὲ καρποῦ τῆς ἐλπίδος ἐκπεσών. καὶ ὁ κυβερνήτης δὲ ὁμοίως χαίρων τῷ πλήθει τῶν φορτίων, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὰ ἱστία πετάσας, καὶ περάσας B πολὺ πέλαγος, ἐν αὐτῷ πολλάκις τῷ στόματι τοῦ λιμένος, ἢ σπιλάδος ἐμπεσούσης, ἢ ὑφάλῳ καὶ σκοπέλῳ τινὶ προσαράξας, ἢ ἄλλῃ τινὶ τοιαύτῃ ἀδοκήτῳ περιστάσει πληγεὶς, πάντα τὸν φόρτον ἀπώλεσε, καὶ μόλις τὸ ἑαυτοῦ σῶμα γυμνὸν διέσωσε μετὰ τοὺς μυρίους κινδύνους ἐκείνους. οὕτω καὶ ὁ στρατιώτης μυρίοις πολλάκις παραταξάμενος πολέμοις, καὶ ἀποκρουσάμενος τοὺς ἐναντίους, καὶ τῶν ἐχθρῶν περιγενόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ ὢν τῇ προσδοκίᾳ τῆς νίκης, τὴν ζωὴν μεταλλάξας ἀπῆλθεν, οὐδενὸς ὅλως ἐκ τῶν μόχθων καὶ τῶν κινδύνων ἀπο- C λαύσας χρηστοῦ. τὰ δὲ ἡμέτερα οὐ τοιαῦτα. τάς τε γὰρ ἐλπίδας αἰωνίους ἔχει ἀκινήτους τε καὶ βεβαίας, καὶ οὐ τῷ προσκαίρῳ τούτῳ συγκαταλυομένας βίῳ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀγήρω καὶ μακαρίαν ἐκείνην καὶ διαιωνίζουσαν ζωὴν, καὶ οὐ μόνον ἀνωμαλίᾳ ἀέρων καὶ ἀδοκήτων πραγμάτων περιστάσει οὐκ ἐπιβουλευομένας, ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτῷ τῷ θανάτῳ διαλυομένας. ἀπὸ τῶν ἐλπίδων δὲ αὐτῶν ἴδοι τις ἂν καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς τυχοῦσι λάμποντα αὐτῶν τὸν καρπὸν, καὶ πολλὴν καὶ μεγάλην οὖσαν τὴν ἀμοιβήν. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Παῦλος ἐβόα, λέγων· οὐ D μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι. παρακαλῶ μὴ παραδράμωμεν τὸ εἰρημένον ἁπλῶς· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐκ οἶδα πῶς πάλιν ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς τὸν τοῦ καλοῦ κυβερνήτου Παύλου λιμένα εἰσήγαγεν, ἐντρυφήσωμεν τῇ λέξει, βραχείᾳ μὲν οὔσῃ, πολλὴν δὲ ἡμᾶς παιδευούσῃ φιλοσοφίᾳ. τί ποτ᾽ οὖν ἐστιν ἄρα τὸ εἰρημένον, καὶ τί τοῦτο εἰπὼν ᾐνίξατο ἡμῖν, λέγων, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι; μικρὸν, εἰ δοκεῖ, ἀνώτερον τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον ἀγάγωμεν, καὶ πολλὴν ὀψόμεθα τὴν σαφήνειαν, καὶ τὴν τῶν νοημάτων δύναμιν ἐκεῖθεν τικτομένην ἡμῖν. ἀλλὰ μηδένα τὸ σῶμα κατα-

μαλακιζέτω· ἀλλ' αὐτὴ δρόσου γινέσθω ἡ τῆς A πνευματικῆς ἀκροάσεως ἐπιθυμία. καὶ γὰρ περὶ θλίψεως ἡμῖν ὁ λόγος καὶ ἐπιθυμίας ἀγαθῶν αἰωνίων καὶ ὑπομονῆς καὶ τῆς ἐκ τούτων γινομένης ἀμοιβῆς τοῖς οὐκ ἀναπεπτωκόσι. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ, οὐ μόνον; ὁ γὰρ τοῦτο εἰρηκὼς εἰπεῖν ἡμῖν πολλὰ καὶ ἕτερα δείκνυσι προειρημένα ἀγαθὰ, καὶ μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο προστίθησι, τὸ ἀπὸ τῆς θλίψεως. διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ αὐτός· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. ὥστε δὲ σαφέστερον γενέσθαι τὸ εἰρημένον, βραχεῖαν ὥραν ἀνάσχεσθε, μακροτέραν ἡμῶν ποιουμένων τὴν διδασκαλίαν τοῦ λόγου. ἐπειδὴ γὰρ κατηγ- B γέλθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τὸ θεῖον κήρυγμα, καὶ περιήεσαν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης σπείροντες τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον, καὶ προσέρριζον ἀνασπῶντες τὴν πλάνην, καὶ τοὺς πατρῴους τῶν ἀσεβῶν καταλύοντες νόμους, καὶ παρανομίαν ἅπασαν ἐλαύνοντες, καὶ τὴν γῆν ἐκκαθαίροντες, καὶ εἰδώλων μὲν καὶ ναῶν καὶ βωμῶν καὶ πανηγύρεων τῶν ἐκεῖθεν καὶ τελετῶν κελεύοντες ἀποπηδᾶν, ἐπιγινώσκειν δὲ τὸν τῶν ὅλων ἕνα καὶ μόνον θεὸν, καὶ τὰς μελλούσας ἀναμένειν ἐλπίδας, καὶ περὶ πα- C τρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος διελέγοντο, καὶ περὶ ἀναστάσεως ἐφιλοσόφουν, καὶ περὶ βασιλείας οὐρανῶν διελέγοντο· διὰ ταῦτα πόλεμος ἀνήφθη χαλεπὸς, καὶ πολέμων ἁπάντων ὁ τυραννικώτατος, καὶ πάντα θορύβου καὶ ταραχῆς καὶ στάσεως ἔγεμε, καὶ πόλεις ἅπασαι, καὶ δῆμος ἅπας, καὶ οἰκία, καὶ οἰκουμένη καὶ ἀοίκητος, ἅτε δὴ τῶν παλαιῶν ἐθῶν διασαλευομένων, καὶ τῆς ἐπὶ τοσοῦτον κατασχούσης προλήψεως διασειομένης, καινῶν δὲ εἰσαγομένων δογμάτων, καὶ ὧν μηδεὶς μηδέποτε ἤκουσε, πρὸς ταῦτα βασιλεῖς ἠγρίαινον, καὶ ἄρχοντες ἐδυσχέραινον, καὶ ἰδιῶται ἐτα- D ράττοντο, καὶ ἀγοραὶ ἐθορυβοῦντο, καὶ δικαστήρια ἐχαλέπαινε, καὶ ξίφη ἐγυμνοῦτο, καὶ ὅπλα παρεσκευάζετο, καὶ μόνοι ἠγανάκτουν. ἐκεῖθεν τιμωρίαι καὶ κολάσεις καὶ ἀπειλαὶ, καὶ πάντα συνεκινεῖτο τὰ ἐν ἀνθρώποις εἶναι δοκοῦντα δεινά. ὥσπερ θαλάττης μαινομένης καὶ χαλεπὰ ναυάγια ὠδινούσης, οὐδὲν ἄμεινον τὰ τῆς οἰκουμένης διέκειτο, πατρὸς παῖδα διὰ τὴν εὐσέβειαν τότε ἀποκηρύττοντος, καὶ νύμφης πρὸς πενθερὰν διαζευγνυμένης, καὶ ἀδελφῶν διαιρουμένων, καὶ δεσποτῶν κατὰ τῶν οἰκετῶν ἀγανακτούντων, καὶ τῆς

quin potius tãquam rore quodam ſpiritualis doctrinæ cupiditate recreetur. Etenim de tribulatione verba facimus, de cupiditate bonorum æternorum, de patientia, déq; mercede, quam illi obtinent, qui minimè ſupini ſunt ac deſides. Quid igitur ſibi vult illud, Non ſolum? qui enim his verbis vtitur, de multis aliis bonis ſe loquutum eſſe indicat, quæ præceſſerint, & cum illis iſtud adiicere, quod ex tribulatione naſcitur: quam ob cauſam & ipſe dicebat, Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. Vt autem dilucidiora fiant hæc verba, nos ad breuem horam ſuſtinete, dum prolixiori ſermone doctrinam exponimus. Cum enim promulgatum fuiſſet ab Apoſtolis euangelium diuinum, & omnes orbis terrarum plagas religionis ſermonem illi ferentes obirent, errorem radicitus extirparent, patrias impiorum leges reſcinderent, iniquitatem omnem exterminarent, terram expurgarent, atque ab idolis quidem, à fanis, altaribus, feriis ac ceremoniis inde naſcentibus reſilire iuberent, vnum autem, & ſolum vniuerſorum Deum agnoſcere, ſpes futuras expectare, déque Patre, Filio, ac Spiritu sãcto diſſererẽt; de reſurrectione philoſopharentur, ac de regno cœlorum verba facerent: idcirco bellum exarſit graue, omniumque ſæuiſſimum, omnia tumultu, perturbatione, ac ſeditione redundabant: vrbes omnes, populi ac domus omnes, omnis regio ſiue inculta eſſet, ſiue deſerta: quod nimirum antiquæ conſuetudines labefactarentur, & quæ tam diu obtinuerat, anticipata opinio conuelleretur, cum noua dogmata inueherentur, quæ nemo vnquam audierat: aduerſus iſta ſæuiebant Reges, indignabantur magiſtratus, priuati tumultuabãtur, fora perturbabantur, tribunalia concitabãtur, ſtringebãtur enſes, arma parabantur, & leges ſuccenſebãt. Inde ſupplicia, pœnæ, minæque ac cuncta commouebantur, quæ inter homines grauiã cẽſentur, quemadmodum cum iratum eſt mare, atque infeſta naufragia parturit, nihilo meliori erat in ſtatu orbis terrarum, cum religionis cauſa tum filium pater abdicaret, à ſocru nurus diſſideret, fratres diuiderentur, domini in famulos indignarentur, naturæ

De aliis bonis ſe loquutum indicat Paulus.

Aduerſarij fidei Chriſtianæ quàm multi.

quodammodo in ſeipſam ſeditione commota inſurgeret. nec ciuile tantum, ſed gentile quoddam bellum domos omnes peruaderet. Verbum enim gladij in morem penetrans, & quod morbidum erat à ſano reſecans, magnam vbique ſeditionem & contentionem excitabat; & efficiebat, vt innumeræ vndique aduerſus fideles inimicitiæ pugnæque inſurgerent. Hinc fiebat, vt in carcerem alij detruderentur, alij ad iudicia raperentur, & ad viam quæ tendit ad mortem: atque horum quidem bona publicabantur, illi vero & patria, & vita ipſa perſæpe priuabantur, & omni ex parte crebrius quam nix decidat, malis obſidebantur: intus pugnæ, foris timores, ab amicis, ab alienis, ab ipſis qui naturæ neceſſitudine coniuncti erant. Hæc igitur cum cerneret beatus Paulus, ille terrarum orbis præceptor, & cœleſtium dogmatum doctor, cum res quidem aduerſæ in manibus eſſent, & ante oculos verſarentur, res autem proſperæ in ſpe tantum & promiſſione, regnum inquam cœlorum, & reſurrectio, ac bonorum illorum adeptio, quæ cogitationem omnem ac ſermonem excedunt: fornaces autem, ſartagines, gladij, ſupplicia, tormentorum & mortium genera omnia non ſpe, ſed experientia perciperentur: qui vero aduerſus hæc omnia certaturi erant, non ita pridem ab altaribus, ab idolis, à delicijs, à luxuria & ebrietate ad fidem traducti fuiſſent, neque dum ad ſublime quicquã de vita æterna verſandum animo aſſuefacti, ſed rebus præſentibus potius inhærerent: & veriſimile eſſet fore, vt multi eorum fatiſcerent, conciderent animis, ac deficerent, cum ſingulis diebus obſiderentur: vide quid ille faciat qui arcanorum particeps cœleſtium fuerat, & ſapientiam Pauli conſidera: de futuris aſſiduè diſſerit apud illos, ponit ob oculos præmia, coronas oſtendit, incitat eos, & ſpe bonorum æternorum conſolatur. Quid autem dicit? Exiſtimamus enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quid enim mihi vulnera, inquit, obijcis, altaria, carnifices, ſupplicia, famem, proſcriptiones, paupertatem, vincula & compedes? quæcun-

De futuris aſſiduè diſſerit Paulus.

Rom. 8. 18.

A φύσεως σχεδὸν πρὸς ἑαυτὴν στασιαζούσης, καὶ οὐκ ἐμφυλίου μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγενικοῦ διὰ πάσης οἰκίας διιόντος πολέμου. ὁ γὰρ λόγος μαχαίρας δίκην εἰσιὼν, καὶ τὸ νοσοῦν ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνοντος τέμνων, πολλὴν ἐποίει πανταχοῦ τὴν στάσιν εἶναι, καὶ τὴν φιλονεικίαν, καὶ πανταχόθεν μυρίας αἴρεσθαι κατὰ τῶν πιστευόντων προσκρούσεις ἐπαχθείας καὶ μάχας. ἐντεῦθεν οἱ μὲν εἰς δεσμωτήρια ἀπήγοντο, οἱ δὲ εἰς δικαστήρια, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ θάνατον φέρουσαν ὁδόν· καὶ τῶν μὲν αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο, οἱ δὲ καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς πολ-
B λάκις ἐξέπιπτον, καὶ πανταχόθεν νιφάδων πυκνότερα περιειστήκει τὰ κακά. ἔνδοθεν μάχαι, ἔξωθεν φόβοι· παρὰ τῶν φίλων, παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, παρ' αὐτῶν τῶν τῇ φύσει συνδεδεμένων ἀλλήλοις. ταῦτ' οὖν ὁρῶν ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ τῆς οἰκουμένης παιδοτρίβης, ὁ τῶν οὐρανίων δογμάτων διδάσκαλος, ἐπειδὴ τὰ μὲν δεινὰ ἐν χερσὶν ἦν καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν περιαπτόμενα, τὰ δὲ χρηστὰ ἐν ἐλπίσι μόνον καὶ ἐπαγγελίαις, βασιλεία οὐρανῶν, λέγω, καὶ ἀνάστασις, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων
C λῆξις τῶν πάντα νοῦν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων· κάμινοι δὲ καὶ τήγανα καὶ ξίφη καὶ τιμωρίαι καὶ παντοδαπαὶ κολάσεις καὶ θάνατοι οὐκ ἐν ἐλπίσιν, ἀλλ' ἐν πείρᾳ· οἱ δὲ πρὸς ταῦτα ἀγωνίζεσθαι μέλλοντες, ἀρτίως ἀπὸ βωμῶν καὶ εἰδώλων καὶ τρυφῆς καὶ ἀκολασίας καὶ μέθης εἰσποιηθέντες ἤδη τῇ πίστει· οὐδὲν ὑψηλὸν περὶ τῆς ἀϊδίου ζωῆς τέως μεμελετηκότες ἐννοεῖν, ἀλλὰ τῶν παρόντων ἀντεχόμενοι μᾶλλον, καὶ εἰκὸς τούτων πολλοὺς μικροψυχεῖν καὶ ἐκλύεσθαι, καὶ ἀναπίπτειν καθ' ἑκάστην
D πολιορκουμένους ἡμέραν, ὅρα τί ποιεῖ ὁ τῶν ἀπορρήτων κοινωνὸς, καὶ πρόσεχε τῇ Παύλου σοφίᾳ. συνεχῶς περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς διαλέγεται, καὶ τὰ βραβεῖα ὑπ' ὄψιν ἄγει, καὶ δείκνυσι τοὺς στεφάνους, ἀλείφων αὐτοὺς καὶ παραμυθούμενος ταῖς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐλπίσι· καὶ τί φησι; λογιζόμεθα γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. τί γάρ μοι λέγεις, φησὶ, τραύματα καὶ βωμοὺς καὶ δημίους καὶ τιμωρίας καὶ λιμοὺς καὶ δημεύσεις καὶ πενίαν καὶ δεσμὰ καὶ ἁλύσεις; πάντα,

A ὅσα βούλει, τίθει τὰ δοκοῦντα ἐν ἀνθρώποις δεινά, καὶ οὐδὲν ἄξιον λέγεις τῶν ἐπάθλων ἐκείνων καὶ τῶν στεφάνων καὶ τῶν ἀμοιβῶν. τὰ μὲν γὰρ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ, τὰ δὲ ἐν τῷ ἀπείρῳ αἰῶνι τέλος οὐκ ἔχει· καὶ τὰ μὲν παροδεύει πρόσκαιρα ὄντα, τὰ δὲ παραμένει διηνεκῶς ἀγήρατα συνυπάρχοντα. ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ τοῦτο αὐτὸ αἰνιττόμενος ἔλεγε· τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, τῇ ποσότητι τὴν ποιότητα ὑποτεμνόμενος, καὶ τῷ χρόνῳ τὸ φορτικὸν παραμυθούμενος. ἐπειδὴ γὰρ τῇ φύσει βαρέα καὶ φορτικὰ ἦν τὰ τότε συμβαίνοντα, τῷ προσκαίρῳ τὸ φορτικὸν αὐτῶν ὑποτέμνεται), λέγων· B τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. καὶ πάλιν ἀνάγων αὐτοὺς εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦ μεγέθους τῶν τότε ἀγαθῶν, αὐτὴν εἰσάγει τὴν κτίσιν ὀδυνωμένην καὶ συστενάζουσαν ἐπὶ τοῖς παροῦσι μοχθηροῖς, καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦσαν τὰ μέλλοντα, ὡς πάνυ ὄντα χρηστά, λέγων οὕτω· καὶ γὰρ ἡ κτίσις συστενάζει C καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. τίνος ἕνεκεν στενάζει; τίνος ἕνεκεν ὠδίνει; τὰ μέλλοντα ἐκδέχεται προσδοκῶσα ἀγαθά, καὶ ἐπιθυμοῦσα τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολήν. καὶ γὰρ καὶ αὐτή, φησιν, ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι στενάζει καὶ ὠδίνει, μὴ λογικὴν εἶναι νόμιζε, ἀλλὰ μάνθανε τὸ τῆς γραφῆς εἶδος. ὅταν γὰρ βούληται ὁ θεὸς μέγα καὶ χρηστὸν ἀναγγεῖλαι τοῖς ἀνθρώποις διὰ τῶν προφητῶν, καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα αἰσθάνεσθαι D ποιεῖ τῶν γινομένων θαυμάτων τὸ μέγεθος· οὐκ ἐπειδὴ αἰσθάνεσθαι τὴν κτίσιν φαμέν, ἀλλ' ἵνα τῶν θαυμάτων τὸ μέγεθος παραστῆσαι δυνηθῇ ἐκ τῶν συμβαινόντων τοῖς ἀνθρώποις. τοῦτο δὴ καὶ ἡμῖν ἔθος λέγειν, ὅταν τι τῶν ἀδοκήτων συμβῇ, καὶ ἐπὶ τῶν φοβερῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ θηριώδη θυμὸν ἐχόντων τοῦτο αὐτὸ εἴποι τις ἄν· ὅτι αὐτὰ τὰ θεμέλια διέσεισεν, αὐτοὶ οἱ λίθοι αὐτὸν ἐξέμαξαν· οὐκ ἐπειδὴ ὄντως οἱ λίθοι τοῦτον ἐξέμαξαν, ἀλλ' ἵνα τὴν ὑπερβολὴν τῆς θηριώδους καρδίας αὐτοῦ καὶ τὸν θυμὸν παραστήσῃ

que volueris propone, quæ ab hominibus grauia cenſentur, nihil tamen præmiis illis, coronis, ac retributionibus dignum commemoras. Nam iſta quidem vna cum hac vita finiuntur, illa vero in infinito illo æuo finem non habent: hęc temporaria cum ſint, prætereunt: illa cum ſint immortalia, perpetuò permanent. Quod ipſum & alio loco ſubindicans dicebat: Id quod in preſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtrę: ſic quantitate qualitatem imminuit, & acerbitatem mitigat temporis breuitate. Quoniã enim grauia natura ſua erant & moleſta, quę tum illis accidebãt, breuitate moleſtiã minuit dicẽs: Id enim quod in pręſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtrę ſupra modum in ſublimitate æternũ gloriæ põdus operatur in nobis, nõ contẽplantibus nobis, quæ vidẽtur. Quę enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna ſunt. Et rurſus vt ad cognoſcendam bonorum illius vitæ magnitudinem illos prouehat, creaturam ipſam ob præſentia mala dolentem & congementem introducit, ac futura tanquam quam valde iucunda vehementer optantem, dum ſic ait: Etenim creatura congemiſcit, & ſimul parturit vſque adhuc, qua de cauſa gemit qua de cauſa parturit? dum illa nimirũ futura bona præſtolatur & in melius mutationẽ deſiderat. Nã & ipſa, inquit, creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. cũ vero audis eã gemere, ac parturire, noli ratione prędità illã arbitrari, ſed idioma ſcripturę intellige. Cũ enim vult Deus hominibus magnũ aliquid ac iucũdũ per prophetas annũtiare, ipſas etiã res inanimatas fingit miraculorũ quę fiũt magnitudinẽ percipere, nõ quod ſẽſu prędità eſſe naturã dicamus, ſed vt per ea quę hominib. quadrãt, magnitudo miraculorũ exprimi poſſit. Hoc nimirum & nos dicere ſolemus, cũ inopinatum quid acciderit, ipſã vrbẽ eſſe contriſtatam, ſolũ ipſum mœſtius eſſe redditũ: & cum de ſęuis ac terribilibus ſermo fit hominibus, ac ferina mẽte preditis, ita quis plerunq; loquitur. Ipſa fundamẽta concuſſit, ipſi lapides eum timuerunt: non quod hunc lapides re vera tremuerint, ſed vt ſummam cordis eius feritatem & furorem poſſint ex-

2. Cor. 4. 17.

Cur ingemiſcat creatura.

Idiotiſmus Scripturæ.

primere. Hac etiam de cauſa mirabilis propheta Dauid ea, quę Iudęis euenerant, bona commemorans, eamque voluptatem, qua perfuſi erant, cum Ægypto liberati ſunt, dicebat: In exitu Iſraël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: facta eſt Iudæa ſanctificatio eius: Iſrael poteſtas eius. Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium à facie Domini. Hoc vero nullus eueniſſe vnquam audiuit. Nam mare quidē & Iordanis retrorſum Dei iuſſu conuerſa ſunt: montes autem & colles nō exultauerunt, ſed vt ante dixi, cum ſummā voluptatem vellet exprimere, ac relaxationem ex Ægyptiaca vexatione quæ illis contigerat, res etiam inanimatas exultare dicebat, ac tripudiare propter ea bona, quæ illis obuenerant: quemadmodum cum triſte quippiam nuntiare voluerit, quod noſtra nobis peccata pepererint ait, Lugebit vinum, lugebit & vitis, & alibi, Viæ Sion lugent, ſed & lacrymari res ſenſu deſtitutas ait, Muri Sion deducite lacrymas: immo & terram ipſam Iudęam lugere dicit atque ebriam eſſe triſtitia, non quod hæc elementa id ſentiant, ſed, vt ante dixi, prophetarum vnuſquiſque, dum indicare vult ingentem bonorum magnitudinem, quæ Deus largitur, & ſuppliciorum, quæ propter ſcelera noſtra nobis infliguntur, ita loquitur: quam ob cauſam beatus etiam Paulus creaturam ingemiſcentem ac dolentem introducit, vt Dei donorū exprimere poſſit magnitudinem, quæ nos poſt hanc vitam excipient. Verum hęc omnia ſunt in ſpe, dicet quiſpiam: puſillanimis autem ac miſer homo, non ita pridem ab idololatria liberatus, neque dum ſciens de rebus futuris philoſophari, non admodum his ſermonibus corrigitur, ſed in pręſenti tempore conſolationem aliquam optat inuenire. Idcirco nimirum & ſapiens hic magiſter, cuique nota ſunt omnia, non modo ex rebus futuris conſolatur, ſed ex pręſentibus etiam commodis cohortatur. Ac primum quidem ea, quę iam orbi terrarum obuenerant bona commemorat, quę nō in ſpe & expectatione ſita erāt, ſed quibus reipſa fruebantur, quæ futurorum, & eorum quę ſperantur ma-

Pſal. 113. 1.

Eſa. 24. 7. Thren. 1. 4 & 2. 17.

Ex præſentib. commodis conſolatur Paulus.

A δυνηθῶσι. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ θαυμάσιος προφήτης Δαβὶδ ἀπαγγέλλων τὰ ἀγαθὰ τὰ Ἰουδαίοις συμβάντα, καὶ τὴν ἡδονὴν τὴν ἐκ τῆς ἐλευθερίας Αἰγύπτου ἐγγινομένην αὐτοῖς, ἔλεγεν· ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ· ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων, ἀπὸ προσώπου κυρίου. καὶ τοῦτο οὐδαμοῦ γενόμενον ἤκουσέ τις. ἡ μὲν γὰρ θάλασσα, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἀνεστράφη εἰς τὰ ὀπίσω προστάγματι B τοῦ θεοῦ· τὰ δὲ ὄρη καὶ οἱ βουνοὶ οὐκ ἐσκίρτησαν· ἀλλ', ὅπερ ἔφθην εἰπών, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡδονῆς παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ἄνεσιν τὴν ἐκ τῆς τῶν Αἰγυπτίων κακώσεως ὑπηργμένην αὐτοῖς, καὶ αὐτὰ ἄψυχα σκιρτᾷν ἔλεγε καὶ πηδᾷν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτοῖς χρηστοῖς· ὡς ὅταν τι καὶ λυπηρὸν ἀπαγγεῖλαι βούληται ὧν αἱ ἡμέτεραι ἁμαρτίαι τικτόμεναι, φησι. πενθήσει οἶνος, πενθήσει καὶ ἄμπελος· καὶ ἀλλαχοῦ· ὁδοὶ Σιὼν πενθοῦσιν. ἀλλὰ καὶ δακρύειν τὰ ἀναίσθητα λέγει· τεῖχος γὰρ θυγατρὸς Σιὼν κατάγαγε δάκρυα, φησι. C καὶ αὐτὴν δὲ τὴν γῆν, τῆς Ἰουδαίας πενθεῖν λέγει καὶ μεθύειν τῇ λύπῃ, οὐχ ὡς τῶν στοιχείων αἰσθανομένων τούτων, ἀλλ', ὅπερ ἔφθην εἰπών, ἕκαστος τῶν προφητῶν τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐκ θεοῦ χορηγουμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, καὶ τῶν τιμωριῶν τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας κακίας ἐπαγομένων ἡμῖν παραστῆσαι θέλων. διὸ δὴ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καὶ αὐτὸς τὴν κτίσιν εἰσάγει στενάζουσαν καὶ ὀδυνωμένην, ἵνα τὸ μέγεθος τῶν δωρεῶν τοῦ θεοῦ τῶν μετὰ ταῦτα διαδεξομένων ἡμᾶς παραστῆσαι δυνηθῇ. ἀλλὰ ταῦτα πάντα, φησίν, ἐν ἐλπίσιν· ὁ δὲ μικρόψυχος καὶ ταλαίπωρος ἄνθρωπος, καὶ D νῦν τῆς εἰδωλολατρείας ἀπαλλαγείς, καὶ οὐκ εἰδὼς περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν, οὐ σφόδρα τούτοις διορθοῦται τοῖς λόγοις, ἀλλὰ ζητεῖ καὶ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ εὑρέσθαι τινὰ παραμυθίαν· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς οὗτος διδάσκαλος, καὶ πάντα εἰδώς, οὐκ ἀπὸ μελλόντων μόνον προθυμεῖται ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων ἀλείφει χρηστῶν. καὶ πρότερον μὲν τὰ ὑπηργμένα προλέγει τῇ οἰκουμένῃ ἀγαθά, τὰ οὐκ ἐν ἐλπίσι καὶ προσδοκίᾳ, ἀλλ' ἐν πείρᾳ καὶ ἀπολαύσει γενόμενα (ἅπερ καὶ τῶν μελλόντων καὶ ἐλπιζομένων μέγιστη

μεγίστη καὶ σαφεστάτη ἀπόδειξίς ἐστι) καὶ πολὺν περὶ πίστεως κατατείνας τὸν λόγον, καὶ τοῦ πατριάρχου Ἀβραὰμ μνημονεύσας) καὶ τῆς φύσεως ἀπαγορευούσης τοῦ πατέρα αὐτὸν ἔσεσθαι, ἤλπισε καὶ προσεδόκησε, καὶ ἐπείσθη ἔσεσθαι, διὸ καὶ ἐγένετο) κἀκεῖθεν ἐνάγων εἰς τὸ μὴ δεῖν ποτε εἰς τὴν τῶν λογισμῶν καταπίπτειν ἀσθένειαν, ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῆς πίστεως ὀρθοῦσθαι καὶ διανίστασθαι καὶ ὑψηλὰ φρονεῖν· μετὰ ταῦτα λέγει καὶ τῶν ὑπηργμένων τὸ μέγεθος. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὅτι τὸν υἱόν, φησι, τὸν μονογενῆ, τὸν γνήσιον, τὸν ἀγαπητόν, τοῦτον ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀγνωμόνων ἔδωκεν οἰκετῶν, καὶ τοῖς μυρίοις βεβαρημένοις ἁμαρτήμασι. καὶ τοσούτοις φορτίοις πιεζομένοις πλημμελημάτων, οὐχὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπήλλαξε μόνον, ἀλλὰ καὶ δικαίους εἰργάσατο· οὐδὲν φορτικόν, οὐδὲ ἐπίπονον ἐπιτάξας, οὐδὲ ἐπαχθές, ἀλλὰ πίστιν ζητήσας παρ' ἡμῶν μόνον, καὶ δικαίους ἐποίησε καὶ ἁγίους κατεσκεύασε, καὶ υἱοὺς θεοῦ ἀπέφηνε, καὶ βασιλείας κληρονόμους ἀπέδειξε, καὶ τοῦ μονογενοῦς συγκληρονόμους ἀπειργάσατο, καὶ ἀνάστασιν ἐπηγγείλατο, καὶ ἀφθαρσίαν σωμάτων, καὶ λῆξιν μετὰ ἀγγέλων πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπερβαίνουσαν, καὶ τὴν ἐν οὐρανοῖς διατριβήν, καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ ὁμιλίαν, καὶ ἁγίου πνεύματος ἐντεῦθεν ἤδη χάριν ἐξέχεε, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου κατοχῆς ἡμᾶς ἀπήλλαξε, καὶ τῶν δαιμόνων ἡμᾶς ἐρρύσατο, καὶ τὴν ἁμαρτίαν κατέλυσε, καὶ τὴν κατάραν ἠφάνισε, καὶ ᾅδου πύλας συνέκλασε, καὶ τὸν παράδεισον ἀνέῳξεν, οὐκ ἄγγελον, οὐκ ἀρχάγγελον, ἀλλ' αὐτὸν ἀπέστειλε τὸν μονογενῆ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, ὥς φησι διὰ τοῦ προφήτου· Οὐ πρέσβεις, οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. Ταῦτα οὐ μυρίων στεφάνων λαμπρότερα; ὅτι ἡγιάσθημεν; ὅτι ἐδικαιώθημεν; ὅτι διὰ πίστεως; ὅτι τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐξ οὐρανῶν κατελθόντος ὑπὲρ ἡμῶν; ὅτι τοῦ πατρὸς τὸν ἀγαπητὸν αὐτοῦ δεδωκότος δι' ἡμᾶς; ὅτι πνεῦμα ἅγιον ἐδεξάμεθα; ὅτι μετ' εὐκολίας ἁπάσης; ὅτι χάριτος ἀφάτου καὶ δωρεᾶς ἀπελαύσαμεν; Ταῦτα τοίνυν εἰπών, καὶ διὰ μικρῶν ῥημάτων ἅπαντα δηλώσας, πάλιν εἰς τὴν ἐλπίδα τὸν λόγον κατέλυσεν. Εἰπὼν γάρ, Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ,

A maxima eſt euidentiſſima demonſtratio: cumque bene longum de fide ſermonem texuiſſet, atque patriarchæ Abraham mentionem feciſſet, qui licet reluctante natura ſperauit tamen ſe patrem futurum, expectauit, & credidit, quapropter & tandem fuit: inde ducta occaſione cohortatur, vt nunquã ad ratiocinationum infirmitatem delabamur, ſed animos noſtros magnitudine fidei erigamus, attollamus, & alta ſapiamus: deinde rerum, quas adepti iam ſumus explicat dignitatem. Quænã illa porrò eſt? quod nimirum filium ſuum, inquit, vnigenitum, chariſ- *Magnitudo rerum quas adepti ſumus.*
B ſimum, dilectiſſimum, hunc Deus pro nobis ſceleratis ſeruis dedit, & innumeris peccatis grauatos, tantiſque delictorum oneribus oppreſſos non à peccatis ſolum liberauit, ſed & iuſtos effecit, nihil graue imperans aut laborioſum aut moleſtum, ſed fidẽ à nobis tantum requirens iuſtos reddidit, ſanctos effecit, in Dei filios adoptauit, hæredes regni inſtituit, vnigeniti cohæredes renuntiauit, reſurrectionem promiſit, corporum incorruptionem, conditionem & ſortem eandem cum
C Angelis, quæ rationem omnem ac mentem exuperat, habitationem in cœlis, conuerſationem cum ipſo, ac Spiritus ſancti gratiam iam inde nobis effudit, à diaboli nos poſſeſſione liberauit, nos à dæmonum ſeruitute vindicauit, peccatum deſtruxit, maledictionem ſuſtulit, inferorum portas confregit, paradiſum aperuit, non Angelum, non Archangelum, ſed ipſum vnigenitum pro ſalute noſtra miſit, ſicut per prophetam, inquit, Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe Dominus ſaluos nos fecit. *Eſa 63. 9.* Hæc nonne ſexcentis
D ſplendidiora ſunt coronis? quod ſanctificati ſumus? quod iuſtificati? quod per fidem? quod vnigenito Deo filio pro nobis deſcendente? quod patre filium ſuum dilectiſſimum pro pter nos tradente? quod Spiritum ſanctum accepimus? quod cum omni facilitate? quod copioſa gratia donóque potiti ſumus? His itaque dictis & cum paucis verbis omnia declaraſſet, rurſus commemoratione ſpei ſermonem finiuit. Cum enim dixiſſet, Iuſtificati igitur ex fide pacem habemus ad Deum *Rom 4.1.* per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum,

per quem & habuimus acceſſum per fidem in gratiam, in qua ſtamus, adiecit, Et gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Poſtquam igitur dixit partim quæ iam euenerant, partim quę euentura erant: nam quod iuſtificati quidem ſumus quodque pro nobis & immolatus eſt filius, & quod per eum acceſſum ad Patrem obtinuimus, quod gratiam & donum adepti ſumus, quod à peccatis liberati ſumus, quod ad Deum pacē habemus, & Spiritus ſancti participes fuimus, hæc ex iis ſunt quæ iam euenerūt: quæ vero ſunt euentura, gloria nimirum eſt illa ineffabilis, quod ipſum etiam adiecit dicens: In qua ſtamus, &
Rom. 5. 2. gloriamur in ſpe gloriæ Dei: porro ſpes, vt ante dixi, ad puſillanimem auditorem erigendum & excitandum non admodum eſt idonea, vide quid rurſus faciat, & conſtantiā Pauli conſidera ac philoſophicam mentem. Ex illis enim ipſis, quæ triſtitiam aut perturbationem afferre videbātur, & auditorē turbare, ex his cōſolationis & gloriationis coronas contexit. Hoc enim omnibus enumeratis deinceps adiicit dicens: Non ſolum hæc aio, quæ nunc dixi, quod nimirum ſanctificati ſumus, quod iuſtificati, quod per vnigenitum, quod gratia potiti ſumus, quod pace, quod dono, quod remiſſione peccatorum, quod cōmunicatione Spiritus ſancti, quod omni cū facilitate, quod abſq; labore, abſque ſudore, quod ſola fide, quod filiū miſit vnigenitum, quod vnū quidem largitus eſt, alterum vero promiſit, ineffabilē gloriā, immortalitatē, reſurrectionem corporum, cōditionem & ſortē angelicam, conſuetudinē cum Chriſto, habitationem in cœlis: hæc enim omnia verbis illis cōplexus eſt gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Non hæc igitur ſolùm dicit, quæ cōtigerunt, & quę
Ipſa afflictionis ſūt lætitiæ occaſiones. ſunt futura: ſed ea quoque ipſa, quæ inter homines moleſta cenſentur, tribunalia nimirū, carceres, mortes, minas, fames, tormenta, ſartagines, fornaces, deprædationem, bella, oppugnationes, pugnas, ſeditiones, contentiones, hæc quoque refert in numerum donorū ac rectè factorum. Nō enim ob illa ſolum, quæ dicta ſunt, lætandum eſt atq; gaudendum, ſed in his etiam gloriandū, vt
Col. 1. 24. cum ait, Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea.

A καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, ἐπήγαγε· καὶ καυχώμεθα ἐπὶ τῇ ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ οὖν εἶπε τὰ μὲν γεγενημένα, τὰ δὲ μέλλοντα (τὸ μὲν γὰρ δικαιωθῆναι, καὶ τὸν υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν σφαγῆναι, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ τῷ πατρὶ προσαχθῆναι, καὶ τὸ χάριτος ἀπολαῦσαι καὶ δωρεᾶς, καὶ τὸ ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὸ εἰρήνην ἔχειν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τὸ ἁγίου πνεύματος μετασχεῖν, ταῦτα γεγενημένων ἐστί· τὰ δὲ μέλλοντα ἦν, ἡ δόξα ἐκείνη ἡ ἀπόρρητος· ὃ καὶ αὐτὸ ἐπήγαγε, λέγων· ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπὶ ἐλπίδι τῆς
B δόξης τοῦ θεοῦ· ἡ δὲ ἐλπὶς, ὥσπερ ἔφθην εἰπὼν, οὐ σφόδρα ἱκανὴ τὸν μικρόψυχον ὀρθῶσαι καὶ ἀναστῆσαι ἀκροατὴν) ὅρα τί ποιεῖ πάλιν, καὶ θέασαι τὴν εὐτονίαν Παύλου, καὶ τὴν φιλόσοφον γνώμην. ἀπὸ γὰρ αὐτῶν τῶν δοκούντων λυπεῖν καὶ θορυβεῖν καὶ ταράττειν τὸν ἀκροατὴν, ἀπ' αὐτῶν τούτων διαπλέκει τῆς παρακλήσεως καὶ τοῦ καυχήματος τοὺς στεφάνους. ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα κατέλεξε, λοιπὸν ἐπάγει, λέγων· οὐ μόνον ταῦτα λέγω, ἅπερ εἶπον, φησὶν, οἷον τὸ, ὅτι ἡγιάσθημεν, ὅτι ἐδικαιώθημεν, ὅτι διὰ τοῦ μονογενοῦς, ὅτι χάριτος ἀ-
C πηλαύσαμεν, ὅτι εἰρήνης, ὅτι δωρεᾶς, ὅτι ἁμαρτημάτων ἀφέσεως, ὅτι πνεύματος ἁγίου κοινωνίας, ὅτι μετ' εὐκολίας ἁπάσης, ὅτι καὶ χωρὶς μόχθων, καὶ χωρὶς ἱδρώτων, ὅτι πίστει μόνῃ, ὅτι τὸν υἱὸν ἔπεμψε τὸν μονογενῆ, ὅτι τὸ μὲν ἔδωκε, τὸ δὲ ἐπηγγείλατο, δόξαν ἄρρητον, ἀφθαρσίαν, σωμάτων ἀνάστασιν, λῆξιν ἀγγελικὴν, τὴν μετὰ Χριστοῦ διαγωγὴν, τὴν ἐν οὐρανοῖς διατριβὴν (ταῦτα γὰρ ἅπαντα περιέστησεν, ἐν τῷ εἰπεῖν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ) οὐ τοίνυν ταῦτα λέγει μόνον τὰ γενόμενα καὶ τὰ ἐσόμενα,
D ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ δοκοῦντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις λυπηρὰ, τὰ δικαστήρια λέγω, τὰς ἀπαγωγὰς, τοὺς θανάτους, τὰς ἀπειλὰς, τοὺς λιμοὺς, τὰς βασάνους, τὰ τήγανα, τὰς καμίνους, τὴν λεηλασίαν, τοὺς πολέμους, τὰς πολιορκίας, τὰς μάχας, τὰς στάσεις, τὰς φιλονεικίας, καὶ ταῦτα τίθησιν ἐν τάξει δωρεᾶς καὶ κατορθωμάτων. οὐ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις μόνοις τοῖς εἰρημένοις χαίρειν δεῖ καὶ γεγηθέναι, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις καυχᾶσθαι χρὴ, ὡς ὅταν λέγῃ· Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου.

A εἰς ψυχὴν εὔτονον καὶ γνώμην ὑψηλὴν καὶ φρόνημα ἀπερίτρεπτον, οὐκ ἐπὶ τοῖς στεφάνοις καλλωπιζόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀγωνίσμασιν ἐνηδυνόμενον, οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀμοιβαῖς χαίροντα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς παλαίσμασιν ἐναβρυνόμενον; οὐκ ἐπὶ ταῖς ἀντιδόσεσιν εὐφραινόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παγκρατίῳ καυχώμενον; μὴ γάρ μοι λέγε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, μηδὲ τοὺς στεφάνους ἐκείνους τοὺς ἀκηράτους, μηδὲ τὰ βραβεῖα, ἀλλ' αὐτὰ τὰ παρόντα, τὰ θλίψιν ἔχοντα καὶ μόχθον καὶ ταλαιπωρίαν πολλήν, ταῦτα εἰς μέσον ἄγε, καὶ δυνήσομαι δεῖξαι, ὅτι ἐπὶ τούτοις καυχᾶσθαι δεῖ μᾶλλον μειζόνως. B ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων τὰ μὲν παλαίσματα τὸν πόνον ἔχει, ὁ δὲ στέφανος τὴν ἡδονήν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν στεφάνων αὐτὰ τὰ παλαίσματα πολὺ φέρει τὸ καύχημα. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἀναλογίσασθε ἕκαστον τῶν ἁγίων τῶν ἐφ' ἑκάστης γενεᾶς, ὥς φησιν, Ὑπόδειγμα λάβετε, ἀδελφοί, τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς ὑπομονῆς τοὺς προφήτας, οἳ ἐλάλησαν τὸν λόγον ἐν ὀνόματι κυρίου. ἀλλὰ γὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς ὁ νῦν ἡμῖν τὸν ἀγῶνα τοῦτον προτείνας, C καὶ τὸ πρῶτον πνευματικὸν θέατρον συγκροτήσας, Παῦλον λέγω, μετὰ τὸ τὰς μυρίας αὐτὸν ἐκείνας ἑκάστου τῶν ἁγίων καταλέξαι ταλαιπωρίας, ἃς μηδὲ ῥᾴδιον νῦν κατὰ λόγον διεξιέναι, ἐπάγει λέγων· Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος, καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἀγαλλόμενοι. τοῦτο δὲ αὐτὸ ἴδοι τις ἄν, ὅτε μετὰ τὴν φυλακὴν καὶ τὰς λοιδορίας μαστιχθέντες ἀπηλλάγησαν, τί φησιν· Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, ὅτι κατηξιώθησαν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἀτιμασθῆναι. D ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐπὶ ἡμῶν ταῦτα γέγονε. καί, εἰ βούλοιτό τις, ἐνθυμηθήτω ὃ λέγω, ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν οἷα συνέβαινεν· εἰσῄει παρθένος ἁπαλὴ καὶ ἀπειρόγαμος, κηροῦ μαλακώτερον ἔχουσα σῶμα. εἶτα τῷ ξύλῳ προσηλωθεῖσα πάντοθεν, διωρύττετο τὰς πλευρὰς καταξεομένη, καὶ κατερρεῖτο τῷ αἵματι, καὶ καθάπερ νυμφευομένη μᾶλλον καὶ ἐν παστάδι καθημένη, οὕτω μετ' εὐνοίας ἔφερε τὰ γινόμενα διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι στεφανουμένη. ἐννόησον ἡλίκον ἦν ἰδεῖν τύραννον

Vides animam fortem, mentem ſublimem, ſpiritum inuictum, qui non ob coronas tantum gloriatur, ſed & certaminibus ipſis oblectatur? non ſolum ob præmia gaudet, ſed in luctis etiam exultat: non modo propter retributiones lætatur, ſed & ipſo pancratio gloriatur? Noli enim mihi regnum cœlorum commemorare, neque coronas illas immarceſcibiles, nec præmia, ſed res ipſas præſentes, in quibus multa ineſt afflictio, labor, & moleſtia plurima: hæc profer in medium, & oſtendere potero propter iſta multo amplius eſſe gloriandum. Nam in prophanis quidem agonibus laborem habent certamina, coronæ autem voluptatem: hic vero non ita, ſed ante coronas ipſa certamina multam occaſionem afferunt gloriandi. Atque vt hæc ita ſe habere intelligatis, vnumquemque ſanctorum per ſingulas generationes conſiderate, vt inquit ille, Exemplum accipite, fratres laboris & patientiæ prophetas, qui loquuti ſunt verbum in nomine Domini. Quinetiam hic ipſe qui nobis hoc certamen propoſuit, & hoc ſpirituale theatrum conuocauit, Paulus inquam, poſtquam innumeras ſanctorum afflictiones recenſuit, quas neque nunc perſequi numerando facile fuerit, adiungit dicens: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus, & tamen propter hæc omnia lætabantur. Hoc verò cernere quiuis poteſt, quando poſt carcerem, & probra cæſi verberibus eiiciebantur: quid ait? Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Verumenimuero hæc noſtra etiam ætate contigerunt, ac ſi velit, cogitet quiuis ea quæ dico, qualia tempore perſecutionum acciderint. Ingrediebatur virgo tenera & innupta, cera quauis mollius habens corpus, tum affixa equuleo deraſis lateribus perfodiebatur, & ſanguine tota perfuſa erat; at perinde quaſi ſponſa eſſet potius, & in thalamo ſederet, ita libenter ea quæ fiebant ob regnum cœlorum perferebat, in ipſis certaminibus coronā percipiens. Cogita quale ſpectaculum eſſet tyrannum

Iac 5. 10.

Hebr. 11. 17.

Act 5. 41.

Martyrū egregia certamina.

cernere cum ſuis exercitibus, cum acuminatis enſibus, cum tot armis, quæ ab vna puella vincebantur. Vides ipſam etiam afflictionem cum maxima gloriatione eſſe coniunctam? Vos verò nobis teſtes eorum eſtis, quæ diximus: cum enim nondum mercedes neque præmia receperint Martyres, nec coronas, ſed in puluerem ac cinerem abierint, ſummo ſtudio ad eorum honores concurrimus, ac theatrum ſpirituale cõuocamus, victores eos renuntiamus, & coronamus propter vulnera, ſanguinem, tormenta, plagas, afflictiones illas & anguſtias: ſic fit vt & ipſæ afflictiones gloriationem ſuam habeant vel ante retributionem. Cogita quantus vir eſſet tum temporis Paulus, cum carceres habitaret, & ad tribunalia traheretur, quam cõſpicuus, quam celebris, & illuſtris apud omnes appareret, præcipuè vero apud eos, à quibus oppugnabatur, & inſidiis appetebatur. Sed quid ego conſpicuum hominibus cum fuiſſe dico, quando vel ipſis dæmonibus tum magis fuit formidabilis, cum virgis cæderetur? cum verò eſſet in vinculis, cum naufragia pateretur, tum maxima edebat miracula, tum magis aduerſarias poteſtates ſuperabat. Cum igitur probè noſſet, quantum ex his afflictionibus animæ lucrum obueniret, dicebat: Cum infirmor, tunc potens ſum: deinde addit: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Idcirco etiam cum ad quoſdam ſcriberet Corinthi degentes, & in eos inueheretur, qui de ſe magnificè ſentiebant, alios verò damnabant, epiſtolæ formam exprimens nobis coactus eſt ſuorum rectè factorum imaginem depingere, idque non ex ſignis, non ex miraculis, non ex honore, non ex deliciis, ſed ex carceribus, ex vinculis, ex iudiciis, ex fame, frigore, ex bellis, ex inſidiis, eiuſmodi verbis eos alloquens: Miniſtri Chriſti ſunt, vt minus ſapiens dico plus ego: & indicans illud plus, & in quo emineret, inquit, In laboribus amplius, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, & quæ ſequuntur. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.

Paulus dæmonib. terribilis in afflictionib.

2. Cor. 12. 10.

2. Cor. 11. 23.

A μετὰ στρατοπέδων καὶ ξιφῶν ἠκονημένων καὶ ὅπλων τοσούτων ἀπὸ μιᾶς κόρης νικώμενον. ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ θλίψις καύχησιν ἔχει μεγίστην; καὶ μαρτυρεῖτε τοῖς λεγομένοις ὑμεῖς. οὔπω γὰρ τῶν μαρτύρων ἀπολαβόντων τὰς ἀμοιβάς, οὐδὲ τὰ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους, ἀλλ' εἰς κόνιν διαλυθέντων καὶ τέφραν, μετὰ πάσης προθυμίας συντρέχομεν εἰς τὰς ἐκείνων τιμάς, καὶ θέατρον συγκροτοῦμεν πνευματικόν, καὶ ἀνακηρύττομεν τούτους, καὶ στεφανοῦμεν αὐτοὺς διά τε τραύματα καὶ τὸ αἷμα, διὰ τὰς βασάνους καὶ τὰς θλίψεις ἐκείνας, καὶ τὰς στενοχωρίας. οὕτω καὶ αὐ-
B ταὶ αἱ θλίψεις καύχημα ἔχουσι καὶ πρὸ τῆς ἀμοιβῆς. ἐννόησον ἡλίκος ἦν Παῦλος τότε τὰ δεσμωτήρια οἰκῶν, καὶ εἰς δικαστήρια ἀπαγόμενος, πῶς περίβλεπτος, πῶς λαμπρός, καὶ περιφανὴς παρὰ πᾶσιν ἐφαίνετο, μάλιστα δὲ παρ' ὧν ἐπολεμεῖτο, καὶ ἐπεβουλεύετο. καὶ τί λέγω, ἀνθρώποις περίβλεπτος, ὅπου γε καὶ τοῖς δαίμοσι τότε μᾶλλον ἦν φοβερός, ὅτε ἐμαστίζετο; ὅτε δὲ ἐδεσμεῖτο, ὅτε ἐναυάγει, τότε τὰ μέγιστα εἰργάζετο σημεῖα, τότε μειζόνως περιεγένετο τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. Εἰδὼς οὖν κα-
C λῶς τὸ ἀπὸ τῶν θλίψεων τούτων προσγινόμενον τῇ ψυχῇ κέρδος, ἔλεγεν· Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Εἶτα ἐπάγει· διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν διωγμοῖς, ἐν παθήμασιν, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦτο καὶ πρός τινας ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντας, καὶ πρὸς τούτους ἀποτεινόμενος μεγαλοφρονοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς, τῶν δὲ λοιπῶν καταψηφιζομένους, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐπιστολῆς ἀπογράφων, ἀνάγκην ἔσχεν ἐντεῦθεν τῶν καθ' ἑαυτὸν κατορθω-
D μάτων συνθεῖναι ἡμῖν τὴν εἰκόνα, καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, οὐκ ἀπὸ τῶν θαυμάτων, οὐκ ἀπὸ τῆς τιμῆς, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀνέσεως, ἀλλ' ἀπὸ τῶν δεσμωτηρίων καὶ τῶν δικαστηρίων καὶ τοῦ λιμοῦ καὶ τοῦ ψύχους καὶ τῶν πολέμων καὶ τῶν ἐπιβουλῶν, οὕτω λέγων αὐτοῖς· Διάκονοι Χριστοῦ εἰσι· παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. καὶ δεικνὺς τὸ, ὑπὲρ, καὶ τὴν ὑπεροχήν, φησιν· Ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν θανάτοις πολλάκις, καὶ τὰ ἑξῆς· Εἰ καυχᾶσθαι δεῖ, τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι.

ὁρᾷς αὐτὸν ἐν τούτοις μᾶλλον μειζόνως καυχώμενον, ἢ ἐπὶ λαμπροῖς στεφάνοις ἐγκαλλωπιζόμενον, καὶ διὰ τοῦτο λέγοντα· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι; τί δέ ἐστι τὸ, οὐ μόνον; οὐ μόνον, φησὶν, οὐκ ἐκκακοῦμεν θλιβόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες, ἀλλ' ὡς ἐπὶ μείζονι προκόπτοντες τιμῇ καὶ δόξῃ, καυχώμεθα μᾶλλον ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι θλιβεροῖς. Εἶτα, ἐπειδὴ δόξαν ἔφησεν εἶναι μεγίστην καὶ καύχημα ἀπὸ τῶν θλίψεων καὶ καλλωπισμόν· ἡ δὲ δόξα εὔδηλον ὅτι καὶ ἡδονὴν ἔχει (ὅπου γὰρ ἡδονὴ, πάντως ἔστι καὶ δόξα, ὅπου δὲ δόξα τοιαύτη, πάντως καὶ ἡδονὴ) ἐπειδὴ τοίνυν ἔδειξε λαμπρὸν καὶ περιφανὲς τὸ θλίβεσθαι καὶ ποιοῦν καλλωπίζεσθαι, λέγει ἕτερον αὐτῆς κατόρθωμα μέγιστον καὶ καρπὸν μέγιστόν τινα καὶ παράδοξον. τίς δὲ οὗτος ἐστὶν ἴδωμεν. εἰδότες οὖν, φησιν, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. τοῦτο μέγιστον ἔχει τὸν καρπὸν, ἰσχυρότερον ποιεῖ τὸν θλιβόμενον τοῦτο. καθάπερ γὰρ τῶν δένδρων τὰ μὲν σκιατροφούμενα καὶ ἐν ἀπηνέμοις ἑστηκότα χωρίοις, εὐθαλοῦντα τῇ ἰδέᾳ, μαλακώτερα γίνεται καὶ χαῦνα, πάσῃ δὲ ἀνέμων προσβολῇ ταχέως βλαπτόμενα· τὰ δὲ ἐν κορυφαῖς ὀρέων ὑψηλοτέροις ἑστῶτα, καὶ πολλοῖς καὶ μεγάλοις ῥιπιζόμενα τοῖς ἀνέμοις, καὶ ἀνωμαλίαν ἀέρων συνεχῆ φέροντα, καὶ χαλεπωτάτῃ ζάλῃ κλονούμενα, καὶ χιόνι πολλῇ βαλλόμενα, σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα μᾶλλον καθέστηκε· καὶ σώματα δὲ ὁμοίως τὰ πολλαῖς καὶ ποικίλαις ἡδοναῖς συντρεφόμενα, καὶ μαλακοῖς ἱματίοις κοσμούμενα, καὶ συνεχέσι λουτροῖς καὶ μύροις κεχρημένα, καὶ πολυτελέσι τροφαῖς ὑπὲρ τὴν χρείαν τρυφῶντα, πάντα πᾶσιν ἄχρηστα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἱδρῶτας καὶ πόνους καθίστανται, κολάσεως ὄντα μεγίστης ὑπεύθυνα· οὕτω δὴ καὶ ψυχαὶ, αἱ μὲν τὸν ἀταλαίπωρον βίον μετιοῦσαι, καὶ ἀνέσεως γέμουσαι, καὶ τὸ ἡδέως διακεῖσθαι πρὸς τὰ παρόντα, καὶ τὸν ἀνάλγητον τοῦ διὰ τὴν βασιλείαν θλίβεσθαι κατὰ τοὺς ἁγίους ἅπαντας προτιμῶσαι βίον, κηροῦ παντὸς μαλακώτεραι μᾶλλον καὶ ἀσθενέστεραι καθιστάμεναι, αἰωνίου πυρὸς κατάβρωμα πρόκεινται·

A Vides eum in his multo amplius gloriari, quam ob ſplendidas coronas ſibi placere, atque idcirco dicere, *Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus?* Quid eſt autem illud, Non ſolum? Non ſolum, inquit, non animum deſpondemus afflicti, ærumnis oppreſſi, ſed tanquam maiorem ad honorem gloriámque prouecti, gloriamur potius ob ea, quæ nobis contingunt incommoda. Deindequoniam maximam oriri gloriam, laudem & iactationem ex tribulationibus dixit, gloriam vero certum eſt voluptatem afferre: vbi enim voluptas eſt, omnino B eſt etiam gloria: vbi vero talis gloria, ibi omnino eſt etiam voluptas: poſtquam igitur affligi ſplendidum quid & illuſtre eſſe demonſtrauit, & gloriationis occaſionem afferre, alium eius effectum maximum narrat fructumque ſummum ac ſtupendum. Quis ille porro ſit videamus. *Scientes igitur*, inquit, *quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit.* Quid eſt ſcientes quod tribulatio patientiam operatur? Hunc maximum fructum habet, quod hoC. minem afflictum robuſtiorem reddit. Nam quemadmodum arbores, quæ in vmbroſis ac ventorum expertibus locis aluntur, cum externa ſpecie proſperè germinent, molles fiunt atque fungoſæ, & facile quouis incurſu læduntur: quæ verò in excelſis montium verticibus ſitæ ſunt, à multis magníſque ventis agitantur, intemperiem aëris aſſiduè ferunt, grauiſſima tempeſtate pulſantur, & multa niuè feriuntur, ferro quouis robuſtiores euadunt: pari ratione corpora, quæ multis ac variis in deliciis educantur, quæ D mollibus veſtimentis ornantur, quæ continuis balneis & vnguentis vtuntur, ac diuerſi generis alimentis præter vſum neceſſarium delicatè fruuntur, prorſus ad ſudores laboréſque pro religione ſubeundos inutilia redduntur, maximóque ſupplicio ſunt obnoxia: ſic nimirum & animæ, quæ miſeriarum expertem vitam ducunt, quæ deliciis affluunt, quæ libenter præſentibus rebus ſunt deditæ, ac vitam doloris expertem præferunt, afflictionibus pro regno cœlorum more ſanctorum omnium ſubeundis, cera quauis molliores & imbecilliores effectæ igni pabulum exponuntur æterno.

Gloria voluptatem affert.

Rom. 5. 39.

Comparatio ab arboribus ducta.

Quę verò periculis, laboribus, & ęrumnis afflictionis Dei cauſa tolerate ſunt expoſitæ, atque in ipſis enutritæ, ferro ipſo vel adamante ſolidiores fiunt ac generoſiores, & ex eo quod aſſiduè vexentur, inexpugnabiles aduerſariis redduntur, & inuictum quendam patientiæ ac fortitudinis habitum acquirũt. Et quemadmodum ij qui tum primum nauim conſcendunt, nauſeant & capitis vertigine laborant turbati ac faſtidio correpti: qui vero multa longáque maria ſunt emenſi, qui millies ſe fluctibus audacter commiſerũt, & crebra ſunt paſſi naufragia, peregrinationem eiuſmodi confidenter aggrediuntur: ſic nimirũ & anima, quę multas ſuſtinuit tentationes, & magnas pertulit afflictiones, laboribus deinceps aſſuefacta, & ſibi comparato habitu patientiæ, non amplius eſt meticuloſa, nec terroribus obnoxia, nec ingruentibus malis turbatur: ſed aſſidua rerũ quę accidunt exercitatione, ac frequẽti caſuũ meditatione roborata quęcũque inſurgunt incommoda fert facillimè. Hoc itaque peritus ille cœleſtis cõuerſationis architectus indicans dicebat: Non ſolum autẽ, ſed & gloriamur in tribulationibus: quoniam ante regni coronarúmque cœleſtium adeptionem maximum hinc præmium reportamus, dum per aſſiduas afflictiones tolerantior anima noſtra redditur, & ratio fortior euadit. Hæc igitur omnia cum nobis explorata ſint dilectiſſimi, generosè quæcunque accidunt aduerſa toleremus, quod cum ita Deo viſum fuerit, ad vtilitatem noſtram id fiat, neque ſpem abiiciamus, nec animis concidamus, afflictionum impreſſione proſtrati, ſed fortiter ſtantes pro collatis in nos beneficiis perpetuò gratias agamus, vt & præſentibus fruamur bonis & futura dona conſequamur, gratia, miſericordia, & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria ſimúlque ſancto ac viuifico Spiritui nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Nauigantes nauſeæ obnoxij.

Præmium iuſtorum in hac vita.

A αἱ δὲ κινδύνοις καὶ πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις τῆς διὰ τὸν θεὸν θλίψεως ἐπιδεδωκυῖαι, καὶ ἐν αὐταῖς συντραφεῖσαι, αὐτοῦ τοῦ σιδήρου, ἢ τοῦ ἀδάμαντος στερρότεραι καὶ γενναιότεραι μᾶλλόν εἰσιν ἐκ τοῦ συνεχῶς πάσχειν κακῶς, τοῖς ἐπιοῦσιν ἀχείρωτοι καθιστάμεναι, καὶ ἕξιν τινὰ προσλαβοῦσαι ὑπομονῆς καὶ ἀνδρείας ἀκαταμάχητον. καὶ καθάπερ οἱ μὲν πρώτως νηὸς ἐπιβαίνοντες, ναυτιῶσί τε καὶ ἰλιγγιῶσι, ταραττόμενοι καὶ θορυβούμενοι ἀηδίᾳ καὶ σκοτοδινίᾳ κατεχόμενοι· οἱ δὲ πολλὰ καὶ μακρὰ διαβάντες πελάγη, καὶ μυρίων κυμάτων καταπλεύσαντες, καὶ ναυαγίων B συνεχῶν ἀναδεχόμενοι, μετὰ τοῦ θάῤῥους ἅπτονται τῆς τοιαύτης ἀποδημίας· οὕτω δὴ καὶ ἡ ψυχὴ πολλοὺς ὑπομείνασα πειρασμοὺς, καὶ μεγάλας θλίψεις ἀναδεξαμένη, ἐν μελέτῃ λοιπὸν πόνων καὶ ἕξει καρτερίας καθίσταται, οὐχ ὑπάρχουσα φοβώδης, οὐδὲ εὐπτόητος, οὐδὲ ταραττομένη τοῖς προσαπαντῶσι λυπηροῖς· ἀλλ', ἀπὸ τῆς συνεχοῦς γυμνασίας τῶν συμβαινόντων καὶ τῆς πυκνῆς μελέτης τῶν γινομένων, μετὰ πολλῆς εὐκολίας ἅπαντα φέρουσα τὰ ἐπιόντα δεινά. τοῦτο τοίνυν ὁ σοφὸς ἀρχιτέκτων τῆς οὐρανίου πολι- C τείας δηλῶν, ἔλεγεν· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν· ὅτι πρὸ τῆς βασιλείας καὶ τῶν οὐρανίων στεφάνων μέγιστον ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὸν μισθὸν, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς θλίβεσθαι καρτερικωτέρας τῆς ψυχῆς ἡμῶν γινομένης, καὶ τῶν λογισμῶν ἰσχυροτέρων κατασκευαζομένων. ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, ἀγαπητοὶ, φέρωμεν γενναίως τὰ προσαπαντῶντα λυπηρὰ, διά τε τὸ τῷ θεῷ δοκοῦν, καὶ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ συμφέροντι, καὶ μὴ ἀλύωμεν, μήτε ἀναπίπτωμεν τῇ τῶν πειρασμῶν ἐπαγωγῇ, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἀνδρείας ἁπάσης ἱστάμενοι, εὐχαριστῶμεν D τῷ θεῷ διηνεκῶς ὑπὲρ πασῶν τῶν εἰς ἡμᾶς τελουμένων εὐεργεσιῶν· ἵνα καὶ τῶν παρόντων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, καὶ τῶν μελλουσῶν ἐπιτύχωμεν δωρεῶν, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A

Εἰς τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν, Οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, καὶ περὶ ὑπομονῆς, καὶ ὅσον τῶν θλίψεων τὸ κέρδος.

Ως διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου πρὸς ὑμᾶς παραγενόμενος, οὕτω διάκειμαι σήμερον. εἰ γὰρ καὶ οἴκοι καθειργμένος ἐτύγχανον διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀρρωστίαν, ἀλλ' ὡς μακρὰν που ἀπῳκισμένος τῆς B ὑμετέρας ἀγάπης, οὕτω διεκείμην. ὁ γὰρ φιλεῖν εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅταν μὴ ἐξῇ τῷ φιλουμένῳ συγγίνεσθαι, κἂν τὴν αὐτὴν πόλιν οἰκῇ, τῶν ἐν ἀλλοτρίᾳ διατριβόντων οὐδὲν ἔλαττον διακείσεται. καὶ τοῦτο ἴσασιν ὅσοι φιλεῖν ἴσασι. συγγνῶτε τοίνυν ἡμῖν, παρακαλῶ. οὐ γὰρ ἀπὸ ῥαθυμίας ἡμῖν ὁ χωρισμὸς οὗτος γέγονεν, ἀλλ' ἀσθενείας σώματος ἦν ἡ σιγή. καὶ οἶδα μὲν ὅτι χαίρετε νῦν πάντες ὑμεῖς ὅτι ἀπεθέμεθα τὴν ἀρρωστίαν· ἐγὼ δὲ χαίρω, οὐχ ὅτι τὴν ἀρρωστίαν μόνον ἀπεθέμην, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ ποθούμενα ὑμῶν C πρόσωπα πάλιν ὁρᾷν δύναμαι, καὶ ἐντρυφᾷν ὑμῶν τῇ κατὰ θεὸν ἀγάπῃ, καὶ καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς ἀρρωστίας, φιάλας καὶ ποτήρια καὶ ψυχρὰ νάματα ἐπιζητοῦσιν· οὕτως ἐμοὶ πάσης εὐφροσύνης ἡδυτέρα καθέστηκεν ἡ συνουσία ἡ ὑμετέρα, καὶ τοῦτό μοι καὶ ὑγιείας ὑπόθεσις, καὶ εὐφροσύνης ἀφορμή. Φέρε οὖν, ἐπειδὴ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἀλλήλους ἀπελάβομεν, ἀποδῶμεν ὑμῖν τὸ χρέος τῆς ἀγάπης, εἴγε ἐστὶν ἀποδοθῆναι τοῦτό ποτε. τοῦτο γὰρ μόνον τὸ ὄφλη- D μα τέλος οὐκ ἐπίσταται· ἀλλ' ὅσῳ ἀποδίδοται, τοσούτῳ τὸ ὄφλημα ἐπιτείνεται· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων τοὺς μηδὲν ὀφείλοντας ἐπαινοῦμεν, οὕτως ἐνταῦθα τοὺς πολλὰ ὀφείλοντας μακαρίζομεν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος Παῦλος γράφων ἔλεγε· Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, ἀλλ' ἢ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους, βουλόμενος ἡμᾶς τοῦτο τὸ χρέος καὶ ἀεὶ ἀποδιδόναι, καὶ ἀεὶ ὀφείλειν, καὶ μηδέποτε τὴν ὀφειλὴν ταύτην καταλύειν, μέχρις ἂν τὴν παροῦσαν ζωὴν καταλύσωμεν.

In dictum illud Apoſtoli: Scimus autem, quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & de patientia, & quantũ lucrũ ex tribulationibus oriatur.

Frontone Ducæo interprete.

Q Vaſi longo veniam ad vos interuallo, ſic affectũ hodierno die me ſentio. Quanquam enim domo concluſus propter corporis infirmitatem manebam: tamen perinde quaſi alicubi procul à veſtra caritate tranſlatus degerem, ſic animo afficiebar. Qui enim ſyncerè diligere nouit, cum in congreſſum venire non datur eius quem diligit, quamuis eandem vrbem incolat, non aliter afficitur ac ſi in aliena regione verſaretur. Ignoſcite igitur nobis quæſo: non enim ex negligentia noſtra ſeparatio iſta ortum habuit, ſed ſilentij cauſſam infirmitas corporis attulit. Ac vos quidem gaudere nunc omnes ſcio, quòd ægritudinem depoſuerimus: ego verò gaudeo non modo quòd ægritudinem depoſuerim, ſed quòd optatos vultus veſtros rurſus intueri poſſim & caritate veſtra ſecundùm Deum oblectari. Et quemadmodum plurimi homines cum è morbo fuerint recreati, phialas & pocula, gelidoſque latices quærunt: ita mihi lætitia quauis iucundior extitit congreſſus veſter, & hoc mihi ſanitatis materia fuit, & occaſio gaudij. Age igitur quandoquidem Dei beneficio nos inuicem recuperauimus, caritatis vobis debitum perſoluamus, ſi quidem vllo tempore poſſit illud perſolui. Hoc enim ſolum debitum finem neſcit: ſed quanto magis diſſoluitur, tanto magis debitum augetur: & quemadmodum in re pecuniaria, laudamus eos qui nihil debent, ita hic eos qui multa debent beatos prædicamus. Idcirco magiſter orbis terrarum Paulus ſcribens dicebat: Nemine quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis, quod nimirum velit nos hoc debitum & ſemper ſoluere, & ſemper debere, nec vnquam hoc æs alienum diſſoluere, donec vitam præſentẽ abſoluerimus.

Caritatis debitum nunquam ſoluitur.

Rom. 13.8.

Vt igitur pecunias debere, graue ac A moleſtum eſt, ita debitum hoc non ſemper debere, criminieſt obnoxiũ. Atque vt hoc ita eſſe cognoſcas, audi mirabilis iſtius doctoris ſapientiam, quo pacto cohortationem induxerit. Cũ enim ante dixiſſet, Nemini quicquã debeatis, tum adiunxit, niſi vt inuicem diligatis, quaſi hoc velit, vt omne hic debitum diſpungamus, & hoc æs alienum perpetuum, ac nunquam diſſolubile perſeueret. Hoc enim eſt præcipuè quod vitam noſtrã continet, & conſtringit. Quando igitur, quanta ex hoc debito manet vtilitas, ſcimus, & dum perſoluitur, magis illud augeri, age nos quoque debitum, quod non ex inertia quapiam, vel improbitate ac fraude aliqua, ſed ex euentu morbi contraximus, quantum in nobis ſitum erit, reddere ſtudeamus, & paucis veſtram caritatem alloquentes argumẽtum ſermonis ab hoc ipſo orbis terrarum doctore ducamus: & quæ ad Romanos hodie ſcribens dicebat, his in medium adductis, orationi finem imponamus, ac longo interuallo ſpiritualem caritati veſtræ menſam inſtruamus. Quæ vero lecta ſint, operæpretium fuerit indicare, vt de iis quæ dicta ſunt admoniti facilius, quę à nobis dicentur, percipere valeatis. *Scimus*, inquit, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quid ſibi vult hoc exordium? Nihil enim temere aut fruſtra loquitur beata hæc anima, ſed conuenientia ſemper obiectis ægritudinibus ſpiritualia medicamenta ſolet adhibere. Quid igitur eſt hoc quod ait? quandoquidem multæ vndique tentationes eos circumſidebant, qui tum accedebant ad fidem, & frequentes ab hoſte machinæ admouebantur, & continuæ tendebantur inſidiæ, neque prædicationis euangelij aduerſarij quieſcebant, ſed alios in carcerem conijciebant, alios in exilium mittebant, alios in alia præcipitia trahebant, propterea quemadmodum optimus imperator, cum hoſtem videt acrem iracundiam ſpirantem, circumiens ſuos excitat, vndique corroborat, inſtruit, audaciores reddit, alacriores efficit, vt manus contra aduerſarium attollant, nec illius incurſiones reformident,

Rom. 8. 28

Perſecutiones Chriſtiani patiũtur.

A ὥσπερ οὖν τὰ χρήματα ὀφείλειν, βαρὺ καὶ ἐπαχθές, οὕτω τὴν ὀφειλὴν ταύτην μὴ ἀεὶ ὀφείλειν, κατηγορίας ἄξιον. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄκουε τῆς σοφίας τοῦ θαυμαστοῦ τούτου διδασκάλου, ὅπως τὴν παραίνεσιν εἰσήγαγε. πρότερον γὰρ εἰπών, Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, τότε ἐπήγαγεν, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους, βουλόμενος πᾶσαν ἡμῶν τὴν ὀφειλὴν ἐνταῦθα κενοῦσθαι, καὶ τοῦτο τὸ χρέος θέλων ἀδιάλυτον μένειν διηνεκῶς. τοῦτο γάρ ἐστι μάλιστα τὸ συγκροτοῦν καὶ συσφίγγον τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν. ἐπεὶ οὖν ἔγνωμεν ὅσον τῆς ὀφειλῆς ταύτης τὸ B κέρδος, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἀποδίδοσθαι μᾶλλον αὔξεται, φέρε, καὶ ἡμεῖς τὴν ὀφειλήν, ἣν ὀφείλομεν ὑμῖν, οὐκ ἀπὸ ῥαθυμίας, οὐδὲ ἀπὸ ἀγνωμοσύνης τινός, ἀλλ' ἀπὸ τῆς συμβάσης ἀρρωστίας, σήμερον, καθ' ὅσον οἷόν τε, ἐκτῖσαι σπουδάσωμεν, μικρά τινα διαλεχθέντες πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ὑπόθεσιν τῆς διαλέξεως ποιησάμενοι αὐτὸν τοῦτον τὸν θαυμαστὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον· καὶ ἅπερ σήμερον γράφων Ῥωμαίοις διελέγετο, ταῦτα εἰς μέσον ἀγαγόντες ἀναπληρώσωμεν, καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου τὴν ἑστίασιν τὴν C πνευματικὴν παραθῶμεν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ. τίνα δέ ἐστι τὰ ἀναγνωσθέντα ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵν' ὑπομνησθέντες τῶν εἰρημένων, μετὰ πλείονος τῆς εὐκολίας δέξησθε τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα. Οἴδαμεν, φησίν, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. τί βούλεται αὐτῷ τοῦτο τὸ προοίμιον; οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῇ φθέγγεται ἡ μακαρία αὕτη ψυχή, ἀλλὰ κατάλληλα ἀεὶ τοῖς ὑποκειμένοις πάθεσι προσάγει τὰ φάρμακα τὰ πνευματικά. τί οὖν ἐστιν ὅ φησιν; ἐπειδὴ πολλοὶ πανταχόθεν οἱ πειρασμοὶ περιεστοιχίζοντο τοὺς τότε τῇ πίστει προσιόντας, καὶ ἐπάλληλα D ἦν τὰ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ μηχανήματα, καὶ συνεχεῖς αἱ ἐπιβουλαί, καὶ οὐκ ἠρέμουν οἱ τῷ κηρύγματι πολεμοῦντες, τοὺς μὲν εἰς δεσμωτήρια ἐμβάλλοντες, τοὺς δὲ εἰς ἀπαγωγάς, τοὺς δὲ εἰς μυρία ἕτερα βάραθρα καθέλκοντες. διὰ τοῦτο, καθάπερ στρατηγὸς ἄριστος ὁρῶν μετὰ πολλοῦ θυμοῦ πνέοντα τὸν ἀντίπαλον, περιϊὼν τοὺς οἰκείους πανταχόθεν διεγείρει, ἰσχυροῖ, ἀλείφει, θαρσαλεωτέρους καθίστησι, προθυμοτέρους ποιεῖ πρὸς τὸ τὰς χεῖρας αἴρειν κατὰ τοῦ πολεμίου, καὶ μὴ δεδοικέναι τὰς ἐκείνου καταδρομάς,

ἀλλὰ στεῤῥῷ τῷ φρονήματι ἐξ ἐναντίας ἱσταμένους καὶ αὐτὴν αὐτοῦ συγκόπτειν, εἰ οἷόν τε, τὴν ὄψιν, καὶ μὴ καταπλήττεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἀντίστασιν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ μακάριος οὗτος, ἡ οὐρανομήκης ψυχὴ, διεγεῖραι βουλόμενος τῶν πιστῶν τὰ φρονήματα, καὶ κάτω κείμενον, ὡς εἰπεῖν, αὐτῶν τὸν λογισμὸν ἀνορθῶσαι ἐπειγόμενος, οὕτως ἤρξατο λέγων· Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. ὁρᾷς τὴν σύνεσιν τὴν ἀποστολικήν; οὐκ εἶπεν, οἶδα, ἀλλ', οἴδαμεν, καὶ αὐτοὺς εἰς συγκατάθεσιν ἐφελκόμενος τῶν λεγομένων, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. σκόπει ἀκρίβειαν ῥημάτων ἀποστολικῶν. οὐκ εἶπεν, ὅτι οἱ ἀγαπῶντες τὸν θεὸν διαφεύγουσι τὰ δεινὰ, ἐλευθεροῦνται τῶν πειρασμῶν· ἀλλ' οἴδαμεν, φησὶ, τουτέστι, πεπείσμεθα, πεπληροφορήμεθα, δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας τὰς ἀποδείξεις εἰλήφαμεν· οἴδαμεν ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. πόσην οἴεσθε δύναμιν ἔχειν τὴν βραχεῖαν ταύτην λέξιν; πάντα, φησὶ, συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. μὴ γάρ μοι τὰ χρηστὰ ἐνταῦθα εἴπῃς, μηδὲ τὴν ἄνεσιν καὶ τὴν ἄδειαν μόνον λογίσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐναντία, τὰ δεσμωτήρια, τὰς θλίψεις, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς καθημερινὰς ἐφόδους, καὶ τότε ὄψει μετὰ ἀκριβείας τοῦ ῥήματος τὴν δύναμιν. καὶ ἵνα μὴ μακρὰν που ἀγάγω τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, εἰ βούλεσθε, μικρά τινα τῶν τῷ μακαρίῳ τούτῳ συμβάντων εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ὄψεσθε τοῦ ῥήματος τὴν ἰσχύν. ἐπειδὴ γὰρ περιιὼν πανταχοῦ, σπείρων τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον, τὰς ἀκάνθας ἀνασπῶν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ καταφυτεύειν ἐπειγόμενος, γενόμενος κατά τινα πόλιν τῆς Μακεδονίας, καθὼς ὁ μακάριος Λουκᾶς, ὁ τὸ τῶν πράξεων βιβλίον συνθεὶς, ἡμῖν διηγήσατο, παιδίσκην τινὰ πνεῦμα πονηρὸν ἔχουσαν, καὶ σιγᾶν οὐκ ἀνεχομένην, ἀλλὰ περιιοῦσαν καὶ πανταχοῦ καταδήλους αὐτοὺς διὰ τοῦ δαίμονος ποιεῖν βουλομένην, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας λόγῳ καὶ ἐπιτάγματι, καθάπερ τινὰ μαστιγίαν ἀπελάσας, ἠλευθέρωσεν ἐκείνην τοῦ πονηροῦ δαίμονος· δέον τοὺς τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκοῦντας, ὡς εὐεργέτας λοιπὸν καὶ σωτῆρας, βλέπειν τοὺς ἀποστόλους, καὶ παντὶ θεραπείας τρόπῳ περὶ αὐτοὺς χρησαμένους ἀμείψασθαι τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας, οἱ δὲ τοῖς ἐναντίοις ἀμείβονται.

A ſed animo forti ſe illi opponāt, ipſum
eius vultum, ſi poſſint, vulnerent, nec
illi reſiſtere pertimeſcant: non aliter
beatus iſte, hæc anima ad cœlum vſq;
ſublimis fidelium volens animos exci-
tare, & humi iacentem vt ita dicam
illorum cogitationem erigere ſtudēs
ita dicere occœpit: *Scimus autem, quo-* Rom. 8. 28
niā diligentibus Deum omnia cooperantur
in bonum Vides prudentiā Apoſtolicā:
Non dixit, Scio, ſed Scimus, vt ipſos
ad aſſenſum præbendum orationi pel-
liceret, quòd diligentibus Deum o-
mnia cooperētur in bonum. Animad-
uerte, quam accurratè loquatur Apo-
B ſtolus. Non dixit, qui Deum dili-
gunt, euitant mala, liberantur à ten-
tationibus, ſed, ſcimus, inquit, hoc
eſt, perſuaſum nobis eſt, certiores fa-
cti ſumus, ipſa rerum experientia e-
docti demonſtrationes accepimus:
ſcimus quoniam diligentibus Deum
omnia cooperantur in bonum. Quan-
tam huic breui dictioni vim ineſſe ar-
bitramini? omnia, inquit, cooperan-
tur in bonum. Noli enim mihi huius
vitæ commoda commemorare, ne-
que iucunditatem tantum aut ſecuri-
C tatem animo voluas, ſed etiam con-
traria, carceres, tribulationes, inſidias,
quotidianos incurſus, ac tum dictio-
nis vim accuratè cognoſces. Ac ne
forte ad longè petenda exempla cari-
tatem veſtrā abducam, paucula quæ-
dam, ſi lubet, ex iis quæ beato iſti ac-
ciderunt, in medium proferamus, &
vim iſtius verbi cognoſcetis. Nam
cum regiones omnes circumiens, pie-
tatis verbum ſpargens, ſpinas euel-
lens, veritatem in ſingulorum animis
plantare contendens, ad vrbem quan-
dam appuliſſet Macedoniæ, quemad-
modum beatus Lucas, is qui librum Act. 16. 16
Actorum compoſuit, nobis enarrauit,
ancillam quandam, quæ malignum
habebat ſpiritum, neque tacere pote-
rāt, ſed circuibat, & vbiq; illos dæmo-
nis opera patefacere volebat, multa
cū auctoritate ſolo verbo ac iuſſu tan- *Macedones ingrati*
quam verberonem quendam abigens *in Apoſtolos.*
illam à prauo dæmone liberaſſet: cum
illius vrbis incolas oportuiſſet tan-
quam benefactores ſuos ac ſalutis ſuæ
vindices deinceps Apoſtolus intueri,
atque omni eos officiorum genere
proſequentes tātum beneficiū remu-
nerari, illi plane contraria rependūnt.

A Atque audi quo pacto illos remunerentur. Videntes, inquit, domini eius, quia exiuit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes, & offerentes eos magiſtratibus, quum multas eis plagas impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, vt diligenter eos cuſtodiret. Videtis ſummam illius vrbis incolarum improbitatem? videtis Apoſtolorum patientiã ac tolerantiam? expectate paulisper, & Dei videbitis benignitatem. Cum enim ſapiens ſit ac ſolers, non in principio nec in exordiis B mala tollit, ſed cum incrementum acceperint aduerſariorum molimina, & rebus ipſis athletarum probata patientia fuerit, & innotuerit, tum ſubſidium ſuum præbet, ne dicere poſſit vllus, illos idcirco ſponte periculis ſe obiicere, quod ſe nihil moleſtum paſſuros eſſe confidant. Hanc nimirum ob cauſſam quoſdam etiam ineffabili quadam ſapientia in malis, derelinquit, quoſdam eripit, vt ex omnibus diſcas ſummam eius benignitatem, ipſumque maiora illis præmia præparantem mala frequenter C augeri permittere. Ita hoc etiam loco fecit. Poſt tantum miraculum, ac beneficium, quod impudente illo dæmone eiecto contulerant, virgis illos cædi permiſit, & in carcerem mitti. Hinc enim maximè Dei virtus etiam elucebat. Quapropter & beatus hic dicebat: Libentiſſimè gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. & rurſus, Cum infirmor, tunc potens ſum, infirmitatem continuas tentationes appellans. Sed quæret fortaſſe quiſpiam hoc loco, D cuius rei gratia dæmonem expulerint nihil ipſis contradicentem, ſed potius illos patefacientem. Spatio quippe multorum dierum clamabat dicens: Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annuntiant nobis viam ſalutis. Ne mireris cariſſime: nam & hoc prudentiæ fuit Apoſtolicæ ac beneficii Spiritus ſancti. Licet enim contrarium illis diceret nihil, ne tamen inde fidem ſibi dæmon aliquam conciliaret, & in aliis ſimpliciores ſubdolè poſſet attrahere, propterea cũ illi os obturaſſet, eiecit,

2.Cor.12. 10.

Cur eiectus dæmō fuerit.

A καὶ ἄκουε τίσιν αὐτοὺς ἀμείβονται. Ἰδόντες, φησὶν, οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ προσήγαγον αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς, καὶ πολλὰς ἐπιθέντες ἐκείνοις πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς. εἴδετε πονηρίας ὑπερβολὴν τῶν τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκούντων; εἴδετε τῶν ἀποστόλων ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν; μικρὸν ἀναμείνατε, καὶ ὄψεσθε καὶ τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. σοφὸς γὰρ ὢν καὶ εὐμήχανος, οὐκ ἐν ἀρχῇ καὶ B ἐν προοιμίοις λύει τὰ δεινὰ, ἀλλ' ὅταν αὐξηθῇ πάντα τὰ παρὰ τῶν ἐναντίων, καὶ δειχθῇ διὰ τῶν πραγμάτων τῶν αὐτοῦ ἀθλητῶν ἡ ὑπομονὴ, τότε καὶ τὴν οἰκείαν ῥοπὴν ἐπιδείκνυται, ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐπιπηδῶσι τοῖς κινδύνοις, διὰ τὸ θαρρεῖν ὅτι οὐδὲν ἀηδὲς πείσονται. διά τοι τοῦτό τινας μὲν καὶ ἐναφίησι τοῖς δεινοῖς ἀπορρήτῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, τινὰς δὲ καὶ ἐξαρπάζει, ἵνα διὰ πάντων μάθῃς αὐτοῦ τὴν ὑπερβάλλουσαν φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι μείζους αὐτοῖς τὰς ἀμοιβὰς ταμιευόμενος, συγχωρεῖ πολλάκις ἐπιτείνεσθαι C τὰ δεινά. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. μετὰ γὰρ τὴν τοσαύτην θαυματουργίαν καὶ τὴν εὐεργεσίαν, ἣν ἐπεδείξαντο ἀπελάσαντες τὸν ἀναίσχυντον ἐκεῖνον δαίμονα, συνεχώρησε καὶ μαστιχθῆναι, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι. ἐντεῦθεν γὰρ μάλιστα διεδείκνυτο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις. διὸ καὶ ὁ μακάριος οὗτος ἔλεγεν· Ἥδιστα οὖν καυχήσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμοὶ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν· Ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι, ἀσθένειαν τοὺς πειρασμοὺς λέγων τοὺς ἐπαλλήλους. ἀλλ' ἴσως ἄν τις διαπορήσειεν ἐνταῦθα τίνος ἕνεκεν ἀπήλασαν τὸν δαίμο- D να οὐδὲν ἐναντίον αὐτοῖς λέγοντα, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ καταδήλους αὐτοὺς ποιοῦντα. ἐπὶ πολλὰς γὰρ ἡμέρας ἐβόα λέγων, ὅτι Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλουσιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας. μὴ ξενισθῇς, ἀγαπητέ. καὶ τοῦτο γὰρ τῆς συνέσεως ἦν τῆς ἀποστολικῆς, καὶ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἐναντίον ἔλεγεν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐντεῦθεν ἀξιόπιστος γενόμενος ὁ δαίμων, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὑποσύρειν δυνηθῇ τοὺς ἀφελεστέρους, διὰ τοῦτο ἐπιστομίσαντες αὐτὸν ἀπήλασαν,

A οὐ συγχωρήσας αὐτῷ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν φθέγγεσθαι. τοῦτο δὲ ἐποίει, ἀκολουθῶν τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ· ἐπεὶ καὶ ἐκείνῳ προσιόντες ἔλεγον, Οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ Χριστὸς ταῦτα λέγοντας αὐτοὺς ἀπήλαυνεν. ἐγίνετο δὲ τοῦτο εἰς κατηγορίαν τῶν ἀναισχύντων Ἰουδαίων, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν θαύματα ὁρῶντες καὶ μυρία παράδοξα γινόμενα, ἠπίστουν, οἱ δὲ δαίμονες ἐπεγίνωσκον, καὶ υἱὸν αὐτὸν τοῦ θεοῦ ὡμολόγουν. ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν ἐπανέλθωμεν τοῦ λόγου. ἵνα τοίνυν μάθητε ὅπως τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, ἀναγκαῖον πᾶσαν ὑμῖν ἀναγνῶναι ταύτην τὴν ἱστορίαν, B ἵνα καὶ ἐντεῦθεν γνῶτε, ὅπως μετὰ τὰς πληγὰς, μετὰ τὸ δεσμωτήριον εἰς ἀγαθὸν ἅπαντα αὐτοῖς μετέβαλεν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις. ἀλλ' ἴδωμεν πῶς τοῦτο δείκνυσιν ὁ μακάριος Λουκᾶς λέγων· Παραγγελίαν δὲ τοιαύτην εἰληφὼς ὁ δεσμοφύλαξ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. σκόπει πῶς ἐπιτείνεται τὰ δεινὰ, ἵνα καὶ ἡ ὑπομονὴ τῶν ἀποστόλων λαμπροτέρα γένηται, καὶ ἡ ἄφατος τοῦ θεοῦ δύναμις κατάδηλος ἅπασι καταστῇ. ἄκουε δὲ καὶ τὸ ἑξῆς. ἐπάγει γὰρ, κατὰ δὲ τὸ C μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεόν. ὅρα ψυχὴν ἐπτερωμένην, ὅρα διάνοιαν νήφουσαν. μὴ ἁπλῶς παραδράμωμεν, ἀγαπητοὶ, τὸ εἰρημένον. οὐ γὰρ εἰκῇ καὶ τὸν καιρὸν ἡμῖν ἐπεσημήνατο, εἰπὼν, κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον, ἀλλὰ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι, ὅτε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡδὺς ὁ ὕπνος ἐφίσταται καὶ κοιμίζει τὰ βλέφαρα, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ὀδύναις πολλαῖς καθεστῶτας εἰκὸς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τοῦ ὕπνου καθέλκεσθαι, τότε τοίνυν, φησὶν, ὅτε πάντοθεν περιεγένετο ἡ τοῦ ὕπνου τυραννὶς, τότε ἐκεῖνοι D προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν θεὸν, τῆς περὶ αὐτὸν ἀγάπης μέγιστον δεῖγμα τοῦτο ποιούμενοι. καθάπερ γὰρ ἡμεῖς ὑπὸ ἀλγημάτων σωματικῶν ἐνοχλούμενοι, τὴν τῶν γνησίων συνουσίαν ἐπιζητοῦμεν, ἵνα ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνους διαλέξεως τὴν ἐπίτασιν τῆς ὀδύνης παραμυθησώμεθα· οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι οὗτοι τῷ πόθῳ τῷ περὶ τὸν δεσπότην πυρούμενοι, καὶ τοὺς ἱεροὺς ὕμνους ἀναφέροντες, οὐδὲ αἴσθησιν ἐλάμβανον τῶν ὀδυνῶν ἐκείνων, ἀλλ' ὅλοι τῆς ἱκετηρίας ἐγίνοντο, καὶ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ὑμνῳδίαν ἀνέφερον, καὶ

neque ſiuit ea proloqui, quæ dignitatem & captum eius excedebant. Hoc autem præſtitit, vt domini ſui veſtigiis inſiſteret: nam ad illum etiam accedentes dicebant: Scimus te, quis ſis, ſanctus Dei, & tamen Luc 4.34 hæc dicentes eos eiiciebat. Id vero fiebat in accuſationem impudentium Iudæorum, quod illi quidem miracula quotidie cernentes, & innumera prodigia fieri, non crederent: dæmones autem agnoſcerent, eumque Dei filium faterentur. Sed ad ſeriem inſtituti ſermonis redeamus. Vt igitur diſcatis, quo pacto diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum, totam vobis hiſtoriam operæpretium fuerit recitari, vt inde cognoſcatis quo pacto poſt verbera, poſt carcerem, omnia Dei gratia in bonum mutarit. Sed videamus, qua ratione beatus id Lucas indicet dicens: Act.16.24 Cum autem tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. Animaduerte, quo pacto augeantur mala, vt Apoſtolorum etiam patientia fiat illuſtrior, & immenſa Dei virtus omnibus manifeſta reddatur. Audi vero quid ſequatur. addit enim, Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum. Vide animum excitatum, vide vigilem mentem: ne temere prætereamus quæ dicta ſunt dilectiſſimi. Non enim ſine cauſſa tempus ipſum deſignauit dicens, Media autem nocte, ſed quod vellet oſtendere, quo tempore cæteris omnibus dulcis aduenit ſomnus, & palpebras conſopit, præcipuè vero eos qui multis doloribus ac moleſtiis ſunt obſeſſi, veriſimile eſt illo tempore ſomno corripi, tum igitur, inquit, cum vndique ſomni vis dominaretur & vigeret, tunc illi orantes Deum laudabant, & hoc ſuæ in illum caritatis maximum indicium edebant. Nam quemadmodũ nos quoties doloribus corporis diuexamur, propinquorum congreſſum requirimus, vt intentionem doloris illorum alloquio mitigemus: ſic etiã hi ſancti amore in dominum inflammati, ac ſacros hymnos efferentes, ne ſenſum quidem illarum moleſtiarũ capiebant, ſed toti in orationem incumbebant & mirabilem illum hymnorum cantum offerebant,

ac deinceps carcer eccleſia fiebat, & illorum ſanctorum cantu totus ille locus ſanctificabatur. Ac videre erat res miras & inuſitatas, homines ligno alligatos, neque tamen quo minus hymnos canerent quicquam impediri. Vigilem enim & attentum, & ardenti in Deum amore correptum nihil vnquam poterit à colloquio cum Domino prohibere. Deus enim, inquit, appropinquans ego ſum, & non Deus longè: & alibi rurſus, Adhuc loquente te dicam, Ecce adſum. Vbi ſiquidem vigilans animus fuerit, excitatur ratio, & propemodum corporis vinculis liberatur, & euolat ad eum quem diligit, terram deſpicit, & quæ ſunt oculis ſubiecta exuperans ad illum feſtinat: quod vtique ſanctis etiam iſtis contigit. Vide namque celerem & efficacem hymnorum vim, & quo pacto cum in carcere verſarentur, & alligati ligno eſſent, atque impoſtoribus & captiuis admixti, non modo nihil paſſi ſint detrimenti, ſed & hac ratione ſplendidiores euaſerint, & omnes, qui carcerem incolebant virtutis ſuæ radiis colluſtrarint. Quippe illa ſacrorum vox hymnorum cum in animã vniuſcuiuſque captiuorũ penetraſſet, tranſmutauit illam propemodum, ac reformauit. Subito enim, inquit, terræ motus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia oſtia, & vniuerſorum vincula ſoluta ſunt. Vides hymnorum, qui Deo canuntur, virtutem? non illi modo, qui obtulerunt hymnos ſolatium perceperunt, ſed etiam effecerunt, vt omnium vincula ſoluerentur: vt factis ipſis innoteſceret, quo pacto Deum diligentibus omnia cooperentur in bonum. Ecce namque verbera, carcer, compedes, & cum carnificibus conuerſatio, & tamen hæc omnia bonorum materia fuerunt & occaſio gloriæ, non ipſis tantum, nec illis qui carcerem incolebant captiuis, ſed & ipſi cuſtodi carceris. Experge factus enim, inquit, cuſtos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos. Tu mihi hoc loco Dei benignitatem conſidera, quam nulla exprimere poteſt oratio.

Hier. 23. 23. — *Eſa. 58. 9.* — *Vis hymnorum quanta ſit.* — *Act. 15. 25.*

καὶ λοιπὸν ἐκκλησία ἐγίνετο τὸ δεσμωτήριον, καὶ ὁ τόπος ἅπας ἡγιάζετο διὰ τῆς ὑμνῳδίας τῶν ἁγίων ἐκείνων. καὶ ἦν ἰδεῖν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα πράγματα, ἀνθρώπους τῷ ξύλῳ προσδεδεμένους, καὶ οὐδὲν ἐμποδιζομένους πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν. τὸν γὰρ νήφοντα καὶ ἐγρηγορότα καὶ ζέοντα πόθον ἔχοντα περὶ τὸν θεὸν οὐδὲν κωλῦσαι δυνήσεταί ποτε τῆς πρὸς τὸν δεσπότην συνουσίας. θεὸς γάρ, φησιν, ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ θεὸς πόῤῥωθεν· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. ἔνθα γὰρ ἂν ἡ διάνοια νήφουσα, πτεροῦται ὁ λογισμὸς καὶ ἀπαλλάττεται, ὡς εἰπεῖν, τοῦ συνδέσμου τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον ἀνίπταται, καὶ τῆς γῆς ὑπερορᾷ, καὶ τῶν ὁρωμένων ἀνωτέρω γινόμενος, πρὸς ἐκεῖνον ἐπείγεται· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων τούτων γεγένηται. ὅρα γὰρ τὴν παραχρῆμα τῶν ὕμνων ἐνέργειαν, καὶ ὅπως καὶ ἐν δεσμωτηρίῳ γινόμενοι καὶ τῷ ξύλῳ προσδεδεμένοι καὶ μετὰ γοήτων καὶ δεσμίων συναναμιχθέντες, οὐ μόνον οὐδὲν παρεβλάβησαν, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐξέλαμψαν καὶ τῷ φωτὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς κατηύγασαν ἅπαντας τοὺς τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντας. ἡ γὰρ φωνὴ τῶν ἱερῶν ὕμνων ἐκείνων εἰς τὴν ἑκάστου τῶν δεσμωτῶν εἰσιοῦσα ψυχήν, μετέπλαττεν αὐτήν, ὡς εἰπεῖν, καὶ μετεῤῥύθμιζεν. Ἄφνω γάρ, φησι, σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου, ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα αἱ θύραι ἅπασαι, καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. εἶδες τῶν ὕμνων τῶν εἰς τὸν θεὸν τὴν δύναμιν; οὐ μόνον αὐτοὶ παρακλήσεως ἀπέλαυσαν οἱ τοὺς ὕμνους ἀναφέροντες, ἀλλὰ καὶ πάντων τὰ δεσμὰ λυθῆναι παρεσκεύασαν· ἵνα δειχθῇ διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅπως τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. ἰδοὺ γὰρ καὶ πληγαί, καὶ δεσμωτήριον, καὶ ξύλον, καὶ μετὰ τῶν δημίων διαγωγή, καὶ ὅμως ταῦτα πάντα ἀγαθῶν ὑπόθεσις γεγένηται καὶ εὐδοκιμήσεως ἀφορμή, οὐκ αὐτοῖς μόνον, οὐδὲ τοῖς οἰκοῦσι τὸ δεσμωτήριον δεσμίοις, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ δεσμοφύλακι. Ἔξυπνος γάρ, φησι, γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἰδὼν τὰς θύρας ἀνεῳγμένας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν, νομίσας ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους. ὅρα μοι ἐνταῦθα τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν πάντα λόγον ὑπερβαίνουσαν.

τίνος γὰρ ἕνεκεν κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἅπαντα ταῦτα γίνεται; οὐδενὸς ἑτέρου χάριν, ἀλλ' ἵνα ἀθόρυβον καὶ ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρᾶγμα οἰκονομηθῇ, καὶ τὴν σωτηρίαν πραγματεύσωνται τοῦ δεσμοφύλακος. τοῦ γὰρ σεισμοῦ γενομένου, καὶ τῶν θυρῶν ἀνοιχθεισῶν, τὰ δεσμὰ ἀνέθη πάντων τῶν αὐτόθι, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκπηδῆσαι συνεχωρήθη. σκόπει μοι καὶ ἄλλην ἐνταῦθα θεοῦ σοφίαν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα γέγονεν, ὁ σεισμὸς λέγω, καὶ ἡ τῶν θυρῶν ἄνοιξις, ἵνα μάθωσι διὰ τῶν ἔργων ἅπαντες, τίνες ἦσαν οἱ τότε τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, καὶ ὅτι οὐχ οἱ τυχόντες εἰσὶν ἄνθρωποι· οὐδενὶ δὲ ἐξελθεῖν ἐγένετο, ἵνα μὴ κινδύνων ἀφορμὴ γένηται τοῦτο τῷ δεσμοφύλακι. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθές, ἄκουσον πῶς, ὅτε μόνον ὑπώπτευσε τοῦτο γεγενῆσθαι ὁ δεσμοφύλαξ, καὶ ἐνόμισέ τινας ἐκπεφευγέναι, καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς κατεφρόνησε. σπασάμενος γάρ, φησι, μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν. ἀλλ' ὁ πανταχοῦ νήφων καὶ ἐγρηγορὼν, ὁ μακάριος Παῦλος, τῇ οἰκείᾳ φωνῇ ἐξήρπασε τῆς φάρυγγος τοῦ θηρίου τὸ ἀρνίον. Ἐφώνησε γὰρ φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακόν. ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε. ὢ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολή. οὐκ ἐφρόνησε μέγα ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις, οὐ κατεξανέστη τοῦ δεσμοφύλακος, οὐδὲν ὑπέρογκον φθέγξασθαι κατεδέξατο· ἀλλὰ μετὰ τῶν δεσμωτῶν, μετὰ τῶν δημίων, μετὰ τῶν κακούργων ἑαυτὸν κατηρίθμησε, λέγων· ἅπαντές ἐσμεν ἐνθάδε. Εἶδες αὐτὸν πολλῇ τῇ ταπεινοφροσύνῃ χρώμενον, καὶ οὐδὲν πλέον ἑαυτῷ νέμοντα τῶν αὐτόθι κακούργων; ὅρα καὶ τὸν δεσμοφύλακα λοιπὸν, οὐχ ὡς ἑνὶ τῶν ἄλλων προσιόντα. θαρρήσας γὰρ καὶ αἰτήσας φῶτα, εἰσεπήδησε, καὶ ἔντρομος ὑπάρχων, προσέπεσε τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ, καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω, ἔφη· κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; εἴδετε πῶς τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν; εἴδετε τοῦ διαβόλου τὴν μηχανὴν, ὅπως διελύθη; ὅπως ἄκυρα αὐτοῦ γέγονε τὰ μηχανήματα; ἐπειδὴ γὰρ ἀπήλασαν τὸν δαίμονα, παρεσκεύασεν εἰς τὸ δεσμωτήριον αὐτοὺς ἐμβληθῆναι, νομίζων ἐμποδίζειν τὸν δρόμον τοῦ κηρύγματος διὰ τούτου. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ τὸ δεσμωτήριον ἐμπορείας αὐτοῖς ὑπόθεσις γεγένηται πνευματικῆς.

A Cur enim media nocte fiunt hæc omnia? nullam aliam ob cauſſam, niſi vt prouideatur, vt ſine turbis & tranquille res ſuccedat, & ſaluti cuſtodis carceris conſulatur. *Cur hæc media nocte fierent* Cum enim terræ motus accidiſſet, & reſeratæ fores eſſent, omnium qui erant ibi ſoluta ſunt vincula, nec vlli permiſſum eſt, vt inde diſcederet. Aliam quoque Dei ſapientiam hîc contemplare. Nã alia quidem euenerunt, terræ motus, inquam, & reſeratio ianuarum, vt rebus ipſis omnes intelligerent, quales illi eſſent, qui carcerem habitant, neque vulgares homines eſſe: porro ne- B mini contigit vt exiret, ne quod inde periculum cuſtodi carceris crearetur. Atque vt hoc verum eſſe intelligas, audi quo pacto cum id accidiſſe ſuſpicaretur cuſtos carceris, & aufugiſſe quoſdam putaret, etiam vitam ſuam cõtempſerit. Euaginato enim, inquit, gladio, volebat ſe interficere: ſed qui vigil vbique atque expergefactus erat beatus Paulus, ex belluæ faucibus ſua voce agnum eripuit. Clamauit enim voce magna dicens, Nihil tibi mali feceris; vniuerſi enim hîc C ſumus. O incredibilem humilitatem: non elatus eſt in ſuperbiam ob ea quæ acciderant, non in cuſtodem carceris inſurrexit, nullum arrogans dictum illi excidit, ſed cum vinctis, cum lictoribus, cum maleficis ſeipſum numerabat, dicens: vniuerſi hic ſumus. Vides inſignis cum hmilitatis exemplum edere, nec ſibi plus quam maleficis cęteris, qui illic erant tribuere? Vide iam quo pacto carceris etiam cuſtos non tanquam ad vnum ex aliis ad illum accedat. confidentior enim factus, & cum lu- D men petiiſſet, tremefactus procidit Paulo & Silæ, & producens eos foras, ait, Domini, quid me oportet facere, vt ſaluus fiam? Videtis, quo pacto diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum? Videtis Diaboli machina, quo pacto fuerit diſſoluta? quo pacto in nihilum machinationes eius reciderint? Nam cum dæmonem eieciſſent, vt in carcerem coniicerentur, effecit, ratus ſe hoc pacto prędicationis curſui obicem oppoſiturum. Sed ecce carcer etiam queſtus illis materiã ſpiritualis obiecit.

Ergo poſſumus nos quoque ſi ſapimus ac vigiles ſumus, non modo cum res ſecundæ ſunt, ſed & cum affligimur, lucrum acquirere, ac tum etiam magis, quam cum ſecundis rebus fruimur. Inertiores enim plerumque nos reddunt ſecundæ res: afflictiones autẽ dum vigiles nos reddũt, auxilium nobis cæleſte conciliant, ac tũ præcipuè, cũ propter ſpem in Deum patientiã, & in omnibus, quæ inferuntur, afflictionibus tolerantiam exhibemus. Ne igitur doleamus, ſi quando tribulemur, ſed potius gaudeamus. Id enim nobis in occaſionem gloriæ vertit. Propterea Paulus etiam dicebat, Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Sed ardentem ſanctorum iſtorum animum videamus. Cum igitur cuſtodem carceris dicentem audiſſent: Quid me oportet facere, vt ſaluus fiam? num diſtulerunt, num cunctati ſunt? num catechiſmo illos imbuere neglexerunt? nullo modo: ſed quid illi ad eum? Crede in Dominum Ieſum Chriſtum, & ſaluus eris, tu & tota domus tua. Vide ſolicitudinem Apoſtolicam. Illius ſalute contenti non ſunt, & omnes eius domeſticos in cauſſa religionis acquirere Deo volunt, & lethalem Diabolo plagam infligere. Et baptizatus eſt, & domus eius continuò, & lætatus eſt, cum omni domo ſua credens Deo. Hinc docemur, in ſpiritualibus ne tantillum quidem vnquam differre, ſed idoneum cenſere quoduis tempus, quod occurrerit. Si enim intẽpeſta nocte nolebãt hi ſancti differre, quę nobis venia dari poterit, ſi alio tempore ſpirituale lucrum omittamus? Vides carcerem in eccleſiam eſſe conuerſum? Vides lictorum diuerſorium derepente domum orationis eſſe factum, & illic ſacra myſteria celebrata? Tanta res eſt vigilem eſſe, nec vnquam ſpiritualia lucra negligere, ſed idoneum quoduis tempus ad eiuſmodi quæſtum arbitrari. Recte itaque beatus hic dixit ſcribens, diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. Hãc ſententiam quæſo nos omnes menti noſtrę inſculptam habẽtes nunquam indignemur, ſi quando in caſus aliquos aduerſos incurrerimus, dum in hac vita verſamur,

Afflictio diligentes reddit & attentos.

Nunquã differendũ in ſpiritualib.

A ἄρα καὶ ἡμεῖς, ἂν νήφωμεν, οὐ μόνον ἐν ἀνέσει ὄντες, ἀλλὰ καὶ ἐν θλίψεσι, κερδαίνειν δυνάμεθα, καὶ τότε μᾶλλον, ἢ ἐν ἀνέσει. ἡ γὰρ ἄνεσις, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ῥαθυμοτέρους ἐργάζεται· ἡ δὲ θλίψις νήφειν παρασκευάζουσα, ἀξιοῦσθαι ποιεῖ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, καὶ μάλιστα, ὅταν διὰ τὴν εἰς τὸν θεὸν ἐλπίδα τὴν ὑπομονὴν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ τὴν καρτερίαν ἐν πάσαις ταῖς ἐπαγομέναις θλίψεσι. μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν, ἐπειδὰν θλιβώμεθα, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρωμεν. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἡ τῆς εὐδοκιμήσεως ὑπόθεσις. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν, οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀ- B γαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. ἀλλ' ἴδωμεν τὴν ζέουσαν ψυχὴν τῶν ἁγίων τούτων. ἐπεὶ οὖν ἤκουσαν τοῦ δεσμοφύλακος λέγοντος, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; ἆρα ὑπερέθεντο; ἆρα ἀνεβάλοντο; ἆρα ἠμέλησαν πρὸς τὴν κατήχησιν; οὐδαμῶς· ἀλλὰ τί πρὸς αὐτὸν ἔφησαν; Πίστευσον ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ σὺ, καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. ὅρα κηδεμονίαν ἀποστολικήν. οὐκ ἀρκοῦνται τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ, ἀλλὰ δι' ἐκείνου βούλονται καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτῷ πάντας σαγηνεῦσαι εἰς τὸν C τῆς εὐσεβείας λόγον, καιρίαν διδόντες τῷ διαβόλῳ τὴν πληγήν. καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παραχρῆμα, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ θεῷ. ἐντεῦθεν παιδευόμεθα μηδέποτε ἐν τοῖς πνευματικοῖς μηδὲ τὸ τυχὸν ἀναβάλλεσθαι, ἀλλὰ πάντοτε καιρὸν ἐπιτήδειον ἡγεῖσθαι τὸν παραπίπτοντα. εἰ γὰρ, νυκτὸς οὔσης, οἱ ἅγιοι οὗτοι ὑπερτίθεσθαι οὐκ ἠνέσχοντο, ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν ἡμεῖς, ἐν ἑτέρῳ καιρῷ παρατρέχοντες πνευματικὸν κέρδος; εἶδες ἐκκλησίαν τὸ δεσμωτήριον γενό- D μενον; εἶδες τὸ καταγώγιον τῶν δημίων εὐκτήριον οἶκον ἐξαίφνης ἀποδειχθέντα, καὶ τὴν μυσταγωγίαν ἐπιτελουμένην; τοσοῦτόν ἐστι τὸ νήφειν, καὶ μηδέποτε παρατρέχειν τὰ πνευματικὰ κέρδη, ἀλλὰ πάντα καιρὸν ἐπιτήδειον ποιεῖσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐμπορείαν. καλῶς ἄρα ἔλεγεν ὁ μακάριος οὗτος γράφων, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. ταύτην τὴν ῥῆσιν, παρακαλῶ, καὶ ἡμεῖς ἐγκεκολαμμένην ἔχοντες τῇ διανοίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, μηδέποτε ἀσχάλλωμεν, ἐπειδὰν λυπηροῖς τισι κατὰ τὸν βίον τοῦτον περιπέσωμεν,

ἢ περιστάσεσιν, ἢ ἀῤῥωστίαις σωματικαῖς, ἢ ἑτέ- A ροις τισὶ λυπηροῖς πράγμασιν· ἀλλὰ πολλῇ κεχρημένοι τῇ φιλοσοφίᾳ, ἀντέχωμεν πρὸς πάντα πειρασμόν, εἰδότες ὅτι, ἂν νήφωμεν, πανταχόθεν κερδαίνειν δυνάμεθα, καὶ μᾶλλον ἀπὸ τῶν πειρασμῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀνέσεων· καὶ μηδέποτε ἀλύωμεν, ἐννοοῦντες ὅσον τὸ τῆς ὑπομονῆς τὸ κέρδος, ἀλλὰ μηδὲ ἀπεχθῶς ἔχωμεν πρὸς τοὺς ἐπάγοντας ἡμῖν τοὺς πειρασμούς. εἰ γὰρ κἀκεῖνοι τὸν οἰκεῖον σκοπὸν πληροῦντες τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλ' ὁ κοινὸς δεσπότης συγχωρεῖ, βουλόμενος ἡμᾶς καὶ διὰ τούτων ἐμπορεύσασθαι τὴν πνευματικὴν ἐμπορίαν, καὶ τῆς ὑπο- B μονῆς λαβεῖν τὸν μισθόν. ἐὰν οὖν δυνηθῶμεν εὐχαρίστως ἐνεγκεῖν τὰ ἐπαγόμενα, οὐ μικρὸν μέρος τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν διαλύσομεν. εἰ γὰρ τὸν θησαυρὸν τοῦτον, καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδύνοις περιπίπτοντα ὁρῶν ὁ δεσπότης ἠνείχετο, οὐ περιορῶν τὸν οἰκεῖον ἀθλητήν, ἀλλὰ τὰ σκάμματα αὐτῷ μακρότερα κατασκευάζων, ἵνα τοὺς στεφάνους αὐτῷ λαμπροτέρους ἀπεργάσηται, τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, οἱ μυρίων γέμοντες ἁμαρτημάτων, καὶ διὰ ταῦτα πολλάκις τοῖς πειρα- C σμοῖς περιπίπτοντες, ἵνα τὴν ὑπὲρ τούτων δίκην ἐνταῦθα δόντες, μικρᾶς γοῦν φιλανθρωπίας ἀξιωθῶμεν, ἐπὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντες; τοῦτο δὲ λογιζόμενοι παρ' ἑαυτοῖς, πρὸς ἅπαντα γενναίως ἀντέχωμεν, ἵνα καὶ τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθὸν δεξώμεθα ἀπὸ τοῦ φιλανθρώπου δεσπότου, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἡμῖν ἡμαρτημένων ὑποτεμέσθαι δυνηθῶμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, D μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

aut in calamitates, aut in corporis ægritudines, aut in res alias moleſtas, ſed multã exhibentes moderationem animi ac philoſophiã, cuius tentationi reſiſtamus, cum nobis exploratum ſit omni ex parte nos poſſe lucrum reportare, ſi vigiles & attenti fuerimus, atque ex tentationibus potiùs quàm ex rebus ſecundis: nec vnquam animo concidamus, cogitantes quantum ſit patientiæ lucrum, ſed nec illis ſimus infenſi, qui tentationibus nos diuexant. Licet enim illi etiam, vt conſilium ſuum expleant, id agant: communis tamen dominus hoc permittit, quod nos velit hac ratione ſpiritualem hunc quæſtum facere, ac patientiæ mercedem obtinere. Si ergo quæ inferuntur mala cum gratiarum actione perferre poſſimus, non exiguam delictorum noſtrorum partem delebimus. Si enim theſaurum hunc, & orbis terrarum doctorem quotidie periculis obiici cum videret, Dominus permittebat, non quod athletam ſuum deſpiceret, ſed quod longius illius virtuti ſtadium ſterneret, vt ſplendidiores illi coronas redderet, quid nos dicemus qui peccatis ſcatemus innumeris, & idcirco frequenter tentationibus confligamur, vt cum eorum cauſſa pœnas dederimus, ſaltem aliquam miſericordiæ partem exiguam impetremus, & in illo die tremendo bonis illis ineffabilibus perfruamur? Hæc autem cum animis noſtris reputantes aduerſus omnia conſtanter patientérque reſiſtamus, vt & tolerantiæ mercedem à benigno domino recipiamus, & peccatorum noſtrorum multitudinem imminuere poſſimus, & æterna bona conſequi gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri, ſimúlque Spiritui ſancto gloria, imperium, honor, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Cur tentationes permittat Deus.

A

Rom. 12. 20.

Ad eos, qui ad Miſſas non occurrerunt, & in dictum illud Apoſtoli, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, & de inimicitiarum memoria.

Frontone Ducæo interprete.

Nihil, vt videtur, nobis profuit, quod ſermonem bene longum nuper habuerimus, vt veſtrũ ad collectas veniẽdi ſtudiũ excitaremus. Rurſus enim nobis filiis ſuis Eccleſia deſtituta eſt : quo fit vt rurſus etiam grauis ac moleſtus videri cogar, ſiue dum præſentes caſtigo, ſiue dum abſentes reprehendo : illos quidem, quod pigritiam non excuſſerint, vos vero quod ad ſalutem fratrum tuendam adiutricem manum minimè porrigatis. Grauis ac moleſtus videri cogor, non mea vel mearum poſſeſſionum cauſſa, ſed veſtra ſalutiſque veſtræ cauſſa, qua mihi nihil eſt antiquius. Ægrè ferat, qui volet, importunum & impudentem appellet; ego vero ſemper hac de cauſſa moleſtiam exhibere non deſinam, nihil enim hac impudentia mihi fructuoſius eſſe poteſt. Fortaſſe namque, fortaſſe, ſi minus alterius rei, ſaltem huius vos pudebit, vt ne ſemper eandem ob cauſſam moleſtia vobis exhibeatur, & curam fratres veſtros iuuandi ſuſcipietis. Quid enim mihi laudes proſunt, cum vos in virtute facere progreſſus non videam ? quod verò mihi damnum oritur ex ſilentio auditorum, cum veſtram augeri conſpiciam pietatem? Laus quippe dicentis eſt, non applauſus, ſed auditorum in pietate zelus ac ſtudium; non tumultus excitatus, quo tempore ſermo auditur, ſed ſtudiũ ac diligẽtia, quæ omni tempore exhibetur: applauſus ex ore ſimul egreditur, & in aërem diffuſus interit; quod autẽ meliores fiant auditores, incorruptã & immortalẽ cum dicenti, tum obtẽperãtibus mercedẽ affert. Clamoris veſtri cõmendatio illuſtriorẽ oratorem hic reddit: at animę veſtrę pietas multam apud tribunal Chriſti doctori fiduciam acquirit. Itaque ſi quis eos qui ſermonem habent, diligat, nõ applauſus, ſed vtilitatẽ diligat auditorũ.

Applauſus auditorum reſpuit Chryſoſt.

Πρὸς τοὺς μὴ ἀπαντήσαντας εἰς τὴν σύναξιν, καὶ εἰς τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν, Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν, καὶ περὶ τοῦ μνησικακεῖν.

Οὐδέν, ὡς ἔοικεν, ὠφελήσαμεν, μακρὸν λόγον πρῴην πρὸς ὑμᾶς ἀποτείναντες ὑπὲρ τῆς περὶ τὰς συνάξεις σπουδῆς. πάλιν γὰρ ἡμῖν ἔρημος ἡ ἐκ-
B κλησία τῶν τέκνων. διὸ καὶ πάλιν ἀναγκάζομαι *ἐπαχθὴς φανῆναι καὶ βαρύς, ἐπιτιμῶν τοῖς παροῦσιν, ἐγκαλῶν τοῖς ἀπολειφθεῖσιν· ἐκείνοις μὲν, ὅτι τὴν ῥᾳθυμίαν οὐκ ἀπέθεντο, ὑμῖν δὲ, ὅτι τῆς τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἀντελάβεσθε σωτηρίας. ἀναγκάζομαι βαρὺς φανῆναι καὶ ἐπαχθής, οὐχ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐμῶν κτημάτων, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, ἧς οὐδὲν ἐμοὶ προτιμότερον. ὁ βουλόμενος βαρυνέσθω, καὶ φορτικὸν καὶ ἀναίσχυντον καλείτω· ἐγὼ δὲ οὐ παύσομαι συνεχῶς ὑπὲρ τῶν
C αὐτῶν ἐνοχλῶν. τῆς γὰρ ἀναισχυντίας ταύτης οὐδὲν ἄμεινον ἐμοί. ἴσως γάρ, ἴσως, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τοῦτο γοῦν ἐρυθριάσαντες τὸ μὴ συνεχῶς ὀχλεῖσθαι περὶ τῶν αὐτῶν, ἀντιλήψεσθέ ποτε τῆς κηδεμονίας τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων. τί γάρ μοι τῶν ἐπαίνων ὄφελος, ὅταν ὑμᾶς μὴ θεάσωμαι προκόπτοντας κατ' ἀρετήν; τί δέ μοι βλάβος ἐκ τῆς σιγῆς τῶν ἀκουόντων, ὅταν αὐξομένην ὑμῶν ἴδω τὴν εὐλάβειαν; ἔπαινος γὰρ τοῦ λέγοντος, οὐχ ὁ κρότος, ἀλλ' ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν
D ζῆλος τῶν ἀκουόντων· οὐχ ὁ θόρυβος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀκροάσεως, ἀλλ' ἡ σπουδὴ ἡ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. ὁ κρότος ἐξῆλθεν ὁμοῦ τε τοῦ στόματος, καὶ εἰς ἀέρα διαχυθεὶς ἀπώλετο· τὸ δὲ βελτίονας γενέσθαι τοὺς ἀκούοντας, ἀγήρω καὶ ἀθάνατον φέρει τὸν μισθὸν καὶ τῷ λέγοντι, καὶ τοῖς πειθομένοις. ὁ τῆς βοῆς ὑμῶν ἔπαινος ἐνταῦθα τὸν λέγοντα ποιεῖ λαμπρόν, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ὑμῶν εὐλάβεια πολλὴν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ δίδωσι παρρησίαν τῷ διδάξαντι. ὥστε εἴ τις τῶν λεγόντων ἐρᾷ, μὴ τῶν κρότων, ἀλλὰ τῆς ὠφελείας τῶν ἀκουόντων ἐράτω.

οὐκ ἔστι τὸ τυχὸν κακὸν ἀδελφῶν ἀμελεῖν, ἀλλ' ἐσχάτη κόλασις, καὶ ἀπαραίτητος τιμωρία· καὶ τοῦτο ὁ τὸ τάλαντον καταχώσας ἐδήλωσεν. οὐδὲν γοῦν παρὰ τῆς οἰκείας ἐνεκαλεῖτο ζωῆς· οὐδὲ γὰρ ἐγένετο κακὸς περὶ τὴν καταθήκην. ὁλόκληρον γὰρ αὐτὴν ἀπέδωκεν. ἀλλ' ὅμως ἐγένετο κακὸς καὶ περὶ τὴν ἐργασίαν τῆς παρακαταθήκης. οὐ γὰρ ἐδιπλασίασε τὸ πιστευθέν· διὸ καὶ ἐκολάζετο. ὅθεν δῆλον, ὅτι κἂν ἡμεῖς σπουδαῖοι ὦμεν καὶ συγκεκροτημένοι, κἂν πολλὴν ἐπιθυμίαν ἔχωμεν περὶ τὴν ἀκρόασιν τῶν θείων γραφῶν, οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν. διπλασιάσαι γὰρ χρὴ τὴν παρακαταθήκην· διπλῆ δὲ γίνεται, ὅταν μετὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, καὶ τῆς ἑτέρων ἀντιλαβώμεθα προνοίας. ἐπεὶ κἀκεῖνος εἶπεν, Ἴδε, ἔχεις τὸ σὸν σῶον· ἀλλ' οὐκ ἤρκεσεν αὐτῷ τοῦτο πρὸς ἀπολογίαν. Ἔδει γάρ, φησι, καταβαλεῖν ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας τὸ καταβληθέν. καί μοι σκόπει, πῶς κοῦφα τοῦ δεσπότου τὰ ἐπιτάγματα. ἄνθρωποι μὲν γὰρ τοὺς δανείζοντας χρήματα δεσποτικά, καὶ τῆς ἀπαιτήσεως ὑπευθύνους ποιοῦσι. σὺ κατέβαλες, σύ, φησιν, ἀπαίτησον· ἐμοὶ λόγος οὐδεὶς πρὸς τὸν δεξάμενον. ὁ δὲ θεὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καταβαλεῖν κελεύει μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ τῆς ἀπαιτήσεως ὑμᾶς ὑπευθύνους ποιεῖ. τοῦ συμβουλεῦσαι γάρ, οὐ τοῦ πεῖσαι κύριος ὁ λέγων ἐστί. διὰ τῆς καταβολῆς ὑπεύθυνόν σε ποιῶ μόνον, φησί, τῆς δὲ ἀπαιτήσεως οὐκέτι. τί τούτου κουφότερον; ἀλλ' ὅμως σκληρὸν ἐκάλει τὸν οὕτως ἥμερον καὶ φιλάνθρωπον δεσπότην ὁ δοῦλος. εἰώθασι γὰρ τῶν ἀγνωμόνων καὶ ῥαθύμων οἰκετῶν αἱ συνήθειαι τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων εἰς τοὺς δεσπότας ἀεὶ μετατιθέασι τὰς αἰτίας. διὰ τοῦτο στρεβλούμενος καὶ δεσμούμενος ἐκεῖνος εἰς τὸ σκότος ἀπήγετο τὸ ἐξώτερον. ὅπερ ἵνα μὴ ἡμεῖς πάθωμεν, καταβάλλωμεν τὴν διδασκαλίαν ἐπὶ τοὺς ἀδελφούς, κἂν πείθωνται, κἂν μὴ πείθωνται. πειθόμενοι μὲν γὰρ καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἡμᾶς ὠφελήσουσι· μὴ πειθόμενοι δέ, αὐτοῖς μὲν ἀπαραίτητον ἐπισπῶνται κόλασιν, ἡμᾶς δὲ οὐδὲ τὸ τυχὸν παραβλάψαι δύναιντ' ἄν. τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐποιήσαμεν, συμβουλεύσαντες· εἰ δὲ μὴ πείθοιντο, οὐδὲν ἡμῖν ἐκ τούτου γένοιτ' ἂν βλάβος. ἔγκλημα γάρ, οὐ τὸ μὴ πεῖσαι, ἀλλὰ τὸ μὴ συμβουλεῦσαι·

A Non mediocre malum eſt fratrum curam non gerere, ſed extremum ſupplicium eſt, & ineuitabilis pœna: quod ipſum is qui talentum defoderat indicauit. Sane nihil ei vitio vertebatur, quod in vita peccaſſet, neque male quicquam in depoſiti cuſtodia commiſerat: integrum enim illud reſtituit: ſed tamen in depoſiti negotiatione male ſe geſſerat. Non enim id quod creditum fuerat duplicarat; quam ob cauſſam etiam pœnas dabat. Vnde manifeſtum euadit, licet ſtudioſi ſimus & inſtructi, licet ad ſacram audiendam ſcripturam multa cupi- B ditate exardeſcamus, id tamen ad noſtram ſalutē non ſufficere. Duplicandum namq; depoſitum eſt: porro duplum fit, quando cum ſalute noſtra, curam aliorum quoque ſuſcipimus. Nam & ipſe dixit, Ecce ſaluum habes, quod tuum eſt, ſed hoc ad excuſationem illi ſatis non fuit. *Matth. 25. 25.* Oportuit enim, inquit, te cōmittere numulariis, quod tibi commiſſum eſt. At tu mihi, quam leuia ſint Domini mandata conſidera. Homines enim eos, qui pecunias heriles dāt fœnori, etiam repetitioni reddunt obnoxios. C Tu commiſiſti, tu, inquit, repete: nullū mihi cum eo qui recepit, negotium eſt: Deus vero nō ita, ſed committere iubet tantum, at non item repetitioni nos reddit obnoxios. Quippe in poteſtate oratoris eſt, vt conſulat, non vt perſuadeat. Quapropter ad cōmittendū ſolùm te obligo; non item ad repetēdum. Quid hoc leuius eſt? attamē durum appellabat tā mitē ac benignum dominū ſeruus. Ea quippe improborū & inertium eſt cōſuetudo ſeruorū: peccatorum ſuorum culpā ſemper in dominos ſuos reiiciūt. Idcirco cruciatus & compedibus vin- D ctús ille in tenebras exteriores eiiciebatur. Quod ne nobis etiam accidat, doctrinam fratribus cōmittamus, ſiue perſuadeantur, ſiue nō perſuadeātur. Si enim perſuaſi fuerint, & de ſeipſis & de nobis bene merebūtur: ſi non fuerint perſuaſi, ſupplicium ſibi accerſent ineuitabile, nobis autem ne tantillum quidē nocere poterūt. Quod enim noſtri muneris fuit, prǣſtitimus, cū cōſiliū dederimus: q. ſi perſuaſi nō fuerint, nihil inde poſſumus capere detrimēti. Siquidem crimen eſt, non ſi minimè perſuaſeris, ſed ſi minimè cōſilium de-

deris: vbi verò cohortatione, conſilióque cõtinuo frequẽtiq; perfuncti fuerimus, nõ iam à nobis, ſed ab illis rationem Deus exiget. Vellem equidem, euidenter noſſe vos illos aſſiduè cohortando perſeuerare, & num in eadẽ ſemper illi negligentia perſiſtant, nec vnquam vobis moleſtiam exhiberem: iam verò timeo, ne inertiæ incuriæque noſtræ vitio maneant incorrecti. Neque enim fieri poteſt, vt qui cohortatione doctrináque frequenter fruatur, melior ſtudioſiórque non fiat. Ac vulgare quidem eſt illud prouerbium, quod dicturus ſum, veruntamen hoc ipſum teſtatur. Stillula enim, inquit, mollis aquæ ſaxum aſſiduo cauat ictu. Tametſi quid aqua mollius? quid ſaxo durius? attamen aſſiduitas naturã vincit. Quod ſi naturam vincit aſſiduitas, multo magis voluntatem poterit ſuperare. Non ludus eſt Chriſtianiſmus, nec res ſuperuacanea. Continuè iſta dicimus, & nihil proficimus. Quãtum mihi cenſetis dolorem inuri, cum recordor feſtis quidem diebus vaſta maris æquora collectarum turbas imitari, iam verò ne quotamuis quidem partẽ huius illius multitudinis congregari? Vbi nunc ſunt, qui nobis in ſolennitatibus moleſtiam exhibent? illos requiro, & illorum cauſſa lugeo, dum mihi venit in mentem, quanta pereat eorum multitudo, qui ſalui erant, quantam faciam fratrum iacturam? quàm exiguum in numerum redigantur, qui ſalutem adipiſcuntur, vt maior pars corporis Eccleſiæ mortuo & immobili corpori aſſimiletur? Quid illud ad nos attinet, dicet aliquis? Ad vos quidem certe maxime attinet, qui non eos curatis, non adhortamini, non conſilio iuuatis, ad vos qui neceſſitatem non imponitis, neque vi pertrahitis, & ab illa ſumma negligentia reuocatis. Non enim tantum nobis prodeſſe nos debere, ſed & multis oſtendit Chriſtus, cum ſalem nos, ac fermentum, & lucem vocauit. Hæc enim aliis vtilia ſunt & commoda. Nam lucerna non ſibi lucet, at illis qui ſedent in tenebris: & tu lucerna es, non vt lumine ſolus fruaris, ſed vt illum errantem reducas. Quid namque prodeſt lucerna, quando in tenebris ſedenti non lucet?

Prouerbiũ Gutta cauat lapidem.

Non ſolis nobis nati ſumus.

A μετὰ δὲ τὴν παραίνεσιν καὶ τὴν συμβουλὴν τὴν διηνεκῆ καὶ τὴν συνεχῆ, οὐκέτι πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ἔσται ὁ λόγος τῷ θεῷ. ἐβουλόμην γοῦν εἰδέναι σαφῶς, ὅτι παραινοῦντες αὐτοὺς διατελεῖτε, καὶ εἰ διαπαντὸς μένουσιν ἐπὶ τῆς ῥαθυμίας ἐκεῖνοι, καὶ οὐκ ἂν ὑμῖν οὐδέποτε ἠνώχλησα· νῦν δέδοικα, μήποτε ἐκ τῆς ὑμετέρας ἀπροσεξίας καὶ ἀμελείας μένουσιν ἀδιόρθωτοι. καὶ γὰρ ἀμήχανον ἄνθρωπον συνεχῶς ἀπολαύοντα παραινέσεως καὶ διδασκαλίας, μὴ γενέσθαι βελτίω καὶ σπουδαιότερον. καὶ δημώδης μέν ἐστιν ἡ παροιμία, ἣν ἐρεῖν μέλλω· πλὴν B ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο συνίστησι. πέτραν γὰρ κοιλαίνει, φησί, ῥανὶς ὑδάτων ἐνδελεχοῦσα. καίτοι τί μαλακώτερον ὕδατος, τί δὲ πέτρας σκληρότερον; ἀλλ' ὅμως ἡ ἐνδελέχεια τὴν φύσιν ἐνίκησεν. εἰ δὲ φύσιν ἐνδελέχεια νικᾷ, πολλῷ μᾶλλον προαιρέσεως δύναιτ' ἂν περιγενέσθαι. οὐκ ἔστι παίγνια ὁ χριστιανισμός, ἀγαπητοί, οὐδὲ πρᾶγμα πάρεργον. συνεχῶς ταῦτα λέγομεν, καὶ οὐδὲν πλέον ποιοῦμεν. πῶς οἴεσθέ με ὀδυνᾶσθαι, ἀναμιμνησκόμενον ὅτι ἐν μὲν ταῖς πανηγύρεσι πελάγη θαλάττης μακρὰ μιμεῖται C τῶν συνάξεων τὰ πλήθη, νῦν δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τοῦ πλήθους ἐκείνου μέρος ἐνταῦθα συλλέγεται, ποῦ νῦν εἰσιν οἱ διενοχλοῦντες ἡμᾶς ἐν ταῖς ἑορταῖς; ἐκείνους ἐπιζητῶ, καὶ δι' ἐκείνους ὀδύρομαι, ἐννοῶν ὅσον πλῆθος ἀπόλλυται τῶν σωζομένων, ὅσην ἀδελφῶν ὑπομένω ζημίαν. πῶς εἰς ὀλίγους τὰ τῆς σωτηρίας περιίσταται, καὶ τὸ πλέον τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας μέρος νεκρῷ καὶ ἀκινήτῳ προσέοικε σώματι. καὶ τί πρὸς ἡμᾶς, φησί; πρὸς ὑμᾶς μὲν οὖν μάλιστα, τοὺς μὴ θεραπεύοντας, τοὺς μὴ παραινοῦντας καὶ συμβουλεύοντας, πρὸς ὑμᾶς οὐκ D ἐπιτιθέντας ἀνάγκην καὶ μετὰ βίας ἕλκοντας καὶ τῆς πολλῆς ἀπάγοντας ῥαθυμίας. ὅτι γὰρ οὐχ ἑαυτῷ χρήσιμον εἶναι χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς, ἐδήλωσεν ὁ Χριστός, ἅλας ὑμᾶς καὶ ζύμην καλέσας καὶ φῶς. ταῦτα δὲ ἑτέροις ἐστὶ χρήσιμα καὶ λυσιτελῆ. καὶ γὰρ ὁ λύχνος οὐχ ἑαυτῷ φαίνει, ἀλλὰ τοῖς ἐν σκότῳ καθημένοις· καὶ σὺ λύχνος εἶ, οὐχ ἵνα τοῦ φωτὸς ἀπολαύσῃς μόνος, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνον τὸν πεπλανημένον ἐπαναγάγῃς. τί γὰρ ὄφελος λύχνου, ὅταν μὴ φαίνῃ τῷ ἐν τῷ σκότει καθημένῳ,

τί δὲ ὄφελος χριστιανοῦ, ὅταν μηδένα κερδαίνῃ, A μηδὲ πρὸς ἀρετὴν ἐπαναγάγῃ; πάλιν τὸ ἅλας οὐχ ἑαυτὸ ἐπισφίγγει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σεσηπότα τῶν σωμάτων συστέλλει, καὶ οὐκ ἀφίησι διαρρυέντα ἀπολέσθαι. οὕτω δὴ καὶ σὺ ἐπειδὴ ἅλας σε κατεσκεύασεν ὁ θεὸς πνευματικόν, τὰ σεσηπότα μέλη, τουτέστι, τοὺς ῥαθύμους ἀδελφοὺς καὶ βαναύσους ἐπίσφιγξον καὶ σύστειλον, καὶ τῆς ῥᾳθυμίας, ὥσπερ τινὸς σηπεδόνος, ἀπαλλάξας, ἕνωσον τῷ λοιπῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας. διὰ τοῦτό σε καὶ ζύμην ἐκάλεσε. καὶ γὰρ καὶ ἡ ζύμη οὐχ ἑαυτὴν ζυμοῖ, ἀλλὰ τὸ λοιπὸν φύραμα, τὸ πολὺ καὶ ἄφατον, ἡ μικρὰ καὶ βραχεῖα. οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς· εἰ καὶ ὀλίγοι B ἐστὲ κατὰ τὸν ἀριθμόν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ δυνατοὶ τῇ πίστει καὶ τῇ κατὰ θεὸν γίνεσθε σπουδῇ. ὥσπερ οὖν ἡ ζύμη οὐκ ἀσθενεῖ διὰ τὴν βραχύτητα, ἀλλὰ περιγίνεται διὰ τὴν ἐγκειμένην αὐτῇ θερμότητα καὶ τὴν τῆς ποιότητος δύναμιν· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς δυνήσεσθε πολλῷ πλείονας πρὸς τὴν αὐτὴν ὑμῖν ἐπαναγαγεῖν σπουδήν, ἂν θέλητε. εἰ δὲ τὸ θέρος προβάλλοιντο (καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀκούω λεγόντων, ὅτι σφοδρὸν τὸ πνῖγος νῦν, τὸ καῦμα ἀφόρητον, οὐκ ἰσχύομεν στενοχωρεῖσθαι καὶ θλίβεσθαι ἐν τῷ πλήθει, ἱδρῶτι πάντοθεν περιρρεόμενοι καὶ C ἀγχόμενοι τῇ θέρμῃ καὶ τῇ στενοχωρίᾳ) αἰσχύνομαι μὲν ὑπὲρ αὐτῶν, πιστεύσατε. γυναικώδεις γὰρ αἱ σκήψεις, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκείναις πρὸς συγγνώμην ἀρκοῦσαι αἱ προφάσεις, αἷς μαλακώτερα τὰ σώματα, καὶ ἀσθενεστέρα ἡ φύσις. πλὴν εἰ καὶ αἰσχρὸν τὸ ἀποκρίνασθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀπολογίαν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ὅμως. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι τοιαῦτα προφασίζονται, καὶ οὐκ ἐρυθριῶσι, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὐκ αἰσχύνεσθαι χρὴ πρὸς ταῦτα ἀντιλέγοντας. τί οὖν εἴποιμι τοῖς ταῦτα προβαλλομένοις; τῶν τριῶν παίδων ἀ- D ναμνῆσαι αὐτοὺς βούλομαι τῶν ἐν τῇ καμίνῳ καὶ ἐν τῇ φλογί, οἳ πανταχόθεν αὐτοὺς περιτρέχον τὸ πῦρ ὁρῶντες, καὶ τῷ στόματι καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ αὐτῇ περικεχυμένον τῇ ἀναπνοῇ, οὐκ ἐπαύσαντο τὸν ἱερὸν καὶ μυστικὸν ἐκεῖνον ὕμνον ᾄδοντες τῷ θεῷ μετὰ τῆς κτίσεως, ἀλλὰ τῶν ἐν λειμῶνι διατριβόντων, ἐν μέσῃ τότε ἑστῶτες τῇ πυρᾷ, προθυμότερον τὴν εὐφημίαν τῷ κοινῷ τῶν ὅλων ἀνέπεμπον δεσπότῃ· καὶ μετὰ τῶν τριῶν παίδων τούτων, τῶν λεόντων αὐτοὺς τῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τοῦ Δανιὴλ καὶ τοῦ λάκκου· οὐχὶ δὲ τούτου μόνου,

quæ porro vtilitas Chriſtiani, quando neminem lucratur, nec ad virtutem reducit? Rurſus non ſeipſum adſtrin- *Mat. 5. 13.* git ſal tantum, ſed & corpora quæ corrumpũtur cohibet, neque diffluere ac perire permittit. Sic tu quoque, quandoquidem ſpiritualem te ſalem Deus effecit, membra corrupta, hoc eſt deſides fratres, & qui mechanicas exercent artes adſtringe & colliga, deſidiaque tanquã vlcere quopiam putrido liberatum cum reliquo Eccleſię corpore copulato. Propterea te fer- *Mat. 13. 33.* mentũ appellauit: ſiquidem fermentũ etiã non ſeipſum fermẽtat, ſed reliquã maſſam ingentẽ licet & immenſã, ipſũ paruũ cum ſit & breue. Sic nimirum vos quoque: quanquã numero pauci eſtis, multi tamen ac potentes eſtote fide ac ſtudio erga cultũ Dei. Vt igitur fermentum propter exiguitatẽ imbecille non eſt, ſed propter inſitum à natura calorem, ac virtutem qualitatis exuperat: ſic vos nimirũ multo plures poteritis ad eundem feruorem ac ſtudium reducere ſi velitis. Quod ſi æſtatem obtendant (ſiquidem hoc quoq; illos audio dicentes, vehementẽ nunc æſtũ eſſe, atque intolerandos calores: non poſſumus coarctari & in tanta turba comprimi, vndique ſudore diffluere, æſtu grauati, & in anguſtias redacti) pudet me illorum mihi credite. ſunt enim muliebres iſti prętextus, vel potius ne illis quidem ad obtinẽdam veniam excuſationes iſtæ ſufficerent, quibus molliora ſunt corpora & imbecillior natura. Quanquã autem eiuſmodi defenſionẽ reſponſione diluere turpe videbitur, neceſſariũ eſt tamen. Si enim illi has obtendere excuſationes non erubeſcunt, multo magis nos pudere nõ debet hæc refellere. Quid *Tres pueri* ergo hęc obtendentibus opponemus? *Dan 6. 24* Trium puerorũ illis memoriam volo refricare, qui cum in fornace, ac mediis flammis verſarentur, cum vndique ſe cernerent ignibus obſideri, qui in os, in oculos in anhelitum ipſum incurrerent, ſacrũ illum & myſticum hymnum cum creaturis Deo canere nõ ceſſarunt, ſed alacrius quam ſi in prato verſati fuiſſent tum in medio rogo ſtantes communi domino vniuerſorum laudes offerebant, & cum tribus his pueris leonũ in Babylone, Danielis & lacus, neque vero tantum huius

A ſed & alterius lacus, ac prophetæ, luti que, quo ad collum vſque ſuffocabatur Hieremias, vt recordentur, illos obſecro. Et ex lacubus iſtis aſcendens in carcerem introducere iſtos volo, qui calores obtendunt, Paulumque monſtrare ac Silam con pedibus illic præpeditos, veſtigiis verberum ſigillatos, quibus totum corpus vulneribus plagarúmque fuerat multitudine laceratum, media nocte Deum laudantes & ſacras illas vigilias celebrantes. An non enim abſurdum eſt ſanctos quidem illos, cum in fornace, & igne, & lacu, & beluis, &
B luto, & carcere, & compedibus, & plagis, & ergaſtulis, & intolerandis verſarentur malis, nihil vnquam horum culpare, ſed multa cum animi contentione & ardore perpetuo precibus & hymnis ſacris operã dare: nos qui non vllam exiguam, non magnam ex illis quæ enumeratæ ſunt paſſionibus tolerauimus, ob æſtum & calorem modicum ac ſudorem noſtrę ipſorum ſalutis curam deponere, ac relictis collectis foris vagari, noſque cœtibus deprauandos immiſcere, in quibus nihil non vitioſum eſt & corruptum?
C Tantus ſacrorum eloquiorum eſt ros, & æſtum obiicis? Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: & rurſus, Qui credit in me, ſicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuę. An tu quæſo, cum intus fontes habeas, & flumina ſpiritualia, ſenſilem calorem times? at in foro quæſo, vbi tantus eſt ſtrepitus, tot anguſtiæ, ac multus æſtus, qui fit vt calores & ſolis ardorem non obtendas? Non enim, opinor, id dicere potes, illic frigidiore licere aëris aura frui, hic vero totum
D nobis collectum calorem ſæuire: quin potius contrarium penitus, hic quidem vbi cruſtis lapideis ſolum conſtratum eſt, & ob reliquam ædis ſacræ fabricam (ſiquidem in immenſam aſſurgit altitudinem) leuior & frigidior eſt aër: at illic multus vndique ſol irradiat, multæ anguſtiæ, fumus, puluis, & alia plura, quæ maiorẽ iſtis moleſtiam exhibent. Ex quo intelligitur inertiæ & mollitiei animi, qui Spiritus ſancti flamma ſit deſtitutus, has ineptas excuſationes eſſe tribuendas

Ioan. 4. 14 & 7. 38

A ἀλλὰ καὶ ἑτέρου λάκκου καὶ προφήτου, καὶ βορβόρου μέχρι τραχήλου τὸν Ἱερεμίαν ἀποπνίγοντος ἀναμνησθῆναι πάλιν αὐτοὺς ἀξιῶ. καὶ ἀπὸ τῶν λάκκων ἀναβὰς, εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον βούλομαι τούτους τοὺς τὸ καῦμα προβαλλομένους, καὶ δεῖξαι τὸν Παῦλον ἐκεῖ καὶ τὸν Σίλαν τῷ ξύλῳ προσδεδεμένους, μωλώπων γέμοντας καὶ τραυμάτων, τῷ πλήθει τῶν πληγῶν ἅπαν καταξανθέντας τὸ σῶμα, ἐν μέσῃ τῇ νυκτὶ τὸν θεὸν ὑμνοῦντας, καὶ τὴν ἱερὰν ἐκείνην παννυχίδα ἐπιτελοῦντας. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τοὺς μὲν ἁγίους ἐκείνους ἐν καμίνῳ καὶ πυ-
B ρὶ καὶ λάκκῳ καὶ θηρίοις καὶ βορβόρῳ καὶ δεσμωτηρίῳ, καὶ ξύλῳ καὶ πληγαῖς καὶ φυλακαῖς καὶ τοῖς ἀφορήτοις ὄντας δεινοῖς, μηδὲν τούτων αἰτιᾶσθαι πώποτε, ἀλλὰ μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου καὶ προθυμίας ζεούσης εὐχαῖς καὶ ὕμνοις ἱεροῖς ἐνδιατρίβειν διηνεκῶς. ἡμᾶς δὲ οὐ μικρὸν, οὐ μέγα τῶν ἀπηριθμημένων ὑπομείναντας παθῶν, διὰ καῦμα καὶ θέρμην βραχεῖαν καὶ ἱδρῶτα τῆς οἰκείας αὐτῶν ἀμελεῖν σωτηρίας, καὶ τὰς συνάξεις ἀφέντας ἔξω πλανᾶσθαι, συλλόγοις προσφθειρομένους οὐδὲν ἔχουσιν ὑγιές;
C τοσαύτη δρόσος τῶν θείων λογίων, καὶ καῦμα προβάλλῃ; Τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, φησὶν ὁ Χριστὸς, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ πάλιν, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. πηγὰς ἔχων ἔνδον, εἰπέ μοι, καὶ ποταμοὺς πνευματικοὺς, καῦμα δέδοικας αἰσθητόν; ἐπὶ δὲ τῆς ἀγορᾶς, εἰπέ μοι, ἔνθα τοσοῦτος θόρυβος καὶ στενοχωρία καὶ πολὺς ὁ καύσων, πῶς οὐ προβάλλῃ πνῖγος καὶ θέρμην, οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἔχεις ἂν εἰπεῖν,
D ὅτι ἐκεῖ μὲν ψυχροτέρας τῆς τοῦ ἀέρος φύσεώς ἐστιν ἀπολαύειν, ἐνταῦθα δὲ ἅπαν ἡμῖν συνῆκται τὸ πνῖγος· ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον, ἐνταῦθα μὲν καὶ ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης πλακὸς, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης τοῦ οἴκου κατασκευῆς (καὶ γὰρ εἰς ὕψος ἀνέστηκεν ἄφατον) κουφότερος καὶ ψυχρότερος ὁ ἀήρ· ἐκεῖ δὲ πολὺς μὲν ἥλιος πανταχοῦ, πολλὴ δὲ ἡ στενοχωρία καὶ καπνὸς καὶ κόνις, καὶ ἕτερα πολλῷ πλείονα τούτων ἐπιτείνοντα τὴν ἀηδίαν. ὅθεν δῆλον, ὅτι ῥαθυμίας καὶ ψυχῆς ἀναπεπτωκυίας καὶ τῆς τοῦ πνεύματος φλογὸς ἀπεστερημένης αὗται αἱ προφάσεις αἱ ἄλογοι.

ταῦτα οὐχὶ πρὸς ἐκείνους τοσοῦτον ἀποτεινόμενος λέγω νῦν, ὅσον πρὸς ὑμᾶς τοὺς οὐκ ἐπισπωμένους, τοὺς οὐκ ἀνιστῶντας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας, καὶ πρὸς τὴν σωτηρίαν ταύτην ἕλκοντας τράπεζαν. καὶ οἰκέται μὲν κοινὴν μέλλοντες ἐκπληροῦν διακονίαν, τοὺς αὐτῶν συνδούλους καλοῦσιν· ὑμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ταύτην μέλλοντες ἀπαντᾶν ὑπηρεσίαν, περιορᾶτε τοὺς ὁμοδούλους τοῦ κέρδους ἀποστερουμένους. τί οὖν, εἰ μὴ βούλοιντο, φησί; ποίησον αὐτοὺς βουληθῆναι τῇ συνεχεῖ προσεδρείᾳ. ἂν γὰρ ἴδωσιν ἐπικειμένους ἡμᾶς, πάντως βουλήσονται. ἀλλὰ γὰρ σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις. πόσοι γοῦν ἐνταῦθα πατέρες εἰσί, καὶ τοὺς υἱοὺς οὐκ ἔχουσι μεθ' ἑαυτῶν ἑστῶτας; μὴ καὶ τὸ τέκνων ἐπισπάσασθαί σοι δύσκολον ἦν, ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ οἱ λοιποὶ οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ῥαθυμίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὴν ὑμετέραν ὑπεροψίαν ἔξω μένουσιν. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γοῦν διαναστῆτε, καὶ μετὰ τοῦ μέλους ἕκαστος εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσίτω, καὶ πατὴρ υἱόν, καὶ υἱὸς τὸν γεγεννηκότα, καὶ γυναῖκας ἄνδρες, καὶ ἄνδρας γυναῖκες, καὶ δεσπότης δοῦλον, καὶ ἀδελφὸς ἀδελφόν, καὶ φίλος φίλον διεγειρέτω καὶ παρορμάτω πρὸς τὴν ἐνταῦθα σύνοδον· μᾶλλον δὲ μὴ τοὺς φίλους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθροὺς καλῶμεν ἐπὶ τὸν κοινὸν τοῦτον τῶν ἀγαθῶν θησαυρόν. ἂν ἴδῃ σου τὴν πρόνοιαν ὁ ἐχθρός, καταλύσει τὴν ἀπέχθειαν πάντως. εἰπὲ πρὸς αὐτόν, οὐκ αἰσχύνῃ Ἰουδαίους, οὐδὲ ἐρυθριᾷς, οἳ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας τὸ σάββατον φυλάττουσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας αὐτῆς, πάσης ἐργασίας ἀφίστανται, κἂν ἴδωσι τὸν ἥλιον πρὸς δυσμὰς ἐπειγόμενον ἐν τῇ τῆς παρασκευῆς ἡμέρᾳ, καὶ συμβόλαια διακόπτουσι καὶ πράσεις διατέμνουσι. κἂν πριάμενός τις παρ' αὐτῶν πρὸ τῆς ἑσπέρας, ἐν ἑσπέρᾳ τὴν τιμὴν ἔλθῃ κομίζων, οὐκ ἀνέχονται λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδέξασθαι τὸ ἀργύριον. καὶ τί λέγω τιμὴν ὠνίων καὶ συμβόλαια; κἂν θησαυρὸν ἐξῇν λαβεῖν, ἕλοιντ' ἂν ἀπολέσαι τὸ κέρδος, ἢ καταπατῆσαι τὸν νόμον. εἶτα Ἰουδαῖοι μὲν, καὶ ταῦτα ἀκαίρως τηροῦντες τὸν νόμον, οὕτως εἰσὶν ἀκριβεῖς, καὶ φυλακῆς ἀντέχονται οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελούσης, ἀλλὰ καὶ καταβλαπτούσης· σὺ δὲ, ὁ τῆς σκιᾶς ἀνώτερος, ὁ τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἰδεῖν καταξιωθεὶς, ὁ πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν πολιτείαν τελῶν, οὐδὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐπιδείκνυσαι σπουδὴν τοῖς τῇ κακίᾳ προσεδρεύουσιν ἀκαίρως,

A Hæc non tam ad illos à me dicta diriguntur, quam ad vos, qui non illos pertrahitis, qui non ab inertia reuocatis, & ad ſalutarem hanc menſam adducitis. Ac ſerui quidem cum commune miniſterium obituri ſunt, aduocant ſuos conſeruos: vos verò à quibus hoc ſpirituale obſequium exhibendum eſt, conſeruos ſinitis veſtros hoc quæſtu priuari. Quid ſi nolint ipſi, dicet aliquis? effice aſſiduè inſtando, vt velint. Si enim vrgentes nos viderint, omnino volent. At enim prætextus hæc ſunt & fictæ excuſationes. Quam multi namque ſunt patres, qui ſecum B ſtantes non habent filios? num etiam liberos huc pertrahere non poteras? ex quo apparet cæteros quoque non ob inertiam tantum ſuam, ſed & ob veſtram incuriam foris manere. At licet non prius, nunc ſaltem excitamini, & cum membro ſuo quiſque in eccleſiam ingrediatur, & pater filium, & genitorem filius, & viri vxores, & viros vxores, & ſeruum herus, & frater fratrem, & amicus amicum excitet, & ad hunc conuentum frequentandum inſtiget: immo verò nō C amicos tantum, ſed inimicos etiam ad communem hunc bonorum theſaurum inuitemus. Si curam viderit tuam inimicus, odium planè deponet. Dic illi, Non verecundaris, nec erubeſcis Iudæos, qui tanta cum diligentia ſabbatum cuſtodiūt, atque ab ipſa iam veſpera ab omni opere abſtinent? quod ſi die Paraſceues Solem videant ad occaſum vergentem, & pacta reſcindunt, & emptiones interrumpunt. Quod ſi quis cum ante veſperam emiſſet, veſpere veniens pretium adferat, non ſuſtinent acci- D pere, nec pecuniam admittunt. Quid dico precium rerum venalium, & pacta? quamuis theſaurum accipere liceret, lucrum illud mallent amittere, quam legem violare. Ergone Iudæi, tametſi legem intempeſtiuè cuſtodiant, ita ſunt accuratè diligentes, & ita ſtudioſi ſunt obſeruationis, quę nihil eis prodeſt, immo etiam nocet: tu qui iam vmbra ſuperior es, cui Solem iuſtitiæ videre conceſſum eſt, qui iam ad cœlorum municipatū pertines, ne eandem quidem cum iis, qui vitio intempeſtiuè adhærent, ſolicitudinem ac ſtudium exhibes,

Iudæorum diligentia circa Paſcha.

Phil. 3. 20.

tu cui veritas ipſa eſt credita: ſed ad A modicã diei partem huc vocatus, ne eam quidem ſacrorum eloquiorũ auditioni dignaris impendere, quã tandem veniam quæſo mereri queas? quã vero poteris legitimam & iuſtã excuſationẽ afferre? Non poteſt fieri, planè non poteſt, vt qui tam negligens ſit ac piger vnquã venia dignus habeatur, licet millies ſecularium negotiorũ occupationes obtendat. Neſcis, quotieſcunque huc veniens Deũ adoraueris, & conuẽtus iſtius particeps fueris, ea quæ præ manibus ſunt negotia facilia tibi & expedita reddi? ſecularib⁹ curis premeris? earũ igitur cauſſa huc B ventita, vt cum tibi Dei beneuolentiam cõciliaueris, quod hic verſatus fueris, ita cum ſecuritate diſcedas: vt illũ habeas adiutorẽ, vt cœleſtis manus auxilio ſeptus dæmonibus fias inuictus. Si paternis precibus fruaris, ſi communis orationis particeps fias, ſi eloquia ſacra audiueris, ſi Dei tibi auxiliũ cõparaueris, ſi his armis communitus egreſſus fueris, ne Diabolus quidẽ ipſe contra te deinceps oculos audebit attollere, nedum homines improbi quibus ſtudio eſſe ſolet, vt cõtumeliis cæ C teros & calumniis perſequãtur. Quod ſi ex ædibus in forũ egreſſus eiuſmodi nudatus armis offẽdaris, omniũ qui te cõtumeliis infeſtabãt, facile vincẽdus patebis incurſibus. Idcirco & in priuatis & in publicis nobis negotiis nequaquam ex animi ſententia nobis multa ſuccedunt, quod ea quę ſpiritualia ſũt non prius ſtudioſè accurauerimus, ac deinde ſecularia, ſed ordinẽ inuerterimus. Idcirco negotiorum quoq; ſeries ac rectus ordo inuertitur, & omnia plane turbantur. Quantũ mihi dolorẽ ac moleſtiã inuri putatis, cum cogito D venientẽ quidẽ feſto ac ſolẽnitate, licet nullus ſit qui vocet, totam cõcurrere ciuitatẽ: vbi vero feſtũ ſolennitaſque tranſierit, toto licet die perſeueremus nos diſrumpentes & vos aduocantes, nullũ tamen eſſe qui attendat? Hęc enĩ ſępenumero cũ mẽte verſarẽ, grauiter ingemui, & hæc apud me verba faciebã: Quid cohortatione vel conſilio eſt opus, cum vos conſuetudine tantũ cũcta faciatis, nec vllius noſtræ doctrinę opera prõptiores reddamini? Cum enim feſtis quidẽ dieb⁹ noſtra cohortatione nihil indigeatis, poſtquã autẽ illi præterierint, nullã ex doctrina vtilitatẽ per-

Secularia bene ſuccedunt, ſi Deus colatur.

ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐγχειρισθείς· ἀλλὰ μικρὸν μέρος ἡμέρας ἐνταῦθα καλούμενος, οὐδὲ τοῦτο ὑπομένεις ἀναλῶσαι πρὸς τὴν τῶν θείων ἀκρόασιν λογίων, καὶ ποίας ἂν τύχοις συγγνώμης, εἰπέ μοι; τίνα δὲ ἕξεις ἀπολογίαν εἰπεῖν εὔλογον καὶ δικαίαν; οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν οὕτως ἀμελῆ καὶ ῥᾴθυμον συγγνώμης τυχεῖν ποτε, κἂν μυριάκις ἀνάγκας προβάλληται πραγμάτων βιωτικῶν. οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν ἐλθὼν προσκυνήσῃς τὸν θεόν, καὶ μετάσχῃς τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, μᾶλλόν σοι τὰ ἐν χερσὶν εὐμαρέστερα γίνεται πράγματα; βιωτικὰς ἔχεις φροντίδας; διὰ ταύτας μὲν οὖν ἐνταῦθα ἀπάντησον, ἵνα τὴν B εὔνοιαν ἐπισπασάμενος τοῦ θεοῦ διὰ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς, οὕτω μετ' ἀσφαλείας ἐξέλθῃς· ἵνα ἔχῃς αὐτὸν σύμμαχον, ἵνα ἀκαταγώνιστος γένῃ τοῖς δαίμοσιν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοηθούμενος χειρός. ἂν ἀπολαύσῃς εὐχῶν πατρικῶν, ἂν μετάσχῃς κοινῆς εὐχῆς, ἂν ἀκούσῃς θείων λογίων, ἂν ἐπισπάσῃ τοῦ θεοῦ τὴν βοήθειαν, ἂν τούτοις τοῖς ὅπλοις φραξάμενος οὕτως ἐξέλθῃς, οὐδὲ αὐτὸς ὁ διάβολος ἀντιβλέψαι δυνήσεταί σοι λοιπόν, μήτιγε ἄνθρωποι πονηροί, σπουδάζοντες ἐπηρεάζειν καὶ συκοφαντεῖν. ἂν δὲ ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐπὶ τὴν ἀγο- C ρὰν ἔλθῃς, γυμνὸς τῶν ὅπλων τούτων εὑρεθείς, εὐχείρωτος ἔσῃ τοῖς ἐπηρεάζουσιν ἅπασι. διὰ τοῦτο πολλὰ καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασι παρὰ γνώμην ἡμῖν ἀπαντᾷ, ὅτι οὐ περὶ τὰ πνευματικὰ πρότερον ἐσπουδάκαμεν, καὶ τότε περὶ τὰ βιωτικά, ἀλλ' ἀνεστρέψαμεν τὴν τάξιν· διὰ τοῦτο καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἀκολουθία καὶ εὐθύτης ἀνεστράπηται, καὶ πολλῆς ἡμῖν ἅπαντα γέμει ταραχῆς. πῶς οἴεσθέ με ὀδυνᾶσθαι καὶ ἀλγεῖν, ὅταν ἐννοήσω, ὅτι πανηγύρεως μὲν καὶ ἑορτῆς ἐπιστάσης, κἂν μηδεὶς ὁ καλῶν ᾖ, πᾶσα ἡ πόλις συν- D τρέχει· πανηγύρεως δὲ καὶ ἑορτῆς ἀπελθούσης, κἂν ἅπασαν τὴν ἡμέραν διατελέσωμεν διαρρηγνύντες ἑαυτοὺς καὶ καλοῦντες ὑμᾶς, οὐδεὶς ὁ προσέχων ἐστί. ταῦτα γὰρ πολλάκις ἐν διανοίᾳ στρέφων, χαλεπῶς ἀνεστέναξα, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν εἶπον· τί δεῖ παραινέσεως, ἢ συμβουλῆς, συνηθείᾳ ἁπλῶς ἅπαντα ποιουμένων ὑμῶν, καὶ οὐδὲν ἀπὸ τῆς διδασκαλίας προθυμοτέρων γινομένων τῆς ἡμετέρας; ὅταν γὰρ ἐν ἑορταῖς μὲν μηδὲν δεήσητε τῆς παρ' ἡμῶν παραινέσεως, ἀπελθουσῶν δὲ ἐκείνων, μηδὲν ὠφεληθῆτε παρὰ τῆς ἡμετέρας διδασκαλίας,

οὐχὶ περιττὸν ἡμῶν ἀποφαίνετε τὸν λόγον, τόγε εἰς ὑμᾶς ἧκον; τάχα ἀλγοῦσι πολλοὶ τῶν ταῦτα ἀκουόντων. ἀλλ' οὐχ οὕτως οἱ ῥαθυμοῦντες ἴσασιν. εἰ γὰρ, ἂν ἀπέθεντο τὴν ὀλιγωρίαν, ὡς ἡμεῖς οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ ὑμέτερα μεριμνῶντες. τί τοσοῦτον κερδαίνεις ἐκ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων, ὅσον ζημιοῖς ἑαυτόν; οὐκ ἔστιν ἐξ ἑτέρας συνάξεως ἢ συνόδου τοσοῦτον κέρδος λαβόντας ἀπελθεῖν, ὅσον ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς· κἂν δικαστήριον λέγῃς, κἂν βουλευτήριον, κἂν αὐτὰ τὰ βασίλεια. οὐ γὰρ οἰκονομίαν τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων, οὐδὲ στρατοπέδων ἐπιστασίαν τοῖς ἐνταῦθα εἰσιοῦσιν ἐγχειρίζομεν, ἀλλ' B ἑτέραν ἀρχὴν καὶ αὐτῆς τῆς βασιλείας σεμνοτέραν· μᾶλλον δὲ οὐχ ἡμεῖς ἐγχειρίζομεν, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος χάρις. τίς οὖν ἐστιν ἡ ἀρχὴ ἡ τῆς βασιλείας σεμνοτέρα, ἣν οἱ ἐνταῦθα εἰσιόντες λαμβάνουσι; παιδεύονται τῶν ἀτόπων κρατεῖν, βασιλεύειν ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἄρχειν ὀργῆς, ὑποτάσσειν φθόνον, δουλοῦσθαι κενοδοξίαν. οὐκ ἔστιν οὕτω βασιλεὺς σεμνὸς, ὁ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος τοῦ βασιλικοῦ, καὶ διάδημα περικείμενος, ὡς ἄνθρωπος τὸν ὀρθὸν ἐν ἑαυτῷ λογισμὸν ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἀρχῆς τῶν C δουλοπρεπῶν παθῶν ἀναβιβάσας, καὶ τῇ κατ' ἐκείνων δεσποτείᾳ, καθάπερ τινὶ διαδήματι λαμπρῷ, τὴν κεφαλὴν ἀναδήσας. τί γὰρ ὄφελος ἁλουργίδος, εἰπέ μοι, καὶ χρυσῶν ἱματίων καὶ διαλίθου στεφάνου, ὅταν ἡ ψυχὴ τῶν παθῶν αἰχμάλωτος ᾖ; τί κέρδος ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐλευθερίας, ὅταν κυριώτερον ἐν ἡμῖν δουλαγωγῆται αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς; ὥσπερ γὰρ πυρετοῦ πρὸς τὸ βάθος καταδυομένου, καὶ τὰ ἔνδον ἅπαντα καταφλέγοντος, οὐδὲν ὄφελος ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας τοῦ σώματος, ἂν μηδὲν πάσχῃ τοιοῦτον· D οὕτω, τῆς ψυχῆς ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἔνδον παθῶν παρασυρομένης, οὐδὲν ὄφελος τῆς ἔξωθεν ἀρχῆς, οὐδὲ τῆς καθέδρας τῆς βασιλικῆς, ὅταν ὁ νοῦς μετὰ πολλῆς τυραννίδος ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας ὑπὸ τῶν παθῶν καταστρέφηται, καὶ ὑποκύπτῃ καὶ τρέμῃ τὰς ἐπαναστάσεις αὐτῶν. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, προφῆται καὶ ἀπόστολοι πάντοθεν συντρέχουσι, καταστέλλοντες ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἀλογίας τὴν θηριωδίαν πᾶσαν ἐκβάλλοντες, καὶ τὴν πολλῷ τῆς βασιλείας σεμνοτέραν ἀρχὴν ἡμῖν ἐγχειρίζοντες.

A cipiatis nonne quãtum quidem in vobis ſitum eſt, inutilem ac ſuperuacaneam orationem noſtrã redditis? Sed negligentes ira non ſentiunt: alioquin incuriam ſuam deponerent, vt nos qui quotidie de rebus veſtris ſolliciti ſumus. Quod tantum ex negotiis ſecularibus lucrum colligis, quantum tibi damnum accerſis? fieri nequit, vt ex alio congreſſu conuentúve tantum lucrum reportes, quantum ex eo quod hic verſeris: ſiue iudiciale forum commemores, ſiue curiam, ſiue ipſam Regiam. Non enim gentium vrbiúmque regimen, neque ducatum exercituum his qui ingrediuntur committimus, ſed alium principatum auguſtiorem ipſo regno: vel potius non committimus nos, ſed Spiritus gratia. Quiſnam igitur eſt regia poteſtate auguſtior principatus? quem adipiſcuntur, qui huc ingrediuntur. Docentur abſurdis paſſionibus imperare, prauas libidines regere, iram moderari, inuidiam ſubigere, inanem gloriam in ſeruitutem redigere. Non ita veneratione dignus eſt Imperator in regio cõſidens ſolio, diademate redimitus, atque homo, qui rationem in ſolium dominatus ſeruilium paſſionum ſubuectam, & imperio, quod in illas exercet, tanquam ſplendido quodam reuinctum caput habeat diademate. Quid enim quæſo prodeſt purpurea veſtis, & corona gẽmata, quando paſſionum captiua fuerit anima? quod ex iſta externa libertate lucrum obuenit, quando id quod in nobis potiſſimum dominatur, turpi ac miſerabili ſubiacet ſeruituti? Nam quemadmodum cum febris ad interiora penetrat, & viſcera omnia incendit, nihil nobis prodeſt, ſi ſuperior corporis ſuperficies nihil tale patiatur: ita dum nobis anima interioribus diſtrahitur paſſionibus, nihil externus principatus iuuat, ne ipſius quidem regij ſolij, cum animus violento admodum impetu à paſſionibus de throno regio deuoluatur, & vltro ſe ſubmittat, eorúmq; rebelles inſultus pertimeſcat? Quod ne fiat, vndiq; prophetæ cõcurrunt, & apoſtoli paſſiones noſtras reprimunt, omnem appetitus rationis expertis feritatem à nobis amandant, & multo auguſtiorem regno principatum nobis committunt.

De quibus rebus inſtruantur qui concioni interſunt.

Hac de cauſſa dicebã eos, qui hac ſollicitudine ſe priuãt, lethale ſibi vulnus infligere, ac tantum capere detrimentum, quantũ vlla alia ex parte capere nequeunt: quandoquidem & qui huc ingreſſi fuerint, eiuſmodi quęſtum faciunt, qualẽ aliunde facere nullo modo poſſent: quod & ipſa ſermonis ſe-
Exo.23.15. ries demonſtrauit. Non apparebis in conſpectu Domini vacuus, aiebat lex, hoc eſt abſque ſacrificiis nõ introeas. Quod ſi abſq; ſacrificiis in domũ Dei nõ eſt ingrediẽdũ, multo magis ad collectas cũ fratribus nõ eſt intrãdũ, quippe ſacrificũ iſtud illo melius eſt, & oblatio, cum animũ tecum accipiẽs ingreſſus fueris. Non videris columbas, quæ inſtructæ fuerunt, quo pacto reliquas egreſſę pelliciãt & venentur? hoc nos quoque faciamus. Quænam enim tãdem excuſatio reliqua erit, cũ rationis expertes animantes alias eiuſdem generis venari poſſint, nos autẽ ratione tantaque ſapientia exornati talem capturam negligamus. Superiori concione vos in hæc verba cohoratus ſũ, vnuſquiſq; veſtrũ ad proximi domum pergite, exeuntes præſtolamini, prehendite, atque ad cõmunem matrem adducite: illoſq; qui in ſpectacula theatrorum inſaniũt imitamini, qui ſummo ſtudio quaſi compoſito inter ſe agmine, cũ prima luce ad nefarium illud ſpectaculum contuendũ expectant: at nihil illa noſtra cohortatione promouimus, idcirco rurſus dico, neq. dicere deſinã donec perſuaſero, nihil prodeſt auſcultatio, niſi illã actio comitetur. Immo vero grauiorem nobis pœnam accerſit, cum eadem frequenter audiẽtes, nihil eorũ pręſtamus, quę di-
Ioan.15.22 cũtur. Et vero maius ſuppliciũ imminere, audi quo pacto Chriſtus indicet: Si nõ veniſſem, & loquutus fuiſſẽ eis, peccatũ non haberent, nunc autẽ excuſationẽ non habent de peccato ſuo.
Rom.2.13. Et Apoſtolus pariter: Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Atque ad auditores quidẽ iſta dicũtur: volẽs autẽ concionatorẽ ipſũ docere ne ipſi quidem vllũ ex doctrina, quã cõmunicat, vtilitatẽ aliquã obuenturã, ſi conuerſationẽ cũ doctrina nõ habeat copulatã, & vitã cõuenientẽ orationi, au-
Pſal.49.16 di quo pacto propheta in illũ inuehatur. Nã hic quidẽ ſic ait: Peccatori autẽ dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas,

A διὰ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι οἱ ταύτης ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες τῆς ἐπιμελείας, περὶ τὰ καίρια λαμβάνουσι τὴν πληγὴν, ζημίαν ὑπομένοντες, ὅσην οὐδαμόθεν ἄλλοθεν· ἐπεὶ καὶ κέρδη κερδαίνουσιν ἐνταῦθα ἐρχόμενοι, ὅσα οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν κερδᾶναι δύναιντ' ἄν· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ λόγος ἀπέδειξεν· Οὐκ ὀφθήσῃ ἐνώπιον κυρίου κενὸς, ὁ νόμος ἔλεγε· τουτέστι, χωρὶς θυσιῶν μὴ εἰσέλθῃς. Εἰ δὲ χωρὶς θυσιῶν οὐ δεῖ εἰσιέναι εἰς οἶκον θεοῦ, πολλῷ μᾶλλον εἰς συνάξεις μετὰ ἀδελφῶν χρὴ, βελτίων γὰρ ἐκείνης αὕτη ἡ θυσία καὶ ἡ προσφορὰ, ὅταν ψυχὴν μετὰ σαυτοῦ λαβὼν εἰσέλ-
B θῃς. οὐχ ὁρᾶτε τὰς περιστερὰς τὰς μεμελετηκυίας, πῶς ἐξιοῦσαι θηρεύουσιν ἑτέρας; τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν. ποία γὰρ ἔσται σκῆψις, ὅταν τῶν ἀλόγων τὸ ὁμόφυλον ζῶον δυναμένων θηρεύειν, ἡμεῖς οἱ λόγῳ τιμηθέντες καὶ σοφίᾳ τοσαύτῃ, τῆς τοιαύτης ἄγρας ὑπερορῶμεν; παρῄνεσα τῇ προτέρᾳ διαλέξει λέγων, ἕκαστος ὑμῶν εἰς τὰς οἰκίας ἀπαντήσατε τῶν πλησίον, ἀναμείνατε ἐξελθόντας, κατάσχετε, καὶ ἐπαναγάγετε πρὸς τὴν κοινὴν μητέρα· καὶ τοὺς θεατρομανοῦντας μιμήσασθε, οἱ μετὰ πάσης σπουδῆς ἀλλήλοις συνταξά-
C μενοι, οὕτως ὑπὸ τὴν ἕω πρὸς τὴν παράνομον ἀναμένουσι θέαν ἐκείνην· ἀλλ' οὐδὲν πλέον ἡμῖν γέγονεν ἀπὸ τῆς παραινέσεως ἐκείνης. διὰ τοῦτο πάλιν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ἕως ἂν πείσω. οὐδὲν ὠφελεῖ ἀκρόασις, ἐὰν μὴ πρᾶξις αὐτῇ παρῇ. βαρυτέραν οὖν ἡμῖν ποιεῖ τὴν τιμωρίαν, ὅταν συνεχῶς τῶν αὐτῶν ἀκούοντες, μηδὲν τῶν λεγομένων ποιῶμεν. καὶ ὅτι βαρυτέρα ἡ κόλασίς ἐστιν, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας. καὶ
D ὁ ἀπόστολος δὲ, Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. καὶ πρὸς τοὺς μὲν ἀκούοντας φησὶ ταῦτα· βουλόμενος δὲ καὶ τὸν λέγοντα παιδεῦσαι, ὅτι οὐδὲ ἐκείνῳ κέρδος ἔσται τι πλέον ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, ὅταν μὴ πολιτείαν ἔχῃ τῇ διδασκαλίᾳ συνεζευγμένην, καὶ συμβαίνοντα τῷ λόγῳ τὸν βίον, ἄκουσον πῶς καὶ ὁ ἀπόστολος πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται, καὶ ὁ προφήτης. ὁ μὲν γάρ φησι, Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεὸς, ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου,

καὶ ἀνα-

καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου, σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν; ὁ δὲ ἀπόστολος πρὸς αὐτοὺς τούτους πάλιν ἀποτεινόμενος, τοὺς ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ μεγαφρονοῦντας, οὕτω πως φησί· Πέποιθας σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων· ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ἐπεὶ οὖν οὔτε ἐμὲ τὸν λέγοντα τὸ λέγειν, οὔτε ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντας τὸ ἀκούειν ἄνευ τοῦ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις ὠφελῆσαι δυνήσεται ἄν, ἀλλὰ καὶ καταδικάζει πλέον, μὴ μέχρι τῆς ἀκροάσεως τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν ἔργων φυλάττωμεν τὰ λεγόμενα. καλὸν μὲν γὰρ τὸ διηνεκῶς ἐνδιατρίβειν θείων ἀκροάσει λογίων· ἀλλὰ τὸ καλὸν τοῦτο ἄχρηστον γίνεται, ὅταν τὴν ἐκ τῆς ὑπακοῆς ὠφέλειαν μὴ ἔχῃ συνεζευγμένην. ἵνα οὖν μὴ μάτην ἐνταῦθα συλλέγησθε, μετὰ πάσης σπουδῆς, ὃ πολλάκις ὑμῶν ἐδεήθην, καὶ δεόμενος οὐ παύσομαι, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῖν ἐπισπάσασθε, τοὺς πλανωμένους παραινέσατε, συμβουλεύσατε, μὴ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. μείζων αὕτη ἡ διδασκαλία ἡ διὰ τῶν τρόπων, ἡ διὰ τῆς πολιτείας. κἂν μηδὲν εἴπῃς, ἐξέλθῃς δὲ ἀπὸ συνάξεως, διὰ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ βλέμματος καὶ τῆς φωνῆς καὶ τῆς βαδίσεως καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης καταστολῆς ἐμφαίνων τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἀνθρώποις τὸ κέρδος, ὅπερ ἐντεῦθεν ἐξῆλθες λαβών, ἀρκεῖ τοῦτο εἰς παραίνεσιν καὶ συμβουλήν. οὕτω γὰρ ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἐξιέναι δεῖ, ὥσπερ ἐξ ἱερῶν ἀδύτων, ὥσπερ ἐξ αὐτῶν καταβαίνοντας τῶν οὐρανῶν, γενομένους κατεσταλμένους, φιλοσοφοῦντας, ῥυθμῷ πάντα καὶ ποιοῦντας καὶ λέγοντας· καὶ γυνὴ τὸν ἄνδρα ὁρῶσα ἀπὸ συνάξεως ἀναχωροῦντα, καὶ τὸν υἱὸν πατήρ, καὶ τὸν πατέρα ὁ παῖς, καὶ τὸν δεσπότην ὁ δοῦλος, καὶ τὸν φίλον ὁ φίλος, καὶ τὸν ἐχθρὸν ὁ ἐχθρός, λαμβανέτωσαν ἅπαντες αἴσθησιν τῆς ἐνταῦθα γενομένης ἡμῖν ὠφελείας· λήψονται δέ, ἂν πρᾳοτέρων, ἂν φιλοσοφωτέρων, ἂν εὐλαβεστέρων ὑμῶν γεγενημένων αἰσθάνωνται. ἐννόησον οἵας ἀπολαύεις μυσταγωγίας ὁ μεμυημένος σύ, μετὰ τίνων ἀναπέμπεις τὸ μυστικὸν μέλος ἐκεῖνο, μετὰ τίνων βοᾷς τό, τρισάγιος· δίδαξον τοὺς ἔξωθεν, ὅτι μετὰ τῶν σεραφὶμ ἐχόρευσας, ὅτι εἰς τὸν δῆμον τὸν ἄνω τελεῖς, ὅτι εἰς τὸν χορὸν ἐνεγράφης τὸν τῶν ἀγγέλων, ὅτι τῷ δεσπότῃ διελέχθης, ὅτι τῷ Χριστῷ συνεγένου.

A & aſſumis teſtamentum meum per os tuum, Tu vero odiſti diſciplinam. Apoſtolus autem cum in eoſdem iſtos rurſus inuehitur, qui ob doctrinam magnificè de ſe ſentiunt, ita loquitur: Confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorē inſipientium, magiſtrum infantium, habentium formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum non doces? Quando igitur neque mihi qui dico, prodeſſe poteſt, quod verba faciam, niſi pareamiis quæ dicuntur, ſed & me condemnat magis: ne ſola auditione tenus ſtudium exhibeamus, ſed B operibus etiam ea quæ dicuntur obſeruemus. Bonum quidem eſt aſſiduam ſacrorum eloquiorum auditioni operam dare, ſed & hoc bonum inutile redditur, ſi coniunctam vtilitatem non habeat quæ ex obedientia naſcitur. Ne igitur hic fruſtra conueniatis, omni ſtudio, quod à vobis precibus ſæpe cōtendi, neque contendere deſinam, fratres nobis adducite, cohortamini errantes, conſilium date non verbo tantum, ſed etiam opere. Maior eſt iſta doctrina quę moribus, quæ conuerſatione profertur. C Etſi nihil dicas, ſi tantum exeas è collecta, & externa ſpecie, aſpectu, voce inceſſu, & tota reliqua modeſta corporis compoſitione lucrum, quod hinc egreſſus tecum retuliſti, oſtendas hominibus, qui collectæ non interfuerunt, ad cohortationem & conſilium id ſufficit. Sic enim egredi nos hinc oportet, quaſi ex ſacris adytis, quaſi de cœlo delapſos, modeſtiores redditos, philoſophantes, moderatè ac temperatè cuncta facientes ac dicentes, & vxor maritum à collecta recedentem videns, & filium pater, & patrem filius, & dominum ſeruus, & amicum amicus, & inimicum inimicus, omnes vtilitatis ſenſum capiant, D quam ex hoc conuentu reportauimus: capient autem, ſi mitiores, ſi patientiores, ſi religioſiores vos factos animaduertant. Veniat tibi in mētem quibus myſteriis intereſſe tibi datum ſit, tu qui initiatus es, cū quibus myſticum illū cantum offeras, cum quibus ter ſanctum hymnum pronunties. Doce profanos, te cum Seraphim choreas agitaſſe, te ad cœleſtem populum pertinere, te in chorum angelorum adſcriptum eſſe, te cum Domino collocutum eſſe, te cum Chriſto eſſe congreſſum.

Rom. 2. 19.

Lectioni ſcripturæ addantur bona opera.

Si nos ita compoſuerimus, nihil oratione opus erit erga illos, qui non interfuerunt, ſed cognito profectu noſtro iacturam ſuam animaduertent, & confeſtim accurrent, vt iiſdem commodis perfruantur. Cum enim animæ veſtræ pulchritudinem ex ipſis ſenſibus viderint relucentem, licet omnium ſint ſtupidiſſimi, ad cupiditatem eximij veſtri decoris exardeſcent. Si enim forma corporis excitat intuentes, multo magis animæ pulchritudo ſpectatorem poteſt commouere, atque ad ſimilem zelum hortari. Interiorem igitur hominem noſtrum exornemus, & eorum quæ hic dicta fuerint foris recordemur: illic enim vt maximè memores ſimus tempus exigit, & quemadmodum athleta, quæ in palæſtra didicerit, eorum in certaminibus ſpecimen edit; ſic nos etiam quæ hic audimus, in externis negotiis oportet oſtendere. Memor igitur eorum eſto quæ hic dicuntur, vt cum egreſſus fueris, & te Diabolus vel per iram, vel per inanem gloriam, vel per aliam aliquam paſſionem inuaſerit, eius doctrinæ memor, qua hic imbutus es, facile poſſis Mali laqueos & nexus euadere. Nonne videtis in ſtadiis pędotribas ac palæſtræ magiſtros, qui cum poſt mille certamina vacationem deinceps à luctis beneficio ętatis acceperint, extra ſtadium non longè ab ipſo puluere ſedentes his qui ſunt intus ac decertant clamando ſuggerere, vt manum prehendant, vt crus attrahant, vt dorſum inuadant, & alia multa eiuſmodi monentes, ſi hoc vel illud feceris, aduerſarium facile in terram extendes: hac ratione diſcipulis maximopere prodeſſe? Tu quoque pædotribam tuum beatum Paulum intuere, qui poſt coronas innumeras, extra ſtadium nunc conſidens, hoc eſt ex hac vita egreſſus, certantibus nobis clamando ſuggerit, & per epiſtolas ſuas vociferatur, cum correptos ab ira viderit, & ab iniuriarum memoria, atque à paſſionibus oppreſſos, *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum.* Et quemadmodum dicit palęſtrę magiſter, ſi hoc vel illud feceris, aduerſarium ſuperabis, ita ſubiicit hic quoque: *Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.* Verumenimuero dum legem percurro, quæſtio nobis occurrit, quæ ex ipſa naſci videtur, & multis aduerſus Paulum reprehenſionis anſam ſuppeditat,

Similitudo à pædotribus athletis monentibus.

Rom. 12. 20.

ἂν οὕτως ἑαυτοὺς ῥυθμίζωμεν, οὐδὲν ἐξελθόντες δεησόμεθα λόγου πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ὠφελείας, τῆς οἰκείας αἰσθήσονται ζημίας, καὶ δραμοῦνται ταχέως, ὥστε τὸ αὐτὸ ἀπολαῦσαι. τὸ γὰρ κάλλος ὑμῶν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν ἀπολάμπον ὁρῶντες, κἂν ἁπάντων ὦσι νωθέστεροι, εἰς ἔρωτα τῆς εὐπρεπείας ἐμπεσοῦνται τῆς ὑμετέρας. εἰ γὰρ σώματος κάλλος ἀνεγείρει τοὺς ὁρῶντας, πολλῷ μᾶλλον εὐμορφία ψυχῆς διεγεῖραι δύναιτ' ἂν τὸν θεατὴν, καὶ πρὸς τὸν ἴσον παρακαλέσαι ζῆλον. καλλωπίσωμεν τοίνυν ἡμῶν τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ἔξω μνημονεύωμεν· ἐκεῖ γὰρ αὐτῶν μάλιστα τῆς μνήμης ὁ καιρός. καὶ καθάπερ ἀθλητὴς, ἅπερ ἂν ἐπὶ τῆς παλαίστρας μανθάνῃ, ταῦτα ἐπὶ τῶν ἀγώνων ἐπιδείκνυται· οὕτω δὴ καὶ ἡμᾶς, ἅπερ ἂν ἐνταῦθα ἀκούωμεν, ταῦτα ἐπὶ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων ἐπιδείκνυσθαι χρή. μνημόνευσον τοίνυν τῶν ἐνταῦθα λεγομένων, ἵν', ὅτε ἐξέλθῃς, καὶ ἐπιλάβηταί σου ὁ διάβολος, ἢ δι' ὀργῆς, ἢ διὰ κενοδοξίας, ἢ δι' ἄλλου τινὸς πάθους, ἀναμνησθεὶς τῆς ἐνταῦθα διδασκαλίας, δυνηθῇς ῥᾳδίως ἀποδύσασθαι τὰ ἅμματα τοῦ πονηροῦ. οὐχ ὁρᾶτε ἐν τοῖς σκάμμασι τοὺς παιδοτρίβας, οἳ μετὰ μυρίους ἄθλους ἀτέλειαν λοιπὸν τῶν παλαισμάτων ἀπὸ τῆς ἡλικίας λαβόντες, ἔξω τῶν σκαμμάτων καθήμενοι παρὰ τὴν κόνιν αὐτὴν, τοῖς ἔνδον οὖσι καὶ παλαίουσιν ὑποφωνοῦσιν, ὥστε χεῖρα κατασχεῖν, ὥστε σκέλος ἑλκύσαι, ὥστε λαβέσθαι μετὰ τὰ νῶτα· καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα λέγοντες, ὅτι ἂν τὸ, καὶ τὸ ποιήσῃς, ἐκτενεῖς ῥᾳδίως τὸν ἀνταγωνιστὴν, τὰ μέγιστα συντελοῦσι τοῖς μαθηταῖς; καὶ σὺ τὸν παιδοτρίβην τὸν σὸν ὅρα, τὸν μακάριον Παῦλον, ὃς μετὰ μυρίους στεφάνους ἔξω τοῦ σκάμματος καθήμενος νῦν, τῆς παρούσης λέγω ζωῆς, τοῖς παλαίουσιν ἡμῖν ὑποφωνεῖ, καὶ βοᾷ διὰ τῶν ἐπιστολῶν, ὅταν ἴδῃ καταρραγέντας ὑπὸ ὀργῆς καὶ ὑπὸ μνησικακίας, καὶ ἀποπνιγομένους ὑπὸ τοῦ πάθους, Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν. καὶ καθάπερ ὁ παιδοτρίβης λέγει, ὅτι ἂν τὸ, καὶ τὸ ποιήσῃς, περιέσῃ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, οὕτω καὶ οὗτος προστίθησι· Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ τούτου τοῦ ἀναγινώσκοντός με τὸν νόμον, ἐπῆλθε τὸ δοκοῦν φύεσθαι ζήτημα ἐξ αὐτοῦ καὶ πολλοῖς παρέχειν κατὰ τοῦ Παύλου λαβήν·

A ὅπερ προέθηκα τήμερον εἰς μέσον ὑμῖν. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ ὑποφορούμενον ταῖς διανοίαις τῶν μὴ μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα ἐξετάζειν βουλομένων; ἀπάγων ὀργῆς ὁ Παῦλος, φησί, καὶ πείθων ἐπιεικεῖς εἶναι καὶ μετρίους τοῖς πέλας, μᾶλλον αὐτοὺς ἐξεθηρίωσε, καὶ πρὸς θυμὸν ἐπῆρε. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν, ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν, καλὸν ἐπίταγμα καὶ φιλοσοφίας γέμον, καὶ τῷ ποιοῦντι καὶ τῷ πάσχοντι χρήσιμον· τὸ δὲ ἐντεῦθεν λοιπὸν πολλὴν ἔχει τὴν ἀπορίαν, καὶ δοκεῖ μὴ συμβαίνειν τῇ γνώμῃ τοῦ τὰ πρότερα εἰρηκότος. ποῖον δὲ τοῦτο, ὃ λέγει, ὅτι ποιῶν τοῦτο, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. B διὰ γὰρ τούτων τῶν ῥημάτων καὶ τὸν ποιοῦντα, καὶ τὸν πάσχοντα ἠδίκησε· τοῦ μὲν τὴν κεφαλὴν ἀνάψας, καὶ πυρὸς ἄνθρακας ἐπιθείς (τί γὰρ τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ ψωμίζεσθαι καὶ ποτίζεσθαι, γένοιτ' ἂν ἀγαθόν, ὅσον κακὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθράκων σωρείας;) τὸν μὲν οὖν δὴ πάσχοντα, φησίν, οὕτως ἠδίκησεν, εἰς μείζονα ἐμβαλὼν τιμωρίαν, τὸν δὲ δὴ ποιοῦντα πάλιν ἑτέρως κατέβλαψε· τί γὰρ καὶ ὅσον ἀπὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν εὐεργεσίας κερδᾶναι δύναται), οἷον ἐλπίδι τῆς τιμωρίας αὐτὸ ποιῶν; ὁ γὰρ διὰ τοῦτο τρέφων καὶ ποτίζων τὸν ἐχθρόν, ἵνα ἄνθρακας σωρεύσῃ πυρὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, οὐχὶ φιλάνθρωπος C καὶ χρηστός, ἀλλ' ὠμὸς καὶ ἀπηνὴς γένοιτ' ἄν, διὰ μικρᾶς εὐεργεσίας ἄφατον ἐμβαλὼν κόλασιν. τί γὰρ ἂν γένοιτο χαλεπώτερον τοῦ διὰ τοῦτο τρέφοντος, ἵνα σωρεύσῃ πυρὸς ἄνθρακας ἐπὶ τὴν τοῦ τρεφομένου κεφαλήν; ἡ μὲν οὖν ἀντίθεσις αὕτη· δεῖ δὲ λοιπὸν τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν, ἵνα δι' αὐτῶν τούτων τῶν δοκούντων ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ νόμου γραμμάτων, ἴδῃς ἀκριβῶς τοῦ νομοθέτου τὴν σοφίαν ἅπασαν. τίς οὖν ἐστιν ἡ λύσις; συνεῖδε τοῦτο καλῶς ὁ μέγας καὶ γενναῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος, ὅτι βαρὺ καὶ χαλεπὸν πρᾶγμα, ἐχθρῷ καταλλαγῆναι ταχέως· βαρὺ δὲ καὶ D χαλεπόν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ῥᾳθυμίαν τὴν ἡμετέραν· αὐτὸς δὲ οὐχὶ καταλλαγῆναι μόνον ἐκέλευσεν, ἀλλὰ καὶ θρέψαι, ὃ πολὺ τοῦ προτέρου βαρύτερον ἦν. εἰ γὰρ βλέποντες μόνον τοὺς λελυπηκότας τινὲς ἐκθηριοῦνται, πῶς ἂν εἵλοντο θρέψαι πεινῶντας; καὶ τί λέγω, βλέποντες; ἂν μνησθῇ τις αὐτῶν, καὶ τὴν προσηγορίαν εἰς μέσον ἐνέγκῃ μόνον, ἀνανεοῖ τὴν πληγὴν τῆς διανοίας ἡμῖν, καὶ μείζω ποιεῖ τὴν φλεγμονήν. ταῦτ' οὖν ἅπαντα συνιδὼν ὁ Παῦλος, καὶ βουλόμενος τὸ δυσκατόρθωτον τοῦτο καὶ χαλεπόν,

quam hodierno die ſtatui vobis in medium afferre. Quid ergo tandẽ eſt, quod mentes eorũ terret, qui diligẽter omnia volunt excutere? Cum ab ira reuocaret Paulus, inquit, & vt manſueti eſſent, ac modeſti erga proximos, ſuaderet, illos amplius exaſperauit & iracundia inflammauit. Quod enim dixit, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi, præclarum mandatum eſt, & philoſophiæ plenum, ac tum agenti, tum patienti perutile: quod vero deinde ſequitur, multam habet difficultatem, miniméque videtur cum eius, qui priora dixit, ſententia conuenire. Quidnã vero illud eſt? quod dicat, *Hoc autem faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.* His enim verbis, & eum qui agit, & eum qui patitur afficit iniuria, cum iſtius caput exurat, & ignis carbones imponat (quod enim tantum bonum obueniat ex eo quod cibetur & potetur, quantum malum ex accumulatione carbonum?) Itaq; illũ qui beneficio afficitur, inquit, hoc pacto afficit iniuria, cum in maius ſupplicium illũ conijciat, eum vero qui beneficium cõtulit, alio rurſus modo lędit. Quid enim referre lucri poteſt ex eo, quod de inimicis bene mereatur, cum illud ſpe ſupplicij faciat? Nam qui idcirco cibat vel potat inimicum, vt in caput eius carbones cõgerat, nõ benignus & clemẽs, ſed crudelis eſt & immitis dicendus, qui per exiguũ beneficiũ ſupplicium immenſũ inferat. Quid enim aſperius fieri poteſt eo, qui propterea nutriat, vt in caput eius qui nutritur, cõgerat carbones ignis? Hęc igitur eſt obiectio: iã vero ſolutio eſt addẽda, vt ex his ipſis, quę verba legis videntur carpere, omnẽ legiſlatoris ſapientiam accuratè cognoſcas. Quęnã igitur eſt ſolutio? Nouerat hoc probè magnus ac generoſus ille vir rem grauẽ ac moleſtam eſſe celeriter cũ inimico reconciliari: grauẽ ac moleſtã non ex ſua natura; ſed ob noſtrã ignauiam: at ipſe nõ reconciliari tantũ iuſſit, ſed etiã alere, quod priori multo grauius fuit. Si enim conſpectis tantum illis, qui ſe moleſtia affecerint, efferãtur nonnulli, quo pacto adducerentur, vt alerent eſurientes? Quid dico cõſpectis? ſi quis mentionem illorũ fecerit, & ſolũ eorum nomen in medium protulerit, mentis nobis vulnus renouat, & inflãmationẽ auget. Hęc igitur omnia cum intelligeret Paulus, & hoc emendatu difficile & arduũ vellet

Soluit obiectionem de carbonibus congerendis.

Cũ inimicis reconciliari graue & difficile.

facile reddere & expeditū, & illi perſuadere, qui ne intueri quidem inimicū dignatur, vt ad bene illo merēdum ſe promptum oſtenderet, carbones ignis poſuit, vt ſupplicij ſpe cōmotus ad beneficiū in illum cōferendum accurrat, à quo damno fuiſſet affectus. Et quemadmodū piſcator hamum illecebra cōtegit vndiq;, tumq; piſcibus obiicit, vt ad conſuetum cibum occurrentes, illo facile capiātur ac detineantur: ſic nimirum & Paulus, cum affectum iniuria vellet ad beneficiū cōferendum incitare in illum, qui iniuriam intulerat, non nudum philoſophiæ vel patientiæ obiicit hamum, ſed tanquam illecebra quadā carbonibus ignis obtectum, & contumeliam paſſum ſpe ſupplicij ad beneficiū in eum conferendum, qui læſit, inuitat: mox autem vt venerit, deinde retinet, neq; reſilire ſinit, cum ab ipſa rei natura cum inimico iungatur, atque his propemodum verbis illum affatur: Non vis pietatis cauſſa cibare illum qui te læſit? ſaltem ob ſpem vltionis ciba. Scit enim fore, vt ſi beneficiū in illum cōferre aggrediatur, iam tū initium fiat, ac via ſternatur reconciliationis. Nemo enim, nemo vnquam poterit à ſe nutritum hominem ac potatū infeſtum habere, licet initio ſpe vltionis id fecerit. Temporis enim progreſſu iræ contentio remittitur. Vt igitur piſcator ſi nudum hamum obiiceret, piſcem nequaquam alliceret, iam vero poſtquā illum obtexit, clā in os animalis accedentes hamum immittit. ſic etiā Paulus niſi pœnæ expectationem obieciſſet, affectis iniuria non perſuaſiſſet, vt ad bene merendū de illis à quibus læſi fuiſſent, animū appellerent. Quod igitur illos refugientes, ægrè ferentes, & vel etiā inimicos intueri detrectātes flectere vellet, atque ad illos maximis beneficiis cumulādos incitare, carbonū ignis fecit mētionem, nō vt in ſuppliciū ineuitabile illos cōiiceret, ſed vt cum illis qui fuerāt iniuria læſi, perſuaſiſſet expectando ſuppliciū bene mereri de inimicis, tādem progreſſu temporis etiā perſuaderet illis, vt irā omnē deponerent. Atq; illum quidē qui paſſus iniuriā fuerat, ſic mitigauit, vide autē quo pacto illū etiam qui iniuriā intulerat, cum eo reconciliet, quē irritauerat. Primum quidē ipſo genere beneficij (nullus enim tam miſer & ſtupidus eſt, qui potatus ac cibo refectus, nolit eius fieri ſeruus & amicus, à quo

Simile à piſcatoribus.

A εὔκολον ποιῆσαι καὶ ῥᾴδιον, καὶ πεῖσαι τὸν μηδὲ ἰδεῖν ἀνεχόμενον τὸν ἐχθρὸν, εἰς εὐεργεσίαν τὴν ἐκείνου ἔρχεσθαι, τοὺς ἄνθρακας ἔθηκε τοῦ πυρὸς· ἵν' ἐλπίδι τῆς τιμωρίας προτραπεὶς, ἐπιδράμῃ τῇ τοῦ λελυπηκότος εὐεργεσίᾳ. καὶ καθάπερ ὁ ἁλιεὺς πάντοθεν τὸ ἄγκιστρον περιστέλλων τῷ δελέατι, προστίθησι τοῖς ἰχθύσιν, ἵνα προσδραμόντες τῇ συνήθει τροφῇ, δι' ἐκείνης ἁλῷ καὶ κατασχεθῇ ῥᾳδίως· οὕτω δὴ καὶ ὁ Παῦλος, βουλόμενος εἰς τὴν εὐεργεσίαν ἐμβιβάσαι τοῦ ἠδικηκότος τὸν ἠδικημένον, οὐ γυμνὸν προστίθησι τὸ τῆς φιλοσοφίας ἄγκιστρον, ἀλλ' ὥσπερ τινὶ δελέατι, τοῖς ἄνθραξι τοῦ πυρὸς περιστείλας, B καλεῖ μὲν τὸν ἐπηρεασθέντα τῇ τῆς κολάσεως ἐλπίδι πρὸς τὴν εὐεργεσίαν τοῦ λελυπηκότος. ἐλθόντα δὲ αὐτὸν κατέχει λοιπὸν, καὶ οὐκ ἀφίησιν ἀποπηδῆσαι, αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς φύσεως προσηλούσης αὐτὸν τῷ ἐχθρῷ· καὶ μονονουχὶ λέγει πρὸς αὐτὸν, οὐ βούλει δι' εὐλάβειαν τρέφειν τὸν ἠδικηκότα; διὰ γοῦν τὴν ἐλπίδα τῆς κολάσεως θρέψον. οἶδε γὰρ, ὅτι ἐὰν ἅψηται τῆς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας, ἀρχὴ λοιπὸν αὐτῷ καὶ ὁδὸς γίνεται τῆς καταλλαγῆς. οὐδεὶς γὰρ, οὐδεὶς τὸν ψωμιζόμενον παρ' αὐτοῦ καὶ C ποτιζόμενον διηνεκῶς δύναιτο ἔχειν ἐχθρὸν, εἰ καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐλπίδι τιμωρίας τοῦτο ποιεῖ. ὁ γὰρ χρόνος προϊὼν χαλᾷ καὶ τῆς ὀργῆς τὸν τόνον. ὥσπερ οὖν ὁ ἁλιεὺς, εἰ γυμνὸν τὸ σίδηρον προτέθηκεν, οὐκ ἂν ἐπεσπάσατο τὸν ἰχθὺν, νυνὶ δὲ περιστείλας αὐτὸ, λανθανόντως ἐνίησι τῷ στόματι τοῦ προσιόντος ζώου τὸ ἄγκιστρον· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος, εἰ μὴ προέτεινε τὴν προσδοκίαν τῆς κολάσεως, οὐκ ἂν ἔπεισε τοὺς ἠδικημένους ἅψασθαι τῆς τῶν λελυπηκότων εὐεργεσίας. βουλόμενος οὖν ἀποπηδῶντας αὐτοὺς, καὶ δυσχεραίνοντας, καὶ D ναρκῶντας καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν ἐχθρῶν ὄψιν, πεῖσαι τὰ μέγιστα αὐτοὺς εὐεργετεῖν, τοὺς ἄνθρακας ἔθηκε τοῦ πυρὸς, οὐχ ἵνα ἐκείνους ἐμβάλλῃ εἰς ἀπαραίτητον κόλασιν, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἠδικημένους πείσας ἐν τῇ προσδοκίᾳ τῆς κολάσεως εὐεργετεῖν τοὺς ἐχθροὺς, τῷ χρόνῳ λοιπὸν πείσῃ καὶ πᾶσαν αὐτοὺς ἀφεῖναι τὴν ὀργήν. καὶ τὸν μὲν ἠδικημένον οὕτω παρεμυθήσατο· ὅρα δὲ καὶ τὸν ἠδικηκότα πῶς συναρμόζει τῷ παρωργισμένῳ πάλιν. πρῶτον μὲν τῷ τῆς εὐεργεσίας τρόπῳ (οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτως ἄθλιος καὶ ἀναίσθητος, ὃς ποτιζόμενος καὶ ψωμιζόμενος, μὴ βούλεσθαι δοῦλος καὶ φίλος τῷ ταῦτα

A αὐτῷ ἐργαζομένῳ) δεύτερον δὲ τῷ φόβῳ τῆς τιμωρίας. δοκεῖ μὲν γὰρ πρὸς τὸν ψωμίζοντα ἀποτείνεσθαι λέγων· Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· μάλιστα δὲ τὸν λελυπηκότα καθάπτεται), ἵνα τῷ φόβῳ τῆς κολάσεως ταύτης μὴ μένῃ διαπαντὸς ἐχθρὸς ὤν, ἀλλ' εἰδὼς, ὅτι τὰ μέγιστα αὐτὸν καταβλάψαι δυνήσεται ἂν ὁ ψωμίζεσθαι καὶ ποτίζεσθαι, εἰ μένοι διηνεκῶς ἐπὶ τῆς ἀπεχθείας, καταλύσῃ τὴν ὀργήν. οὕτω γὰρ τοὺς ἄνθρακας τοῦ πυρὸς σβέσαι δυνήσεται). ὥστε καὶ ἡ κόλασις καὶ ἡ τιμωρία κειμένη τόν τε ἠδικημένον ἐπισπᾶται εἰς εὐεργεσίαν τοῦ λελυπηκότος, τόν τε παροξύναντα φοβεῖ καὶ διανίστησι, καὶ πρὸς καταλλαγὴν ὠθεῖ τοῦ τρέφοντος καὶ ποτίζοντος. B διπλῷ τοίνυν ἀμφοτέρους συνέδησε δεσμῷ πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῷ τῆς εὐεργεσίας, καὶ τῷ τῆς τιμωρίας. τὸ γὰρ δυσχερές, ἀρχὴν καὶ εἴσοδον εὑρεῖν τῇ καταλλαγῇ· ταύτης δὲ ἀνοιγείσης οἱῳδήποτε τρόπῳ, τὰ μετὰ ταῦτα πάντα ῥᾴδια ἔσται καὶ εὔκολα. κἂν γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐλπίδι κολάσεως τρέφῃ τὸν ἐχθρὸν ὁ λελυπημένος, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τρέφειν γενόμενος φίλος, ἐκβαλεῖν τὴν ἐπιθυμίαν δυνήσεται τῆς τιμωρίας. φίλος γὰρ γενόμενος, οὐκέτι ἂν τοιαύτῃ θρέψει προσδοκίᾳ τὸν καταλλαγέντα αὐτῷ. C πάλιν ὁ παροξύνας, ἰδὼν τὸν ἠδικημένον τρέφειν αὐτὸν καὶ ποτίζειν προαιρούμενον, διά τε τοῦτο αὐτὸ, καὶ τὸν φόβον τῆς ἀποκειμένης αὐτῷ κολάσεως, πᾶσαν ἐκβαλεῖ τὴν ἀπέχθειαν, κἂν μυριάκις σιδηροῦς ᾖ, καὶ ἀπηνὴς καὶ ἀδάμας, τήν τε φιλοφροσύνην τοῦ τρέφοντος δυσωπούμενος, καὶ τὴν ἀποκειμένην αὐτῷ κόλασιν δεδοικὼς, εἰ μένοι μετὰ τὴν τροφὴν ἐχθρὸς ὤν. διά τοι τοῦτο οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῆς παραινέσεως, ἀλλ' ὅτε ἐκένωσεν ἑκατέρου τὴν ὀργὴν, τότε καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν διορθοῦται λέγων, Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ. ἂν γὰρ μένῃς, φησὶ, μνησικακῶν καὶ ἀμυνόμενος, D δοκεῖς μὲν τὸν ἐχθρὸν νικᾶν, νενίκησαι δὲ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, τουτέστιν, ὑπὸ τῆς ὀργῆς. ὥστε, εἰ βούλει νικῆσαι, καταλλάγηθι, καὶ μὴ ἐπεξέλθῃς. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ λαμπρὰ νίκη, ὅταν ἐν τῷ ἀγαθῷ, τουτέστι, τῇ ἀνεξικακίᾳ, νικήσῃς τὸ κακὸν, τὴν ὀργὴν καὶ τὴν μνησικακίαν ἐκβαλών. ἀλλὰ τούτων ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἂν ἠνέσχετο τῶν ῥημάτων ὁ ἠδικημένος ἔτι φλεγμαίνων. διὰ τοῦτο, ὅτε αὐτοῦ τὸν θυμὸν ἐκόρεσε, τότε καὶ ἐπὶ τὴν ἀρίστην αὐτὸν ἤγαγε τῆς καταλλαγῆς αἰτίαν,

A in illum iſta collata ſunt) deinde vero ſupplicij metu. Nam videtur quidem inſectari eum qui cibat, dum ait: Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius: ſed eum qui læſit perſtringit maximè, vt huius pœnæ timore perculſus perpetuas inimicitias minimè foueat, ſed intelligēs fore, vt maximo afficiatur detrimento, quod cibauerit ac potauerit, ſi ſemper inimicitias exerceat, iram deponat. Sic namque poterit ignis carbones extinguere. Itaque pœna & ſupplicium propoſitū tum eum qui affectus eſt iniuria ad beneficium conferendum inuitat, in eum B qui læſit, tū eum qui irritauit terret & excitat, atque ad reconciliationē cum eo qui cibo refecit ac potauit, impellit. Duplici ergo vinculo ambos inter ſe copulauit altero beneficij, altero ſupplicij. Difficile quippe eſt incipere, atq; aditum inuenire reconciliationi: vbi vero aperta hęc quoquo modo fuerit, quę ſequūtur facilia cūcta erunt & expedita. Quāuis enim initio ſpe ſupplicij qui læſus eſt alat inimicū tamē dum alet, amicus euadet, & pœnę cupiditatem poterit ex animo pellere. Cum enim amicus redditus fuerit, nō iam tali cū expe- C ctatione poterit ſecum recōciliatū nutrire. Rurſus is qui offendit, cū viderit eū qui affectus fuerat iniuria, ipſum alere ac potare dignari, ſaltem ob hoc ipſum & ob metum parati ſupplicij, odium omne deponet, quantumuis ferreus, inhumanus & adamas fuerit, quod & humanitatem revereatur eius à quo nutritur, & quod ſibi paratum ſupplicium reformidet: ſi poſt alimenta percepta inimicus eſſe non deſinat. Idcirco neque huc vſque tantùm cohortationem prouexit, ſed poſtquam vtriuſque iram mitigauit, deinceps animi D ſententiam corrigit dicens: Noli vinci à malo. Si enim acceptæ iniuriæ memoriam conſeruaueris, & vlciſci volueris, vincere quidem inimicum videris, ſed à malo vinceris, hoc eſt ab ira. Itaque ſi vincere cupis, reconciliare nec vlciſcere. Hæc enim eſt præclara victoria, quando in bono, hoc eſt patientia bonum vincis abiecta prorſus iracundia, & iniuriarum memoria. Verum hæc verba non tuliſſet à principio, qui læſus fuerat, & ira tumebat. Propterea cum primum eius furorem exaturauit, tum ad optimam illum reconciliationis cauſſam traduxit,

Vincendus inimicus quomodo.

Rom. 12. 21.

neque praua ſupplicij ſpe detineri permiſit. Vides ſapientiam legiſlatoris? Atque vt intelligas propter infirmitatem eorum, qui aliter inter ſe non poterant copulari, legem hanc ab illo fuiſſe inuectam, audi, quo pacto Chriſtus hoc ipſum præcipiens non hoc ipſum præmium propoſuerit: ſed cũ dixiſſet: Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos, hoc eſt, cibate ac potum date, non adiecerit. Hoc enim faciẽtes carbones ignis cõgeretis ſuper capita illorum, ſed quid? Vt ſimiles fiatis patri veſtro, qui in cœlis eſt. Merito, Petrum enim, Iacobum & Ioannem ac reliquum Apoſtolorũ cœtum alloquebatur propterea prẹmium illud propoſuit. Quod ſi dicas hac quoque ratione graue eſſe præceptũ, maiorem tu quidem nobis ſuppeditas defenſionem pro Paulo, te vero prorſus omni venia priuas. Quid ita? quod nimirũ hoc quod eſſe graue videtur, in veteri Teſtamento tibi oſtendam eſſe perfectum, quo tempore nondũ tantæ virtutis ac philoſophię ſpecimen editum fuerat. Propterea namq; Paulus etiã nõ ſuis verbis legem introduxit, ſed iiſdem ipſis verbis vſus eſt, quibus ille, qui à principio ipſam à ſe latam inuexit, vt nullus veniæ locus relinqueretur iis, qui non illã obſeruaſſent. Illud enim, *Si eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſi ſitit potum da illi*, non Pauli primum eſt dictum, ſed Salomonis. Propterea verba poſuit, vt auditori perſuaderet, turpiſſimum eſſe veterem legem, & quam antiqui frequenter adimpleuerunt, nunc ad tantam euectos philoſophiam grauem & moleſtã arbitrari. Et quis illam ex antiquis adimpleuit? dicet aliquis. Multi ſanè alij, ſed Dauid præſertim maiorẽ in modum. Non enim cibauit inimicũ, neq; potum dedit ei tantum, ſed etiam periclitantẽ ſępius à morte liberauit, & cũ in illius poteſtate ſitũ eſſet ipſum occidere, ſemel & bis & ſæpius pepercit. Ac Saul quidẽ ſic eum oderat & auerſabatur poſt innumera beneficia, poſt trophęa pręclara, & partã aduerſus Goliath populo ſalutẽ, vt ne nominis quidẽ ipſius mentionem fieri ſuſtineret, ſed ipſũ à patre deſignaret. Cum enim ſolennitas aduenisſet, quoniam cum dolos texuiſſet aliquos & graues inſidias in eum ſtruxiſſet, illum veniſſe non videbat, vbi eſt, inquit, filius Ieſſe?

Matth. 5. 44. — *Prou. 25. 21.* — *Dauid in veteri lege hoc fecit.* — *1. Reg. 20. 27.*

A καὶ οὐκ ἀφῆκεν ἐναπομεῖναι τῇ πονηρᾷ τῆς τιμωρίας ἐλπίδι. εἶδες νομοθέτου σοφίαν; καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν οὐκ ἀνεχομένων ἄλλως ἑαυτοῖς συνάπτεσθαι, οὕτω εἰσήγαγε τὸν νόμον, ἄκουσον πῶς ὁ Χριστὸς τὸ αὐτὸ τοῦτο νομοθετῶν, οὐ τὸ αὐτὸ τέθεικεν ἔπαθλον· ἀλλ᾽ εἰπών, ὅτι Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, ὅπερ ἐστὶ τρέφειν καὶ ποτίζειν, οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι τοῦτο γὰρ ποιοῦντες ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσετε ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, ἀλλὰ τί, ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἰκότως. Πέτρῳ γὰρ, Ἰακώ-B βῳ καὶ Ἰωάννῃ διελέγετο, καὶ τῷ λοιπῷ τῶν ἀποστόλων χορῷ. διὰ τοῦτο αὐτὸ τέθεικεν ἔπαθλον. εἰ δὲ λέγεις, ὅτι καὶ οὕτω φορτικὸν τὸ ἐπίταγμα, μειζόνως μὲν ὑπὲρ Παύλου πάλιν ἡμῖν ἀπολογῇ, σαυτὸν δὲ πάσης συγγνώμης ἀποστερεῖς. τί δήποτε; ὅτι τοῦτο τὸ δοκοῦν εἶναι φορτικὸν, ἐν τῇ παλαιᾷ σοι δείκνυμι κατορθούμενον, ὅτε οὔπω τοσαύτης φιλοσοφίας ἐπίδειξις ἦν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος οὐχὶ οἰκείοις ῥήμασι τὸν νόμον εἰσήγαγεν, ἀλλ᾽ αὐταῖς χρησάμενος ταῖς ῥήσεσιν, αἷς ὁ παρὰ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἔθηκεν, ἵνα C μηδεμίαν συγγνώμην καταλείπῃ τοῖς μὴ τηροῦσιν αὐτόν. τὸ γὰρ, Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτὸν, ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτὸν, οὐχὶ Παύλου ἐστὶ πρῶτον ῥῆμα, ἀλλὰ τοῦ Σολομῶντος. διὰ τοῦτο τὰ ῥήματα τέθεικεν, ἵνα πείσῃ τὸν ἀκροατὴν, ὅτι τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, παλαιὸν νόμον καὶ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατορθωθέντα πολλάκις, νῦν εἰς τοσαύτην ἐπιδοθέντα φιλοσοφίαν φορτικὸν εἶναι νομίζειν καὶ ἐπαχθῆ. καὶ τίς αὐτὸν τῶν ἀρχαίων κατώρθωσε, φησί; πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, μάλιστα δὲ ὁ Δαβὶδ μετὰ πλείονος τῆς περιουσίας. οὐ γὰρ D ἐψώμισε τὸν ἐχθρὸν, οὐδὲ ἐπότισε μόνον, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύοντα πολλάκις ἐξήρπασε τοῦ θανάτου, καὶ γενόμενος κύριος αὐτοῦ τῆς σφαγῆς, ἐφείσατο καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ πολλάκις. καὶ ὁ μὲν Σαοὺλ οὕτως αὐτὸν ἐμίσει καὶ ἀπεστρέφετο μετὰ τὰς μυρίας εὐεργεσίας, μετὰ τὰ λαμπρὰ τρόπαια καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Γολιὰθ σωτηρίαν, ὡς μηδὲ τῆς προσηγορείας ἀνασχέσθαι τῆς ἐκείνου μνησθῆναι, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτὸν καλεῖν. ἑορτῆς γάρ ποτε ἐπιστάσης, ἐπειδὴ δόλον αὐτῷ πλέξας τινὰ, καὶ χαλεπὴν ἐπιβουλὴν ῥάψας, οὐκ εἶδε παραγενόμενον, Ποῦ ἐστί, φησιν, ὁ υἱὸς Ἰεσσαί;

ἐκάλει μὲν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὁμοῦ μὲν διὰ τὴν ἔχθραν οὐχ ὑπομένων ἀναμνησθῆναι τῆς προσηγορίας, ὁμοῦ δὲ νομίζων ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς δυσγενείας τῇ τοῦ δικαίου λυμαίνεσθαι περιφανείᾳ, ἀθλίως καὶ ταλαιπώρως νομίζων. μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ καὶ κατηγορεῖν εἶχε τοῦ πατρὸς, οὐδὲν τοῦτο κατέβλαπτε τὸν Δαβίδ. τῶν γὰρ αὐτῷ πεπραγμένων ὑπεύθυνός ἐστιν ἕκαστος, καὶ ἀπὸ τούτων ἐπαινεῖσθαι καὶ κατηγορεῖσθαι δύναται. νυνὶ δὲ πονηρίαν οὐδεμίαν ἔχων εἰπεῖν, τὴν τοῦ γένους δυσγένειαν εἰς μέσον ἔφερε· ταύτῃ προσεδόκησεν ἐπισκοτίζειν αὐτοῦ τὴν λαμπρότητα, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἐσχάτης ἀνοίας ἦν. ποῖον γὰρ ἔγκλημα τὸ ἐξ εὐτελῶν εἶναι καὶ ταπεινῶν; ἀλλ' οὐκ ᾔδει ταῦτα ἐκεῖνος φιλοσοφεῖν. ὁ μὲν οὖν Σαοὺλ υἱὸν Ἰεσσαὶ ἐκάλει· ὁ δὲ Δαβὶδ εὑρὼν αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ σπηλαίῳ καθεύδοντα, οὐκ ἐκάλεσεν αὐτὸν υἱὸν Κὶς, ἀλλὰ τῷ τῆς τιμῆς ὀνόματι. Οὐ γὰρ μὴ ἐπαγάγω τὴν χεῖρά μου, φησὶν, ἐπὶ χριστὸν κυρίου. οὕτω καθαρὸς ἦν ὀργῆς καὶ μνησικακίας ἁπάσης· χριστὸν κυρίου καλεῖ τὸν τοσαῦτα ἠδικηκότα, τὸν τοῦ αἵματος αὐτοῦ διψῶντα, τὸν μετὰ μυρίας εὐεργεσίας πολλάκις αὐτὸν ἐπιχειρήσαντα ἀνελεῖν. οὐ γὰρ ἐσκόπει τί παθεῖν ἐκεῖνος ἄξιος ἦν, ἀλλ' ἐσκόπει τί καὶ ποιῆσαι καὶ εἰπεῖν αὐτῷ πρέπον ἦν, ὅπερ μέγιστος ὅρος φιλοσοφίας ἐστί. τί τοῦτο; ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ λαβὼν τὸν ἐχθρὸν, διπλῷ κατεχόμενον δεσμῷ, μᾶλλον δὲ τριπλῷ, καὶ τῇ τοῦ τόπου στενοχωρίᾳ, καὶ τῇ τῶν βοηθησόντων ἐρημίᾳ, καὶ τῇ τοῦ ὕπνου ἀνάγκῃ, οὐκ ἀπαιτεῖς δίκην οὐδὲ τιμωρίαν αὐτόν; οὐχί, φησίν. οὐ γὰρ τί παθεῖν δίκαιος οὗτος ἐστὶν, ὁρῶ νῦν, ἀλλὰ τί ποιῆσαι ἐμοὶ προσῆκεν. οὐκ εἶδε πρὸς τὴν εὐκολίαν τῆς σφαγῆς, ἀλλ' εἶδε πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς αὐτῷ πρεπούσης φιλοσοφίας. καίτοι τί τῶν τότε οὐκ ἦν ἱκανὸν διαναστῆσαι αὐτὸν πρὸς τὴν σφαγήν; ὃ δεδεμένον αὐτῷ παραδοθῆναι τὸν ἐχθρόν; ἴστε γὰρ δήπου τοῦτο, ὡς μειζόνως ἐπιτρέχομεν τοῖς εὐκολίας γέμουσι πράγμασι, καὶ ἡ τοῦ κατορθῶσαι ἐλπὶς μείζονα τῆς πράξεως ἡμῖν ἐπιθυμίαν ἐντίθησιν, ὥσπερ καὶ ἐπ' ἐκείνου τότε ἦν. ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τότε συμβουλεύων καὶ διεγείρων; ἀλλ' ἡ μνήμη τῶν προελθόντων; ἀλλ' οὐδέν. αὐτὸν ἐκίνησε πρὸς τὸν φόνον· αὐτὸ μὲν οὖν αὐτὸν τὸ τῆς σφαγῆς εὔκολον ἀπέστρεψεν.

Illum quidem à patre deſignabat, ſimul quidem non ſuſtinens eius nominis pręodio nimio meminiſſe, ſimul verò exiſtimans ignobilitate patris poſſe iuſti claritatē obſcurari, quæ opinio miſera planè fuit & infœlix; præſertim cū nihil hoc deberet nocere Dauidi, quamuis aliquod parenti crimen obiici poſſet. Rerum enim à ſe geſtarum rationem reddere debet vnuſquiſque, atque ex illis vel laudem vel vituperium meretur. Iam vero cum nullum ſcelus poſſet obiicere, generis ignobilitatem in medium protulit: & hac ratione ſperauit ſe poſſe claritatē eius obſcurare, quod extræme fuit dementiæ. Quod enim crimen eſt ex vilibus & humilibus ortum eſſe parentibus? At ille tantam philoſophiam non callebat. Saul igitur eum Ieſſe filium vocabat, Dauid autem cum illum intus in ſpelunca dormientem offendiſſet, non eum filium Cis, ſed dignitatis nomine vocauit, Non enim iniiciam manum meam, inquit, in Chriſtum Domini. Sic ab ira mundus erat & ab iniuriarū omni memoria: Chriſtum Domini vocat eum, à quo tot affectus erat iniuriis, qui ſanguinem eius ſitiebat, & poſt innumera beneficia multoties illum aggreſſus eſt interimere. Non enim ſpectabat, quid ille pati commeruiſſet, ſed ſpectabat, quid ipſum facere vel dicere conueniret, qui ſupremus limes eſt philoſophiæ. Quod nam illud tandem? tanquā incarcere tenens inimicum dupli ci vinctum compede vel triplici potius, & anguſtiis loci, & auxiliatorū inopia, & ſomni neceſſitate, non exigis ab illo pœnas nec ſuppliciū? Nequaquā inquit, Non enim quid ille pati mereatur nūc conſidero; ſed quid feciſſe me deceat. Non reſpiciebat cædis facilitatem, ſed conuenientis ſibi philoſophiæ ſanctitatē reſpiciebat. Tametſi quid eorū quæ tunc aderant non idoneum erat ad illum ad cædem impellendū? Quod vinctus ei traditus erat inimicus. Scitis enim hoc nimirum, nos ad ea exequēda prōptius aduolare, quę facilitatis plena ſunt, & proſperi ſpes ſucceſſus efficit, vt ad remagendam maiori cupiditate exardeſcamus, quod & in illo tū accidit. Nunquid tū exercitus dux cōſulebat & incitabat? nunquid præteritarum rerū memoria? ſed nihil ad cędē illū impulit: immo ipſa cædis facilitas auocauit.

Non eſt crimen nō eſſe nobili loco natū.

1 Reg. 26. 10.

Cur Saulem pepercerit Dauid.

Veniebat enim illi in mentem idcirco A Deum illum tradidiſſe, vt maiorem illi patientiæ materiam & occaſionem præberet. Ac vos quidem illum fortaſſe miramini, quod nullius ex præteritis malis recordatus ſit: ego vero propter aliud multo maius ipſum obſtupeſco. Quid illud rei eſt? quod futurorum quidem metus eum ad inimicum necandum impulerit. Quippe qui probè nouerat eum ſemel ex ipſius manibus elapſum rurſum illi ſtructurum inſidias: ſed maluit aduerſarium liberum dimittere ac periculum ſubire, quã vt ſalutis ſuę ſecuritati conſuleret, hoſtem necare. Quid cum magno illo genero B ſoque animo conferri poſſit, qui cum oculum effodi lex pro oculo iubeat, & dentem pro dente, ac par pari referri, non modo id non fecit, ſed & multo maiorem patientiam præ ſe tulit? quanquam ſi tum Saulem necaſſet, ſic quoque illi patientiæ laus illæſa manſiſſet, non modo quod non vltus eſſet, cum nec ipſe prior percuſſiſſet, verum etiam quod dictum illud, Oculum pro oculo, longè maiori modeſtia viciſſet. Non enim pro vna cæde vnam rependiſſet, ſed pro multis mortibus, quas C ille intulerat, dum non ſemel non bis, ſed multoties ipſum occidere conatus erat, vnam illaturus mortem fuiſſet: immo vero non idcirco tantum, ſed etiam quod metu futuri adactus ad vltionem progrederetur, hoc quoque præter ea quæ dicta ſunt integram illi tolerantiæ coronã acquirit. Qui enim propter ea quæ acciderant, in eum iratus eſſet ac pœnas exegiſſet, tolerantiæ laudem conſequi minimè poſſet: cum vero qui præterita multa eaque grauia prætermittens metu imminentium periculorum ſaluti ſuæ proſpicere, atque D idcirco ad vltionem progredi cogeretur, nemo poſſet modeſtiæ corona priuare. Veruntamen Dauid ne hoc quidem fecit, ſed nouum quoddam & inſolitum patientiæ genus adinuenit, & neque memoria præteritorum, neq; futurorum metus, neque ducis exercitus cohortatio, nec ſolitudo loci, non facilitas cædis, non aliud quicquam ad homicidium illum impulit, ſed tanquam alicui de ſe bene merito, cuique magna beneficia tuliſſet accepta, ſic inimico homini, à quo fuerat affectus iniuriis, pepercit.

Deut. 19.21.

Dauidis quanta virtus.

A ἐνενόησε γάρ, ὅτι διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτὸν ὁ θεός, ἵνα αὐτῷ πλείονα φιλοσοφίας ὑπόθεσιν παράσχῃ καὶ ἀφορμήν. ὑμεῖς μὲν οὖν αὐτὸν ἴσως θαυμάζετε, ὅτι οὐδενὸς ἐμνήσθη τῶν παρελθόντων κακῶν· ἐγὼ δὲ δι' ἕτερον πολλῷ μεῖζον αὐτὸν ἐκπλήττομαι. ποῖον δὲ τοῦτο; ὅτι οὐδὲ ὁ φόβος αὐτὸν τῶν μελλόντων ὤθησε πρὸς τὸ διαχειρίσασθαι τὸν ἐχθρόν. ᾔδει γὰρ σαφῶς, ὅτι διαφυγὼν αὐτοῦ τὰς χεῖρας, πάλιν κατ' αὐτοῦ στήσεται· ἀλλ' εἵλετο μᾶλλον αὐτὸς κινδυνεύειν ἀπολύσας τὸν ἠδικηκότα, ἢ τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλείας προνοῶν διαχειρίσασθαι τὸν πολέμιον. τί γένοιτ' ἂν οὖν B ἴσον τῆς μεγάλης καὶ γενναίας ἐκείνης ψυχῆς, ὅς, τοῦ νόμου κελεύοντος ἐξορύττειν ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι, οὐ μόνον τοῦτο οὐκ εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα φιλοσοφίαν ἐπεδείξατο, καίτοι εἰ ἀνῃρήκει τότε τὸν Σαοὺλ, καὶ οὕτως αὐτῷ τῆς φιλοσοφίας ἐγκώμιον ἀκέραιον ἔμενεν, οὐ μόνον ὅτι ἠμύνατο, οὐκ αὐτὸς ἄρχων χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ' ὅτι καὶ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, μετὰ πολλῆς ἐνίκα τῆς ἐπιεικείας. οὐ γὰρ ἀντὶ μιᾶς σφαγῆς μίαν ἐπῆρεν, ἀλλ' ὅτι πολλῶν θανάτων, ὧν ἐκεῖνος C ἐπήγαγεν, οὐχ ἅπαξ, οὐ δίς, ἀλλὰ πολλάκις αὐτὸν ἐπιχειρήσας ἀνελεῖν, ἕνα ἔμελλεν ἐπαγαγεῖν θάνατον· μᾶλλον δὲ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ δεδοικότα τὸ μέλλον οὕτως ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἔρχεσθαι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν εἰρημένων ὁλόκληρον αὐτῷ τὸν τῆς ἀνεξικακίας διετήρει στέφανον. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εἰς αὐτὸν ὀργιζόμενος καὶ τιμωρίαν ἀπαιτῶν, οὐκ ἂν δύναιτο τῶν τῆς ἀνεξικακίας ἐπιτυχεῖν ἐγκωμίων· τὸν δὲ τὰ μὲν παρελθόντα πάντα πολλὰ ὄντα καὶ χαλεπὰ ἀφέντα, ὑπὲρ δὲ τοῦ μέλλοντος δεδοικότα καὶ D προκατασκευάζοντα ἀσφάλειαν ἑαυτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαζόμενον ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἀνέρχεσθαι, οὐδεὶς ἂν τῶν τῆς ἐπιεικείας ἀποστερήσειε στεφάνων. ἀλλ' ὅμως ὁ Δαβὶδ οὐδὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ καινόν τινα καὶ παράδοξον εὗρε φιλοσοφίας τρόπον· καὶ οὔτε ἡ μνήμη τῶν παρελθόντων, οὐχ ὁ φόβος τῶν μελλόντων, οὐχ ἡ προτροπὴ τοῦ στρατηγοῦ, οὐχ ἡ ἐρημία τοῦ τόπου, οὐ τὸ τῆς σφαγῆς εὔκολον, οὐκ ἄλλο οὐδὲν διήγειρεν αὐτὸν πρὸς τὸν φόνον· ἀλλ' ὥσπερ εὐεργέτου τινός, καὶ τὰ μεγάλα αὐτὸν πεποιηκότος ἀγαθά, οὕτω τοῦ ἐχθροῦ καὶ λελυπηκότος ἐφείσατο.

ποίαν οὖν ἕξομεν ἡμεῖς συγγνώμην, ἁμαρτημάτων πρότερον ἐληλυθότων μνημονεύοντες, καὶ τοὺς λελυπηκότας ἀμυνόμενοι, ὅταν ὁ ἀναίτιος ἐκεῖνος, τοσαῦτα μὲν πεπονθώς, πλείονα δὲ καὶ χαλεπώτερα προσδοκῶν αὐτῷ συμβήσεσθαι κακὰ ἀπὸ τῆς τοῦ ἐχθροῦ σωτηρίας, φαίνηται φειδόμενος οὕτως, ὡς ἑλέσθαι κινδυνεῦσαι μᾶλλον αὐτὸς, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου ζῆν, ἢ τὸν μέλλοντα μυρία πράγματα αὐτῷ παρέχειν ἀποσφάξαι δικαίως; τὴν μὲν οὖν φιλοσοφίαν ἐκ τούτων ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἔσφαξε, τοσαύτης οὔσης ἀνάγκης, ἀλλ᾽ οὐδὲ ῥῆμα βλάσφημον εἰς αὐτὸν ἐξήνεγκε, καίτοι ταῦτα μὴ μέλλοντος αὐτοῦ ἀκούσεσθαι τοῦ ὑβριζομένου. καίτοιγε ἡμεῖς καὶ φίλους λέγομεν πολλάκις κακῶς ἀπόντας, ἐκεῖνος δὲ οὐδὲ τὸν ἐχθρὸν καὶ τοσαῦτα ἠδικηκότα. τὴν μὲν οὖν φιλοσοφίαν ἐκ τούτων ἔστιν ἰδεῖν· τὴν δὲ φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν ἄλλην κηδεμονίαν, ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα ἐποίησε. τὸ γὰρ κράσπεδον κόψας τοῦ ἱματίου, καὶ τὸν φακὸν τοῦ ὕδατος ὑφελόμενος, ἀπελθὼν πόρρωθεν, καὶ στὰς ἐβόησε, καὶ τῷ διασωθέντι ταῦτα ὑπέδειξεν, οὐχὶ πρὸς ἐπίδειξιν καὶ φιλοτιμίαν τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν πεῖσαι βουλόμενος, ὅτι εἰκῆ καὶ μάτην αὐτὸν ὑπώπτευεν, ὡς ἐχθρὸν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν πρὸς φιλίαν ἐπισπάσασθαι σπεύδων. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτὸν πείσας, καὶ δυνάμενος διαχειρίσασθαι, πάλιν εἵλετο μᾶλλον ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβειν, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ταλαιπωρούμενος ἡμέραν, τὴν ἀναγκαίαν αὐτῷ πορίζειν τροφὴν, ἢ μένων οἴκοι λυπεῖν τὸν ἐπίβουλον. τί γένοιτ᾽ ἂν ἡμερώτερον τῆς ἐκείνου ψυχῆς; ὄντως δικαίως ἔλεγε, Μνήσθητι, κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. τούτου καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ μήτε λέγωμεν, μήτε ποιῶμεν κακῶς τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ εὐεργετῶμεν κατὰ δύναμιν. ἡμᾶς γὰρ ἑαυτοὺς εὖ ποιήσομεν μᾶλλον, ἢ ἐκείνους. Ἂν γὰρ ἀφῆτέ, φησι, τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν, ἀφεθήσεται ὑμῖν. ἄφες δουλικὰ ἁμαρτήματα, ἵνα λάβῃς συγχώρησιν δεσποτικῶν ἁμαρτημάτων· εἰ δὲ μεγάλα ἠδίκησεν, ὅσῳ περ ἂν μείζονα ἀφῇς, τοσούτῳ μείζονα λήψῃ τὴν συγχώρησιν. διὰ γὰρ τοῦτο ἐδιδάχθημεν λέγειν, Ἄφες ἡμῖν, καθὼς ἀφίεμεν· ἵνα μάθωμεν ὅτι τὸ μέτρον τῆς ἀφέσεως παρ᾽ ἡμῶν πρότερον λαμβάνει τὴν ἀρχήν

A Quamnam igitur veniam merebimur nos, qui præteritorum delictorum memores ſumus, & eos vlciſcimur, qui nos læſerint, cum innocens ille tot mala paſſus, quique plura & grauiora ſibi a ſalutis ſuæ hoſte expectabat euentura, ſic peperciſſe videatur, vt periculum ipſe ſubire maluerit, atque in metu ac tremore viuere, quam eum quem ſibi innumeras moliturum inſidias ſciebat, iure occidere. Eius itaque patientiam ex his cernere licet, quod non modo tanta imminente neceſſitate nō intere-merit, ſed neq; maledicū in eum verbū vllum protulerit, licet is quem læſurus B fuiſſet, minimè audiuiſſet. Atqui nos etiam amicos ſæpenumero abſentes conuitiis inceſſimus, at ille ne inimicum quidem, à quo tot fuerat affectus iniuriis. Ac patientiam quidem ex his licet cognoſcere, benignitatem autem ac reliquam ſolicitudinem ex iis, quæ poſtea præſtitit. Quod enim fimbriam veſtis abſciderit, quod aquæ ſcyphum ſubtraxerit, quod longè ſecedens & ſtans clamarit, atque à ſe ſeruato incolumi hæc ſignificarit, non ad oſtentationem & ambitionem id fecit, verum C vt operibus ipſis ei perſuaderet, ſe immerito ac ſine cauſſa tanquam hoſtem illi fuiſſe ſuſpectum, & hac ratione ſtuduit illum ad amicitiā prouocare. Veruntamen cum ne ſic quidem illum flectere potuiſſet, atque è medio poſſet tollere, rurſus patria carere maluit, & peregrè viuere, atque in malis quotidie verſari, dum neceſſarium ſibi victum compararet, quā domi manendo in[...]torem ſuum lædere. Quid illius anima lenius reperiri poſſit? Merito ſanè dicebat, Meměto Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Hūc imitemur nos quoque, ac neque dicamus, neque faciamus inimicis quicquā mali, ſed & pro viribus de illis bene mereamur: ſiquidem de nobis ipſis potius, quam de illis bene merebimur. Si enim, inquit, dimiſeritis inimicis veſtris, dimittetur vobis. dimitte ſeruilia peccata, vt veniam herilem obtineas peccatorum: quod ſi magnam intulerit iniuriam, quanto maiora dimiſeris, tanto maiorem veniam obtinebis. Propterea namque dicere edocti ſumus, Dimitte nobis, ſicut nos dimittimus: vt diſcamus remiſſionis modum initium à nobis accipere.

Dauidis patientiā exaggeratur.

1.Reg.26.

Pſal.131.1.

Matt.6.14

Matt.6.12

Itaque quanto grauiora mala intulerit inimicus, tanto maioribus afficit beneficiis. Properemus igitur, & cum iis qui nos læſerint, reconciliari feſtinemus, ſiue iure ſiue iniuria ſint irati. Si enim hic fueris reconciliatus, illic à iudicio liberaberis: ſin autem interim dum inimicitiæ perſeuerant, mors interueniens odium è medio tollat, illic deinceps iudicium conſtituatur neceſſe eſt. Vt igitur homines multi qui inter ſe controuerſantur, ſi quidem extra forum amicè litem inter ſe componant, damno metu, periculiſque multis ſe liberant, dum ex animi ſententia litis eis terminatio ſuccedit: quod ſi iudici negotium ſuum permittant, nihil aliud inde præter pecuniæ iacturam & pœnam perſæpe, atque immortalium inimicitiarum continuationem reportabunt: ita hic quoque ſi dum in hac vita verſamur, lites componamus, omni nos ſupplicio liberabimus: ſin autem in odio perſeuerantes, ad tremendum illud iudicium abeamus, illius iudicis calculo damnati extremo planè ſupplicio plectemur, & vtrique pœnas ineuitabiles ſuſtinebimus, vnus quidem iniuſtè iratus, propterea quod iniuſtè, alter autem iuſtè iratus quod iuſtè memoriam iniuriæ conſeruarit. Licet enim iniuſtò quippiam mali paſſi fuerimus, veniam dari par eſt iis, à quibus iniuria læſi fuerimus. Ac vide quo pacto eos qui præter ius faſque moleſtiam intulerunt, impellat, & vrgeat ad reconciliationem cum illis quos læſerint. Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: vade, prius reconciliare fratri tuo. Non dixit, collige, ſacrificium offer, ſed, reconciliare, ac deinde offer. Sine ibi iaceat, inquit, vt oblationis neceſſitas etiam inuitum reconciliari cogat eum, qui iuſte fuerit iratus. Vide quo pacto rurſus hortetur vt ad eum qui nos offendit, veniamus, dicens: Dimittite debitoribus veſtris, vt & pater veſter dimittat delicta veſtra. Non enim exiguam mercedem propoſuit, ſed eam etiam quæ boni operis magnitudinem longè excederet. Hæc igitur omnia nobis ob oculos ponentes, ac remunerationē hac de cauſſa nobis propoſitam mente verſantes,

Matt.5.24

Mar.11.25

ὥστε ὅσῳ περ ἂν χαλεπώτερα ὁ ἐχθρὸς ἐργάσηται κακὰ, τοσούτῳ μειζόνως εὐεργετεῖ. σπεύδωμεν τοίνυν καὶ ἐπειγώμεθα καταλλάττεσθαι πρὸς τοὺς λελυπηκότας, εἴτε δικαίως, εἴτε ἀδίκως
C ὀργίζονται. ἂν μὲν γὰρ ἐνταῦθα καταλλαγῇς, ἀπηλλάγης τῆς ἐκεῖ κρίσεως· ἐὰν δὲ μεταξὺ, μενούσης τῆς ἔχθρας, θάνατος ἐπιστὰς ἀπαγάγῃ τὴν ἀπέχθειαν μεσολαβήσας, ἐκεῖ λοιπὸν εἰσαχθῆναι τὴν δίκην ἀνάγκη. καθάπερ οὖν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητοῦντες, ἂν μὲν ἔξω φιλικώτερον διαλύσωνται πρὸς ἀλλήλους, καὶ ζημίας καὶ φόβου καὶ κινδύνων πολλῶν ἑαυτοὺς ἀπαλλάττουσι, κατὰ γνώμην ἑκατέροις τοῦ τέλους τῆς δίκης ἐκβαίνοντος, ἂν δὲ τῷ δικαστῇ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωσι, καὶ
D χρημάτων ζημία καὶ τιμωρία πολλάκις, καὶ τὸ τὴν ἔχθραν μένειν ἀκίνητον αὐτοῖς περιέσται· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἂν μὲν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διαλυσώμεθα, πάσης ἑαυτοὺς κολάσεως ἀπαλλάξομεν· ἂν δὲ ἐχθροὶ μένοντες, εἰς τὸ δικαστήριον ἀπέλθωμεν ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν, τὴν ἐσχάτην δώσομεν δίκην ἐπὶ τῇ ψήφῳ τοῦ δικαστοῦ πάντως ἐκείνου, καὶ ἀμφότεροι τιμωρίαν ὑποστησόμεθα ἀπαραίτητον, ὁ μὲν ἀδίκως ὀργιζόμενος, διὰ τοῦτο ὅτι ἀδίκως, ὁ δὲ δικαίως, διὰ τοῦτο ὅτι δικαίως ἐμνησικάκησε. κἂν
E γὰρ ἀδίκως ὦμεν τι πεπονθότες κακῶς, συγχώρησιν δεῖ προσνέμειν τοῖς ἠδικηκόσι. καὶ σκόπει πῶς τοὺς ἀδίκως λυπήσαντας ὠθεῖ καὶ κατεπείγει πρὸς τὴν καταλλαγὴν τῶν ἠδικημένων. Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου, φησὶν, ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ὕπαγε, πρότερον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου. Οὐκ εἶπε, συνάγαγε, προσένεγκε τὴν θυσίαν, ἀλλὰ, διαλλάγηθι, καὶ τότε προσένεγκε· ἄφες αὐτὴν κεῖσθαι, φησὶν, ἵνα ἡ ἀνάγκη τῆς προσφορᾶς καὶ ἄκοντα καταναγκάσῃ πρὸς τὴν καταλλαγὴν ἐλθεῖν τὸν
F δικαίως ὀργιζόμενον. ὅρα πῶς προτρέπει πάλιν πρὸς τὸν προξενήσαντα ἐλθεῖν, Εἰπὼν, Ἄφετε τοῖς ὀφειλέταις ὑμῶν, ὅπως καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσῃ ὑμῶν τὰ παραπτώματα. οὐ γὰρ μικρὸν τέθεικε μισθὸν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὑπερβαίνοντα τὸ τοῦ κατορθώματος μέγεθος. ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, καὶ τὴν ἀμοιβὴν τὴν ἐπὶ τούτῳ γινομένην λογιζόμενοι,

A καὶ ὡς οὐ πολλοῦ καμάτου καὶ σπουδῆς ἐστιν ἁμαρτήματα ἀπαλεῖψαι, συγχωροῦμεν τοῖς ἡμᾶς ἠδικηκόσιν. ὃ γὰρ διὰ νηστείας καὶ ὀδυρμῶν καὶ εὐχῶν καὶ σάκκου καὶ σποδοῦ καὶ μυρίας ἐξομολογήσεως μόλις ἕτεροι κατορθοῦσι, τὸ τὰ ἁμαρτήματα ἐξαλεῖψαι λέγω τὰ ἑαυτῶν, τοῦτο ἔξεστιν ἡμῖν ῥᾳδίως ποιεῖν χωρὶς σάκκου καὶ σποδοῦ καὶ νηστείας, ἂν μόνον ἀπὸ τῆς διανοίας ἐξαλείψωμεν τὴν ὀργὴν, καὶ μετ᾽ εἰλικρινείας ἀφῶμεν τοῖς ἠδικηκόσιν ἡμᾶς. ὁ δὲ τῆς εἰρήνης καὶ ἀγάπης θεὸς πάντα θυμὸν καὶ πικρίαν καὶ ὀργὴν τῆς ψυχῆς ἐξορίσας τῆς ἡμετέρας, καταξιώσαι κατὰ τὴν τῶν μελῶν ἀκολουθίαν μετ᾽ ἀκριβείας συνδεδεμένους ἀλλήλοις, B ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ ψυχῇ διηνεκῶς ἀναπέμπειν τοὺς ὀφειλομένους εὐχαριστηρίους ὕμνους αὐτῷ, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

quamque non magni ſit laboris aut ſtudij peccata delere, his à quibus læſi fuimus, veniam demus. Quod enim alij ieiunio, planctibus, precibus, ſacco, cinere, ac diuerſis pœnitentiæ auſteritatibus vix perficiunt, vt nimirũ ſua peccata deleant, hoc nobis ſine ſacco & cinere ac ieiunio facile licet præſtare, ſi n[illegible] do ex animo iram deleamus, eiſque qui nos iniuria læſerint, ſyncerè dimittamus. Deus autem pacis & caritatis omnem furorem, & acerbitatem, & iram ex anima noſtra exterminans nobis largiatur, vt iuxta membrorum ordinem inter nos nexumque firmiter copulati vnanimiter vno ore, vnaque anima perpetuo gratiarum actionis hymnos ipſi debitos offeramus, quoniam ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Εἰς τὸ, Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὰ ἑξῆς. λόγ. α.

ΠΟλλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν ἐπὶ τὴν περικοπὴν τῆς ἀποστολικῆς ἀναγνώσεως ταύτης, C μᾶλλον δὲ πάρεργον ἡγεῖσθαι καὶ περιττὸν τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ μέρος, διὰ τὸ προσρήσεις ἔχειν μόνον συνεχεῖς καὶ ἐπαλλήλους. διὸ δὴ καὶ αὐτὸς ἑτέρωσε τήμερον ὡρμημένος, ἀποστὰς ἐκείνης τῆς ὑποθέσεως, εἰς ταύτην καθεῖναι παρασκευάζομαι, ἵνα μάθητε ὅτι τῶν θείων γραφῶν οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲν πάρεργόν ἐστι, κἂν ἰῶτα ἓν, κἂν μία κεραία ᾖ, ἀλλὰ καὶ ψιλὴ πρόσρησις πολὺ πέλαγος ἡμῖν ἀνοίγει νοημάτων. καὶ τί λέγω, ψιλὴ D πρόσρησις; πολλάκις καὶ ἑνὸς στοιχείου προσθήκη, ὁλόκληρον νοημάτων εἰσήγαγε δύναμιν. καὶ τοῦτο ἐπὶ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ προσηγορίας ἐστὶν ἰδεῖν. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον παρὰ φίλου μὲν ἐπιστολὴν δεχόμενον, μὴ τὸ σῶμα τῆς ἐπιστολῆς ἀναγινώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κάτω κειμένην πρόσρησιν, κἀκεῖθεν μάλιστα στοχάζεσθαι τὴν τοῦ γεγραφότος διάθεσιν· Παύλου δὲ γράφοντος, μᾶλλον δὲ οὐ τοῦ Παύλου, ἀλλὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος τὴν ἐπιστολὴν ὑπαγορευούσης ὁλοκλήρῳ πόλει καὶ δήμῳ τοσούτῳ, καὶ

In illud Salutate Priſcillam & Aquilam, & quæ ſequuntur ſermo I. Rom.19.3.

Eodem interprete.

MVltos arbitror ex vobis mirari lectionis Apoſtolicę locum iſtum, vel potius minus neceſſariam ac ſuperuacaneam ducere partem iſtam epiſtolæ, quod ſalutationes tantum frequentes habeat ac ſibi inuicem ſuccedentes. Quam ob cauſſam & ipſe hodierno die curſum orationis aliò flectens ab illo digreſſus argumento ad hoc diuertere ſum paratus, vt in ſacris ſcripturis nihil ſuperuacaneum eſſe intelligatis & non neceſſarium, ſiue vnum iota ſit, ſiue apex vnus, immo etiam ſimplex ſalutatio magnum nobis pelagus aperit ſententiarum. Quid dico ſimplex ſalutatio? ſæpe vel literæ vnius acceſſio integram agmen ſententiarum inuexit. Atque hoc in nomine Abrahæ videre licet, An non enim abſurdum eſt eum quidem qui epiſtolam acceperit ab amico, non corpus tantum epiſtolę, legere ſed etiam in fine poſitam ſalutationem, atque inde maximè ſcriptoris affectum coniicere: cum vero ſcribat Paulus, vel potius non Paulus, ſed Spiritus gratia dictet epiſtolam ad integrã ciuitatem ac tantum populum, &

In ſcripturo nihil ſuperfluũ.

per illos orbi terrarum vniuerſo,ſuperuacaneum aliquid eorũ, quę in ea ſunt arbitrari,eaque perfunctoriè percurrere, neque cogitare hanc ob cauſſam omnia ſuſque deq; verti? Hoc enim eſt, hoc plane, quod magnam negligentiã nobis ac torporem ingenerat, quod nõ omnes ſcripturas legamus, ſed ea quæ cenſemus dilucidiora,ſeligamus, cæterorum nullã rationem habeamus. Hoc etiam hæreſes introduxit, quod totum corpus nolumus perlegere,quodque ſuperfluũ aliquid eſſe minuſque neceſſarium arbitremur. Propterea nos in alia quidẽ omnia ſtudiũ omne conferimus non in ſuperflua tantũ, ſed &in ea quæ inutilia ſunt & noxia: ſcripturarũ autẽ peritia negligitur ac deſpicitur. Atque illi quidẽ qui certaminis equorum ſpectacula ad ſtuporem vſque mirantur,& nomen & gregẽ & genus & patriã & educationem equorũ diligentiſſime poſſunt referre,atque annos vitę, curſuſq; vehementiam, & quis cum quo ſi fuerit copulatus, victoriam reportabit, & quis equus ex his vel illis emiſſus carceribus, & à quo ſi agitatore regatur vincet in curſu, & longo interuallo aduerſarium antecedet. Illi etiam qui ſaltationibus vacant,nihilo minorem quã iſti, ſed & maiorẽ erga illos qui in theatris indecorè ſe gerunt,inſaniam præ ſe ferunt, mimos dico & ſaltatriculas, dũ & genus ipſarum & patriam & educationem & alia cuncta commemorant: nos autem ſi interrogemur,quot& quę Pauli ſint epiſtolæ, ne numerum quidẽ ſcimus exprimere. Quod ſi ſint nõnulli qui numerum nouerint,quænã tamen, vrbes epiſtolas acceperint, ſi interrogẽtur,quid ſit reſpondendũ ignorant. Atque homo quidẽ eunuchus & barbarus innumeris curis,negotiiſq; diſtractus innumeris,ita libris affixus erat, vt ne itineris quidem tempore interquieſceret, ſed in curru ſedens diligentem lectioni ſcripturæ operam daret: nos autem qui ne minima quidem parte illius occupationum vrgemur,vel ipſis nominibus epiſtolarum terremur,idque cum ſingulis diebus dominicis hic conueniamus, & ſacris lectionibus audiẽdis vacemus. Verumenimuero ne in ſolã reprehenſionẽ ſermonem impendamus, age ſalutationem ipſam, quæ ſuperuacanea videtur eſſe atque importuna, in medium adducamus. Si enim explicetur,

Vnde hæreſes natæ ſint.

Act. 8. 27.

Salutationis expoſitio.

A δι' ἐκείνων τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, νομίζειν περιττόν τι εἶναι τῶν ἐγκειμένων, καὶ παρατρέχειν ἁπλῶς, καὶ μὴ ἐννοεῖν, ὅτι ταῦτα, πάντα τὰ ἄνω κάτω πεποίηκε, τοῦτο γάρ ἐστι, τοῦτο, ὃ πολλῆς ῥᾳθυμίας ἡμᾶς ἐνέπλησε, τὸ μὴ πάσας ἐπιέναι τὰς γραφὰς, ἀλλ' ἃ νομίζομεν εἶναι σαφέστερα, ταῦτα ἐκλεγομένους, τῶν ἄλλων μηδένα ποιεῖσθαι λόγον. τοῦτο καὶ τὰς αἱρέσεις εἰσήγαγε, τὸ μὴ βούλεσθαι ἅπαν ἐπιέναι τὸ σῶμα, τὸ νομίζειν εἶναί τι περιττὸν καὶ πάρεργον. διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἄλλα ἅπαντα ἡμῖν ἐσπούδασται, οὐχὶ τὰ περιττὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀνόητα καὶ βλαβερά·
B τῶν γραφῶν δὲ ἡ ἐμπειρία ἠμέληται καὶ περιώπται. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς τῶν ἵππων ἁμίλλης ἐπτοημένοι, καὶ ὀνόματα, καὶ ἀγέλην, καὶ γένος, καὶ πατρίδα, καὶ ἀνατροφὴν τῶν ἵππων ἔχουσιν εἰπεῖν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ ἔτη ζωῆς, καὶ ἐνεργείας δρόμου, καὶ τίς τίνι συμπλεκόμενος τὴν νίκην ἁρπάσεται, καὶ ποῖος ἵππος ἐκ ποίας ἀφεθεὶς βαλβῖδος, καὶ τίνα ἔχων ἡνίοχον, περιέσται τοῦ δρόμου, καὶ τὸν ἀντίτεχνον παραδραμεῖται. καὶ οἱ περὶ τὴν ὀρχήστραν δὲ ἐσχολακότες, οὐκ ἐλάττω τούτων, ἀλλὰ καὶ πλείω
C μανίαν περὶ τοὺς ἐν τοῖς θεάτροις ἀσχημονοῦντας ἐπιδείκνυνται, μίμους λέγω καὶ ὀρχηστρίας, καὶ γένος αὐτῶν, καὶ πατρίδα, καὶ ἀναστροφὴν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καταλέγοντες· ἡμεῖς δὲ ἐρωτώμενοι, ὁπόσαι, καὶ τίνες εἰσὶν αἱ Παύλου ἐπιστολαὶ, οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν ἴσμεν εἰπεῖν. εἰ δέ τινες καὶ εἶεν τὸν ἀριθμὸν ἐπιστάμενοι, ἀλλὰ τὰς πόλεις, αἳ τὰς ἐπιστολὰς ἐδέξαντο, ταύτας ἐρωτώμενοι, διαποροῦσι πρὸς τὴν ἐρώτησιν. καὶ ἄνθρωπος μὲν εὐνοῦχος καὶ βάρβαρος, μυρίαις φροντίσιν ἀπὸ μυρίων ἑλκόμενος πραγμάτων, οὕτω προσέκειτο
D τοῖς βιβλίοις, ὡς μηδὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὁδοιπορίας ἡσυχάζειν, ἀλλ' ἐπ' ὀχήματος καθήμενος, ἐγκεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τῇ τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσει· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς ἀσχολίας ἔχοντες τῆς ἐκείνου, καὶ πρὸς τὰ ὀνόματα τῶν ἐπιστολῶν ξενιζόμεθα, καὶ ταῦτα καθ' ἑκάστην κυριακὴν ἐνταῦθα συλλεγόμενοι, καὶ θείας ἀπολαύοντες ἀκροάσεως. ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ μόνον εἰς ἐπιτίμησιν τὸν λόγον ἀναλώσωμεν, φέρε, τὴν πρόσρησιν αὐτὴν τὴν δοκοῦσαν εἶναι περιττὴν καὶ παρέλκειν, εἰς μέσον ἀγάγωμεν. ἀναπτυσσομένης γὰρ αὐτῆς, καὶ διεγκυ-

καὶ δὲ ἐννενοηκὼς τοῦ κέρδους ὅσον παρέχει τοῖς προσέχουσιν αὐτῇ μετ' ἀκριβείας, τότε μείζων ἔσται κατηγορία τοῖς ἀμελοῦσι τοσούτων θησαυρῶν, καὶ τὸν πνευματικὸν ἀπὸ τῶν χειρῶν ῥίπτουσι πλοῦτον. τίς οὖν ἐστιν ἡ προσφώνησις; Ἀσπάσασθε, φησί, Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν κυρίῳ. ἆρα οὐ δοκεῖ ψιλή τις εἶναι προσφώνησις, καὶ μηδὲν μέγα, μηδὲ γενναῖον ἡμῖν ἐνδείκνυσθαι; Φέρε οὖν, εἰς αὐτὴν μόνην ἅπασαν τὴν διάλεξιν ἀναλώσωμεν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀρκέσει ἡμῖν σήμερον τὰ ἐγκείμενα ἅπαντα τοῖς ὀλίγοις τούτοις ῥήμασιν ἀναπτύξασθαι σπουδάσασιν ὑμῖν νοήματα, ἀλλὰ ἀνάγκη καὶ εἰς ἑτέραν ὑμῖν ἡμέραν ταμιεύσασθαι τὴν τῶν θεωρημάτων περιουσίαν, τῶν τικτομένων ἀπὸ τῆς ὀλίγης ταύτης προσρήσεως. οὐδὲ γὰρ ἅπασαν αὐτὴν ἐπελθεῖν παρασκευάζομαι, ἀλλὰ μέρος αὐτῆς καὶ ἀρχὴν καὶ προοίμιον μόνον. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν. πρῶτον ἐστιν ἐκπλαγῆναι τοῦ Παύλου τὴν ἀρετήν, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐγκεχειρισμένος, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ τὰς ὑφ' ἡλίῳ πόλεις ἁπάσας, καὶ βαρβάρους, καὶ Ἕλληνας, καὶ δήμους τοσούτους ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ἑνὸς ἀνδρὸς καὶ μιᾶς γυναικὸς τοσαύτην ἐποιεῖτο φροντίδα. καὶ δεύτερον τοῦτο θαυμάσαι, πῶς ἄγρυπνόν τε καὶ μεμεριμνημένην εἶχε ψυχήν, οὐχὶ κοινῇ πάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ μεμνημένος ἑκάστου τῶν δοκίμων καὶ γενναίων. νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν θαυμαστόν, τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας τοῦτο ποιεῖν, τῷ καὶ τοὺς θορύβους κατεστάλθαι ἐκείνους, καὶ μιᾶς πόλεως ἀναδεδέχθαι πρόνοιαν μόνον. τότε δὲ οὐ τὸ τῶν κινδύνων μέγεθος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὁδοῦ διάστημα, καὶ τὸ τῶν φροντίδων πλῆθος καὶ τὰ ἐπάλληλα κύματα, καὶ τὸ μὴ συνεχῶς ἅπασιν ἐπιχωριάζειν ἀεί, καὶ πολλὰ ἕτερα πλείονα τούτων, ἱκανὰ τῆς μνήμης ἐκβαλεῖν καὶ τοὺς σφόδρα ἐπιτηδείους. ἀλλ' οὐκ ἐξέβαλε τούτους. πῶς οὖν οὐκ ἐξεβλήθησαν; διὰ τὴν τοῦ Παύλου μεγαλοψυχίαν, καὶ τὴν θερμὴν αὐτοῦ καὶ γνησίαν ἀγάπην. οὕτω γὰρ αὐτοὺς εἶχεν ἐν διανοίᾳ, ὡς καὶ ἐν ἐπιστολαῖς αὐτῶν μεμνῆσθαι πολλάκις. ἀλλ' ἴδωμεν τίνες καὶ ὁποῖοι ἦσαν οὗτοι, οἱ τὸν Παῦλον οὕτω χειρωσάμενοι, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπισπασάμενοι πόθον. ἆρα ὕπατοί τινες, καὶ στρατηγοὶ ἦσαν, καὶ ὕπαρχοι, ἢ ἄλλην τινὰ περιφάνειαν κεκτημένοι, ἢ πλοῦτον πολὺν περιβεβλημένοι,

A & vtilitas oſtẽdatur, quam parit iis, qui diligenter attenderint, tum maius eorum crimen apparebit & culpa, qui tantos contemnunt theſauros, & ſpirituales è manibus opes abiiciũt. Quænam igitur eſt ſalutatio? Salutate, inquit, Priſcillam & Aquilam adiutores meos in Domino. (Rom. 16. 3.) Nonne videtur nuda quædam eſſe ſalutatio, neque quicquam magnum aut eximium nobis indicare? age igitur in eam ſolam totam hanc ſermocinationem impendamus, immo vero ne hodie quidem poterimus vobis inuolutas exiguis iſtis vocibus explicare ſententias, ſed in alterum B diem reſeruare vobis neceſſe eſt contemplationum copiam, quæ ex huius exiguæ ſalutationis conſideratione naſcentur. Neque enim totam illam enarrare ſtatui, ſed partem eius & initium atque exordium tantum. *Salutate Priſcillam & Aquilam.* Primum quidem eſt, Pauli virtutem admiremur, quod cum illi totius orbis terrarum eſſet cura commiſſa, & terram, mare, cunctaſque ciuitates quæ ſub cœlo ſunt & barbaros & Græcos, & tot populos ſecum circumferret, adeo de viro vno déque C vna muliere ſollicitus eſſet. (Quæ in hac ſalutatione ſunt conſideranda.) Secundum eſt vt hoc miremur, quam vigilanti ac ſollicito eſſet animo præditus, qui non omniũ ſimul tantũ, ſed & priuatim ſingulorũ ex probis & eximiis recordaretur. Iam enim præſules Eccleſiarum id agere nihil ſanè mirũ, cum & tumultus illi ſedati ſint, & vnius ciuitatis tãtum curã ſuſceperint: tum vero non periculorũ tantũ magnitudo, ſed & itineris intercapedo, & multitudo curarũ, & cõtinui fluctus, quódq; nõ ſẽper apud omnes aſſiduè moraretur, atq; alia plura poterant etiam valde caros è memoria D excutere. Veruntamen hos nõ excuſſerunt. Quo tandem pacto non excuſſi ſunt? Ob Pauli magnanimitatẽ ac feruidam ſyncerámque ipſius caritatem. Sic enim menti eius inhærebant, vt & in literis crebram eorũ fecerit mentionem. Sed videamus quinam illi qualeſque tandem eſſent, qui Paulum adeo ſibi manciparant, & ad amorem ſuum pellexerant. Num fortaſſe Conſules aliqui vel Magiſtri militum erant & Præfecti, vel in aliqua illuſtri dignitate conſtituti, vel opibus circumfluẽtes,

quique ciuitatem regerent, nihil tale A poteſt afferri, ſed plane contrariũ, pauperes & egeni, quique opere manuum victum quærerent. Erant enim, inquit, ſcenofactoriæ artis: neque Paulum pudebat, neque auguſtiſſimæ ciuitati populóque magnificè de ſe ſentienti probro eſſe ducebat, ſi opifices illos ſalutari iuberet, neq; ignominiã illis conflari ex ſua in illos amicitia putabat: ſic omnes tum temporis erudierat, vt de ſe modeſtè moderatéq; ſentirẽt. Atqui nos ſæpe ſi propinquos paulo tenuioris fortunæ habeamus, ab illorũ familiaritate abhorremus, nobiſque probro ducimus, ſi quãdo illorũ propinqui de- B prehendamur. Paulus vero non ita, ſed ea re quoque gloriatur, nec hominibus tantum illius ætatis, ſed etiam omnibus poſteris curauit, vt innoteſceret inter ipſius amicos illos tabernaculorũ opifices familiam duxiſſe. Neque mihi quiſquam dicat, Quid vero magnum mirúmve ſi ipſum, qui eandem artẽ factitaret, eiuſdem opificij conſortium non puderet? Quid ais? hoc enim ipſum plurimi faciendum eſt & admiratione dignum. Non enim eos qui claritatẽ poſſunt cõmemorare maiorum ita pudet C inferiorum, atque illos qui in eadem olim vulgi fæce iacuerint, & ad illuſtrem ac nobilem ſubitò fuerint dignitatem euecti. Porro nihil fuiſſe illuſtrius Paulo vel nobilius: ſed ipſis eum Regibus fuiſſe clariorẽ, cuiuis, ſat ſcio, manifeſtum eſt. Nam qui dæmonibus imperabat, qui mortuos ſuſcitabat, qui ſolo iuſſu mutilare poterat & ſanare mutilatos, cuius veſtes morborum genus omne depellebant, haud dubium, quin non iam homo, ſed angelus de cœlo delapſus cenſeretur. Veruntamen licet in exiſtimatione tanta eſſet, & vbi- D que admirationi, & in quaſcunq; ſe oras conferret, omnes ad ſe conuerteret, tabernaculorũ opificẽ nõ erubeſcebat, nec honorẽ eorũ imminui cẽſebat, qui in dignitatibus tantis erãt ac magiſtratibus cõſtituti. Veriſimile nãq; eſt multos in eccleſia fuiſſe Romanorum illuſtres, quos cogebat pauperes illos ſalutare. Nouerat quippe nouerat probè nõ opum ſplendorem, neq; pecuniarũ affluentiam, ſed morũ modeſtiam parere nobilitatem ſolere. Itaque illi qui hac priuati ſunt, ſed maiorum claritate ſuperbiunt, nomine potius nobilitatis,

Act. 18. 3.

Opifices & pauperes ſalutat Paulus.

Nobilitas unde naſcatur.

A dere. Videſne quantis blaſphemiis Deum faciant obnoxium iſti, qui alium noui Teſtamēti legum latorem dicunt alium veteris: quæ ſanè omnes euaneſcunt, ſi vnum vtriuſque teſtamenti aſſentiamur eſſe Deum. Sic enim apparebit, quòd ordine & bona ratione res noſtras diſpenſet. tūc quidem per legem, nunc autem per gratiam: & non recens neque nuper, ſed iam inde ab initio & à primam vſque dei noſtra omnia gubernet. Quo autem magis eorum ora obſtruamus, age iam teſtimonia tum prophetarum, tum Apoſtolorum adducamus, B clamantium quòd vnus eſt vtriuſque teſtamenti legiſlator. Procedat igitur Hieremias in vtero ſanctificatus, & probet hoc manifeſtè, vnum eſſe eundemq; Deum tum noui Teſtamenti, tum veteris. Quid igitur his dicit ex perſona legiſlatoris clamans? Teſtabor vobis teſtamentum nouum non ſicut teſtamētum quod teſtatus ſum patribus veſtris. Itaque qui nouum teſtamentum dedit, idem eſt Deus qui olim vetus etiam illud dederat. Hic ſanè Pauli quoque Samo- C ſatenſis ſectatoribus ora ſunt occluſa, qui negant ante ſecula fuiſſe vnigenitum Dei. Si enim ante Mariæ partum, & antequàm in carne ſe videndum præberet, non erat, quomodo legem ferebat cùm nō eſſet? Quomodo autem dicebat: Teſtabor vobis teſtamentū nouum, non ſicut teſtamētum, quod teſtatus ſum patribus veſtris: quomodo enim teſtamentum dabat patribus eorū, cùm nōdum eſſet, vt illi quidē affirmant? Sed cōtra Iudæos quidē, eodemq; morbo laborantes Paulianos, idoneum eſt quod D opponatur prophetę huius teſtimonium: vt autem etiam Manichæorū ora cohibeamus, ex nouo teſtamēto adducamus teſtimonium, quādoquidē vetus nihili pendūt: imo verò etiā nouum, cui quamuis honorē habere videri velint, nō minorē tamen huic quàm illi alteri iniuriam inferūt. vno quidem modo quòd dum illam conuellunt, huius quoq; authoritatē labefactant. Non parum enim veritatē eius illuſtrant veteris teſtamenti prophetarum præconia, quos iſti auerſādo non intelligunt non minore Apoſtolos quàm prophetas contumelia ſe afficere: vnam, inquam, nouo teſtamento iniuriam faciunt iſtam. Alio vero modo iterum,

Vnus eſt vtriuſque teſtamenti legiſlator.

Hieremi. 31.

Pauli Samoſateni error.

quòd bonam ex eo partem reſecant. attamen tanta eſt eorum quæ in illo continentur vis, vt vel ex ipſis reliquiis facilè maleficium illorum deprehendatur. Reſecta enim membra clamant, & priſtinum cum ſuis membris conſenſum indeſinenter requirunt. Quomodo igitur demonſtrabimus veteris & noui teſtamenti vnum eſſe legiſlatorem? Ex ipſis Apoſtolicis verbis, quæ in ſuis codicibus reliqua eſſe voluerunt: quæ tametſi prima fronte videantur vetus illud accuſare, non mediocriter tamen id commendant, & diuinis oraculis cœlitus proditum eſſe indicant. Et hoc ſancti Spiritus ſapientia factum eſt, vt accuſatores legis allecti prima facie verborum, imprudentes & inuiti adſcriptam eius defenſionem receperint: quam ſi vellent ad verum excutere, haberent ſermonem quem ſequerẽtur: quod ſi in incredulitate permanerent, nullam ſibi in poſterum veniæ ſpem reliquam facerent: vt qui etiam illis quæ alias recipere videntur, fidem in ſuam ipſorum perniciẽ abrogarent. Vbi igitur nouum teſtamentum ſuarum ac veterum legum eundem autorem eſſe teſtatur? Et alibi quidem non vno loco: nos tamen data opera eam textus partem adducemus, quæ vel in Manichæorum codicibus hactenus manſit incolumis. Quænam hæc? Dicite mihi, inquit, qui ſub lege vultis eſſe, legem non audiſtis? quòd Abraham duos filios habuit: vnum ex ancilla, alterum è libera? Audiuerunt hęretici vnum habuiſſe ex ancilla. & confeſtim accurrerunt: rati enim his verbis legis accuſationem contineri, excerpta è reliquo contextu, tanquam pro ſe facientia retinent. Age igitur ex hoc ipſo loco oſtendamus eundem eſſe legiſlatorem. Abrahã duos filios habuit, vnũ ex ancilla, alterum ex libera. hæc autẽ ſunt, inquit, per allegoriã dicta. Quid eſt per allegoriã dicta? Figuræ eorũ quę ſub gratia gererentur, erãt quæcunq; ſub lege fiebant. Sicut enim illic duæ mulieres, ita hic duo teſtamẽta. Primũ in hoc apparet cognatio noui cum veteri, quòd illa horũ figuræ erant. Figura enim veritati non cõtraria eſt, ſed cognata. Quòd ſi veteris illius Deus noui huius Deo

Prob. ex Apoſt. vnũ eſſe legiſlatorem vtriuſque teſtam.

Gal. 4. 21.

Figura nõ eſt contraria veritati.

A πλείονα αὐτῆς ἐκκόψαι. πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων ἡ δύναμις τοσαύτη, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν λειψάνων εὐφώρατον αὐτῶν γενέσθαι ποιεῖ τὴν κακουργίαν. τὰ γὰρ ἀποκοπέντα μέλη κράζει καὶ βοᾷ, τὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα μέλη συμφωνίαν ἐπιζητοῦντα. πῶς οὖν ἀποδείξομεν, ὅτι καινῆς καὶ παλαιᾶς εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης; ἀπὸ τούτων τῶν παρ' αὐτοῖς ὑπολελειμμένων ῥημάτων τῶν ἀποστολικῶν, ἃ δοκεῖ μὲν ἔχειν τοῦ νόμου κατηγορίαν, συνίστησι δὲ αὐτὸν μάλιστα, καὶ δεικνῦσι θεῖον ὄντα χρησμὸν καὶ ἄνωθεν ἥκοντα. καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ πνεύματος B ἐγένετο σοφίας, ὥστε τῇ προχείρῳ ῥήσει δελεασθέντας τοὺς τοῦ νόμου κατηγοροῦντας, ἄκοντας καὶ ἀγνοοῦντας δέξασθαι τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γεγραμμένην ἀπολογίαν· ἵνα, ἂν μὲν θελήσωσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἰδεῖν, ἔχωσι τὴν ῥῆσιν τὴν χειραγωγοῦσαν αὐτούς· ἂν δὲ ἐπιμένωσι τῇ ἀπιστίᾳ, μηδεμιᾶς συγγνώμης λοιπὸν τύχωσι, καὶ αὐτοῖς, οἷς δοκοῦσι πιστεύειν, ἀπιστοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. ποῦ τοίνυν ἡ καινὴ ἑαυτῆς καὶ τῆς παλαιᾶς ἕνα τὸν νομοθέτην εἶναί φησι; πολλαχοῦ μὲν καὶ ἀλλαχοῦ· ἡμεῖς C δὲ ἐκείνην τέως σπουδάζομεν περικοπὴν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, τὴν καὶ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις σωζομένην ἔτι καὶ νῦν. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, φησι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας; ἤκουσαν οἱ αἱρετικοὶ, ὅτι ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ εὐθέως ἐπεπήδησαν (ἐνόμισαν γὰρ κατηγορίαν εἶναι τοῦ νόμου τὸ λεγόμενον) καὶ ἐκκόψαντες αὐτὴν τῆς λοιπῆς ἀκολουθίας, ὡς συνηγοροῦσαν αὐτοῖς κατέχουσι. D φέρε οὖν ἀπ' αὐτοῦ δείξωμεν ἕνα ὄντα τὸν νομοθέτην. Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν, ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας· ταῦτα δέ ἐστι, φησιν, ἀλληγορούμενα. τί δέ ἐστιν ἀλληγορούμενα; τύποι τῶν ἐν τῇ χάριτι γινομένων ἦσαν τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ γενόμενα· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ δύο γυναῖκες, οὕτως ἐνταῦθα δύο διαθῆκαι· πρῶτον μὲν ἐν τούτῳ δείκνυσι τὴν συγγένειαν τῆς καινῆς πρὸς τὴν παλαιὰν, ὅταν ἐκεῖνα τούτων ᾖ τύπος. ὁ γὰρ τύπος τῆς ἀληθείας οὐκ ἐναντίον, ἀλλὰ συγγενές. εἰ δὲ ἐναντίος ἦν ὁ θεὸς τῆς παλαιᾶς τῷ θεῷ τῆς

καινῆς, οὐκ ἔμελλε διὰ τῶν γυναικῶν προδιατυποῦν τῆς καινῆς διαθήκης τὴν ὑπεροχήν. Εἰ δὲ καὶ ἐκεῖνος προδιετύπωσε, τὸν Παῦλον ἐχρῆν μὴ ἀποχρήσασθαι τῷ τύπῳ. εἰ δὲ λέγοιεν, ὅτι Ἰουδαϊκῇ συγκαταβαίνων ἀσθενείᾳ, τοῦτο ἐποίει, ἐχρῆν καὶ Ἕλλησι κηρύττοντα τύπους Ἑλληνικοὺς εἰσάγειν, καὶ ἱστορίας μεμνῆσθαι τῶν παρ' Ἕλλησι γεγενημένων πραγμάτων. ἀλλὰ οὐκ ἐποίησε τοῦτο· καὶ μάλα εἰκότως. ἐκεῖνα μὲν γὰρ οὐδὲν κοινὸν εἶχε πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ταῦτα δὲ θεοῦ χρησμοὶ καὶ νόμοι. διὸ καὶ πολλὴν συγγένειαν ἔχει τὰ παλαιὰ πρὸς τὴν καινὴν διαθήκην. πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο δείκνυσιν, ὅτι πολλὴ ἡ συμφωνία τῆς καινῆς πρὸς τὴν παλαιάν· δεύτερον δὲ οὐκ ἔλαττον τούτου καὶ αὐτῇ τῇ ἱστορίᾳ. ὥσπερ γὰρ τότε δύο γυναῖκες ἦσαν ἑνὸς ἀνδρὸς, οὕτω καὶ νῦν δύο διαθῆκαι ἑνὸς νομοθέτου· ἐπεὶ εἰ ἄλλος ἦν τῆς καινῆς, καὶ ἄλλος τῆς παλαιᾶς, περιττῶς τὴν ἱστορίαν εἰσήγαγεν. οὐ γὰρ ἄλλος μὲν ἦν τῆς Σάρρας ἀνὴρ, ἄλλος δὲ τῆς Ἄγαρ, ἀλλ' εἷς καὶ αὐτός. ὥστε, ὅταν λέγῃ, αὗται γάρ εἰσι δύο διαθῆκαι, οὐδὲν ἕτερον λέγει, ἀλλ' ἢ, ὅτι ἕνα ἔχουσι νομοθέτην, καθάπερ ἐκεῖναι ἕνα ἄνδρα τὸν Ἀβραάμ. ἀλλ' ἡ μὲν δούλη φησὶν, ἡ δὲ ἐλευθέρα ἦν. καὶ τί τοῦτο; τέως γὰρ ζητούμενον ἦν, εἰ εἷς ἑκατέρων νομοθέτης. καταδεξάσθωσαν τέως τοῦτο πρότερον, καὶ τότε πρὸς ἐκεῖνο αὐτοῖς ἀποκρινούμεθα. ἂν γὰρ τοῦτο καταναγκάσῃς αὐτοὺς δέξασθαι, καὶ πεισθῶσιν, ἅπαν αὐτῶν τὸ δόγμα οἰχήσεται. ὅταν γὰρ εὑρεθῇ τοῦ αὐτοῦ νομοθέτου καὶ ἡ παλαιὰ οὖσα, καθάπερ οὖν καὶ ἔστι, πᾶσα λέλυται ἡμῖν ἡ πρὸς ἐκείνους ἀμφισβήτησις. ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο ὑμᾶς θορυβῇ, προσέχωμεν ἀκριβῶς τῇ ῥήσει. οὐ γὰρ εἶπε, μία μὲν δούλη, μία δὲ ἐλευθέρα· ἀλλὰ, μία μὲν εἰς δουλείαν γεννῶσα. οὐ πάντως δὲ ἡ εἰς δουλείαν γεννῶσα, δούλη. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰς δουλείαν τετέχθαι, οὐ τῆς τεκούσης ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν τικτομένων παιδίων. ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἐλευθερίας διὰ τὴν κακίαν ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν, καὶ τῆς εὐγενείας ἐξέπεσον, ὡς δούλους αὐτοὺς ἀγνώμονας ἐπαίδευσεν ὁ θεὸς φόβῳ διηνεκεῖ, κολάζων τιμωρίαις, καὶ ἀπειλαῖς. πολλοὶ γοῦν καὶ νῦν πατέρες τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς, οὐχ ὡς υἱοὺς ἐνάγουσιν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ πρέποντος οἰκέταις φόβου·

A contrarius eſſet, haudquaquam per illas mulieres noui præcellentiam præfiguraſſet. quòd ſi ille præfigurauit, par erat Paulum non abuti hac figura. Sin autem dicant, quod ad Iudaicam infirmitatem ſe demittens hoc faciebat, oportebat eum etiam Græcis prędicantem figuras Græcorum adducere, & rerum apud Græcos geſtarum hiſtorias commemorare. Sed hoc nuſquam fecit, & merito. illa enim nihil cum veritate commune habebant, hæc autem Dei leges erant, & oracula, quapropter magna cognatio veteribus illis cum nouo teſtamento intercedit. B Primum igitur argumẽtum hoc eſt, vetus teſtamentum modis omnibus cum nouo conſonare, ſecundum autem illo non minus, ex ipſa hiſtoria. Quemadmodum enim tunc duæ mulieres erant vnius viri: ita nunc duo teſtamenta, vnius legiſlatoris. Si enim alius eſſet noui, alius veteris, ſuperuacaneum erat hanc hiſtoriam adducere. neque enim alium habebat Sarra, alium Agar, ſed vtraque vnum & eundem. Itaque dicendo, hæc enim ſunt duo teſtamenta, nihil aliud dicit C quàm quod eundem habeant legiſlatorem, ſicut illæ vnum virum Abrahã. Sed altera quidem erat ſerua, altera vero libera. Quid tum? hactenus enim quærebatur, an vnus vtriuſque ſit legiſlator. Recipiant igitur prius hoc, ac tum demum ad illud alterum eis reſpondebimus. Si enim eos hoc vt admittant, ac nobis aſſentiantur, coëgeris, vniuerſum illorũ dogma corruet. Comperto enim etiam veteris teſtamenti eundem legiſlatorem eſſe, ſicut reuera eſt, finem habebit omnis illorum ac noſtra controuerſia. Attamen ne vel hinc turbemini, aduertamus D diligenter hęc verba. Non enim dixit, vna quidem ſerua, vna verò libera: ſed, vna quidem in ſeruitutem gignẽs: nec ſtatim ſerua eſt, quę in ſeruitutem gignit: & hoc ipſum ad ſeruitutem natum eſſe, non parentis eſt crimen, ſed paruulorum qui naſcuntur. Quoniam enim ſua malitia ſeipſos libertate priuauerunt, & à iure ingenuitatis exciderunt, non ſecus quàm malæ frugi mancipia tractauit eos Deus, terrore continuo pœniſq; ac minis caſtigans. quin & hodie multi patres liberos ſuos nõ vt filios, ſed vt ſeruos metu coërcẽt:

Argumẽtum ſecundum ex eadem hiſtoria.

quæ culpa non parentum eſt, ſed filiorum, qui cauſa fuerunt parētibus, vt ſeruilem in modum ad eis educarentur. Eundem ad modum etiam Deus eius temporis populum terroribus ac minis erudiebat, non aliter quàm nullius frugi ſeruum, nec tamen hæc Dei culpa fuit, aut legis, ſed Iudæorum reſpuentium frenum, & durioribus lupatis opus habentium. Siquidem in ipſo veteri teſtamento multos reperire licet, qui non ad eandem ſint tractati diſciplinam, vt Abel, Noë, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Moſes, Elias, Eliſſæus, & omnes qui noui teſtamenti inſtituta ſunt ęmulati. nō enim terrore ac pœnis, nec minis ac mulctis, ſed amore Dei, & feruēti erga illum affectione tales ſunt redditi, quales fuerunt. Non enim opus habebant mandatis, neq; præſcriptis & legibus, vt virtutē ſectarentur ac vitia fugerēt: ſed vt ingenui & liberali ingenio filij, agnoſcentes ſuā conditionem, abſq; metu vllo aut caſtigatione in virtutis caſtra ſe contulerunt: reliquum verò vulgus Iudæorū quoniam ad malitiā defecerant, legis freno neceſſario coërcendi fuerunt. Ideoq; poſteaquā vitulum finxerunt, & ſculptile adorauerunt, tum demum audierant, Dominus Deus tuus Dominus vnus eſt. poſteaquam cędes patrauerunt & vxores proximi ſtuprauerunt, tunc audiuerunt, Non occides, non committes adulterium: & ſimili modo reliqua omnia. Itaque non eſt vituperium legis quod punit & mulctat, & ſicut nequam ſeruos emendat ac caſtigat, ſed præconium inſigne, nec vulgaris laus, quod eos qui ad extremam malitiam prolapſi fuerant, potuit auſteritate ſua liberare à vitiis, molliréque & obſequentes facere, ac venturæ gratiæ præparare, atque ad nouam hāc modeſtè ac moderatè viuendi rationem ceu viam quandam ſternere. Idem enim ſpiritus tum in veteri teſtamento, tum in nouo diſpenſabat omnia, licèt diuerſo modo. Hoc & cur Paulus dicit: Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum. Nec ſolū propter hoc dixit eūdem ſpiritum, ſed & ob aliam nō leuiorem cauſam:

Quidam Iudæi amore ducti nō timore.

Deut. 6. 4.

A καὶ τὸ ἔγκλημα οὐχὶ τῶν πατέρων ἐστίν, ἀλλὰ τῶν τοὺς πατέρας παρασκευασάντων παίδων ὡς δούλοις κεχρῆσθαι τοῖς ἐλευθέροις. οὕτω καὶ ὁ θεὸς τὸν λαὸν τότε ἐκεῖνον μετὰ τοσούτου φόβου καὶ τιμωρίας τοσαύτης ἦγε, μεθ' ὅσης εἰκὸς τὸν οἰκέτην ἀγνώμονα. ἀλλ' οὐ κατηγορία τοῦ θεοῦ τὸ γινόμενον, οὐδὲ ἔγκλημα τοῦ νόμου· ἀλλὰ τῶν ἀφηνιαζόντων Ἰουδαίων, σφοδροτέρου δεηθέντων χαλινοῦ. ἐν αὐτῇ γοῦν τῇ παλαιᾷ εὑρεθήσονται πολλοὶ οὐχ οὕτως ἀχθέντες, οἷον ὁ Ἄβελ, ὁ Νῶε, ὁ Ἀβραάμ, ὁ Ἰσαάκ, ὁ Ἰακώβ, ὁ Ἰωσήφ, ὁ Μωυσῆς, ὁ Ἠλίας, ὁ Ἐλισ-
B σαῖος, οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι τὴν ἐν τῇ καινῇ φιλοσοφίαν ἐζήλωσαν. οὐ γὰρ φόβῳ καὶ κολάσει, οὐδὲ ἀπειλῇ καὶ τιμωρίᾳ, ἀλλ' ἀγάπῃ θείᾳ καὶ φίλτρῳ ζέοντι τῷ περὶ θεὸν ἐγένοντο τοιοῦτοι, οἷοι δὴ καὶ ἐγένοντο. οὐ γὰρ ἐδεήθησαν προσταγμάτων, οὐδὲ ἐντολῶν καὶ νόμων, ὥστε ἀρετὴν ἑλέσθαι καὶ φυγεῖν κακίαν, ἀλλ' ὥσπερ εὐγενεῖς παῖδες καὶ ἐλεύθεροι, τὴν οἰκείαν ἐπιγνόντες ἀξίαν, χωρὶς φόβου τινὸς καὶ κολάσεως ηὐτομόλησαν πρὸς τὴν ἀρετήν· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες Ἰουδαῖοι, ἐπειδὴ πρὸς κα-
C κίαν ἀπέκλιναν, τοῦ κατὰ τὸν νόμον ἐδεήθησαν χαλινοῦ. ὅτε γοῦν ἐποίησαν τὸν μόσχον, καὶ τὸ γλυπτὸν προσεκύνησαν, τότε ἤκουσαν· κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν· ὅτε ἐφόνευσαν, καὶ τὰς γυναῖκας τῶν πλησίον διέφθειραν, τότε ἤκουσαν οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα ὁμοίως. ὥστε οὐκ ἔγκλημα τοῦ νόμου τὸ κόλασιν ἐπάγειν καὶ τιμωρεῖν, καὶ καθάπερ οἰκέτας ἀγνώμονας παιδεύειν καὶ σωφρονίζειν· ἀλλὰ καὶ ἐγκώμιον μέγιστον, καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἔπαινος, ὅτι τοὺς πρὸς
D τοσαύτην κατενεχθέντας κακίαν ἠδυνήθη διὰ τῆς οἰκείας σφοδρότητος ἀπαλλάξαι τῆς πονηρίας, μαλάξαι τε καὶ ποιῆσαι καταπειθεῖς τῇ χάριτι, καὶ πρὸς τὴν τῆς καινῆς ὁδηγῆσαι φιλοσοφίαν. τὸ γὰρ αὐτὸ πνεῦμα καὶ τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ, καὶ τὰ ἐν τῇ καινῇ πάντα ᾠκονόμει, εἰ καὶ διαφόρως. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγεν· ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον ἔλεγε, τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐλάττονα τῆς εἰρημένης.

ἣν ἐβουλόμην μὲν νῦν εἰπεῖν, δεδοικὼς δὲ μὴ A τὰ εἰρημένα ἐκβλύσητε, εἰς ἑτέραν ὑμῖν διάλεξιν ταύτην ταμιεύσομαι, τέως ταύτης μεμνῆσθαι πάσης παρακαλέσας ὑμᾶς καὶ μετὰ ἀκριβείας φυλάττειν αὐτὴν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας ἀρετὴν προστιθέναι, καὶ τῇ τῶν δογμάτων συνυφαίνειν αὐτὴν καθαρότητι· ἵνα ἄρτιος ὁ ἄνθρωπος ᾖ τοῦ θεοῦ, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν ἔσται ἡμῖν τῶν ὀρθῶν δογμάτων, ὅταν ὁ βίος διεφθαρμένος ᾖ· ὥσπερ οὖν οὐδὲ πολιτείας ἀρίστης ὄφελος, πίστεως οὐχ οὔσης ὑγιοῦς. ἵνα οὖν ἀπηρτισμένην ἔχωμεν τὴν ὠφέλειαν, ἑκατέρωθεν ἑαυτοὺς ἀσφαλιζώμεθα, B ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι καρποὺς ἐπιδεικνύμενοι γενναίους, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων τὴν ἐλεημοσύνην (περὶ ἧς καὶ πρῴην ὑμῖν διελέχθην) μετὰ πολλῆς μὲν τῆς προθυμίας, μετὰ πολλῆς δὲ αὐτὴν ἐπιτελοῦντες τῆς δαψιλείας. ὁ γὰρ σπείρων φειδομένως, φησὶ, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει. τί ἐστιν, ἐπ' εὐλογίαις; μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ ὁ ἀμητὸς καὶ ὁ σπόρος τῶν αὐτῶν ἐστι σπερμάτων. καὶ γὰρ ὁ σπείρων, πυρὸν ἢ κριθὰς C καταβάλλει, ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων; καὶ ὁ θερίζων τὸ αὐτὸ θερίζει πάλιν· ἐπὶ δὲ τῆς ἐλεημοσύνης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ἑτέρως. σὺ μὲν γὰρ καταβάλλεις ἀργύριον, συλλέγεις δὲ παῤῥησίαν τὴν πρὸς τὸν θεόν· δίδως χρήματα, καὶ λαμβάνεις ἁμαρτημάτων λύσιν· παρέχεις ἄρτον καὶ ἱμάτιον, καὶ ἀντὶ τούτων σοι ἡ τῶν οὐρανῶν εὐτρεπίζεται βασιλεία, καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· τὸ δὴ πάντων κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, ὅμοιος γίνῃ τῷ θεῷ, κατὰ D δύναμιν τὴν ἀνθρωπίνην. περὶ γὰρ ἐλεημοσύνης καὶ φιλανθρωπίας διαλεχθεὶς ὁ Χριστὸς ἐπήγαγεν, ὅπως γένησθε ὅμοιοι τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. οὐ δύνασαι ἀνατεῖλαι ἥλιον, οὐδὲ ὄμβρους ἀφεῖναι σὺ, οὐδὲ οἰκουμένην εὐεργετῆσαι τοσαύτην· τοῖς οὖν χρήμασιν ἀπόχρησαι πρὸς τὴν φιλοφροσύνην; καὶ γέγονας ὅμοιος τῷ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντι, ὡς ἄνθρωπον ὅμοιον θεῷ γενέσθαι δυνατόν.

quam volebam quidem nunc afferre ſed veritus ne pluribus grauati iam dictorum obliuiſcamini, in aliam diem vobis eum ſermonem ſeruabo; interim hortatus, vt præſentem totũ in memoriam recordatis, atque diligenter retineatis, vtq́; virtutes Chriſtianas cum dogmatum puritate coniungatis, vt ſic fiat integer homo Dei ad omne opus bonum præparatus: quandoquidẽ nihil nobis profuerit rectè ſentire, ſi vita interim fuerit malis moribus vitiata: quemadmodum contrà nihil prodeſt vita incorrupta, niſi accedat fidei quoque ſynceritas. Vt igitur integram vtilitatem conſequamur, vtrinque nobis prouideamus, fructus etiam generoſos proferentes, & cum primis eleemoſynam, de qua etiam nuper ad vos verba feci, magna cum largitate atque alacritate illam exercentes. Qui enim parcè ſeminat, ait ſcriptura, parcè & metet: & qui ſeminat cum benedictione, cum benedictione & metet. Quid eſt cum benedictione? cum magna largitate. Hic quidem in rebus ſecularibus tam meſſis quàm ſementis eorundem eſt ſeminum: nam qui triticum aut hordeum ſpargit, aut aliquid ſimile, meſſis tempore idipſum genus eſt meſſurus: at in eleemoſyna non idem vſu venit: ſed ſpargis argentum, & colligis fiduciam erga Deum: das pecuniam, & accipis remiſſionem peccatorum: præbes panem ac veſtem, & pro his regnum cœlorum tibi paratur, bonáque illa infinita, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt: & quod eſt omnium bonorum ſumma, ſimilis efficeris Deo, quatenus id homini eſt poſſibile. Nam cũ de eleemoſyna & benignitate diſſeruiſſet Christus ſubiunxit vt efficiamini ſimiles patri veſtro cœleſti, quia ſolem ſuum oriri iubet ſuper malos ac bonos, & pluit ſuper iuſtos ac iniuſtos. Tu non potes oriri iubere ſolem, neque imbres immittere, neque beneficus eſſe in orbem terrarum tam longe latéque patentem? vtere facultatibus tuis ad beneficentiam, & factus eſt ſimilis ei qui ſolem ſuũ oriri iubet, in quantum hominem Deo ſimilẽ fieri licet.

Morum probitas cũ fidei ſyncera vitæ iungenda.

2. Cor. 9. 6.

Matth. 5. 45.

Animaduertite diligenter quæ dico: ſuper bonos ac malos, inquit. Ergo tu quoque quoties eleemoſynam facis, ne vitam examines, neque morum rationem repoſcas. eleemoſyna enim, hoc eſt miſeratio ideo dicitur, vt etiam indignis præbeamus: qui enim miſeratur, non rectè viuentem, ſed peccantem miſeratur: nã qui rectè viuit laude eſt dignus & corona, qui verò peccat, venia & miſericordia; quapropter hac quoq; parte Deũ imitabimur, ſi etiam malis benignitatẽ noſtram non ſubducamus. Cõſidera enim quàm multi orbẽ terrarũ habitent blaſphemi, ſcelerati, præſtigiatores, omnibus vitiis referti, attamen hos quoq; per ſingulos dies enutrit Deus, docens nos vt vniuerſos homines beneficentia cõplectamur. Nos verò omnia cõtrario modo facimus: non ſolùm enim malos & improbos homines auerſamur, verùmetiã cùm ſanus quiſpiam nos accedit, aut propter bonitatẽ aut propter libertatẽ, fortè etiam propter pigritiam, vt & hoc addam, in paupertate viuẽs, probra, cõtumelias, & innumera in eum iaculati dicteria, vacuis ipſum manibus remittimus. Hoccine iuſſus es ô homo, obiurgare tãtùm ac increpare egenos? Miſerari ac ſubleuare paupertatẽ eorum iuſſit Deus, nõ rationem repoſcere ac conuitiari. Sed vis illius mores corrigere, & hominẽ inertẽ à ſegnitie ſua reuocatũ ad opus aliquod applicare. Da prius, ac tum demũ increpa, vt nõ crudelitatis ſuſpectus fias ſed benignitatis laudẽ reportes. Eum enim qui nihil dãs tantũ opprobrat, auerſatur pauper, & inique fert, ac ne aſpicere quidem ſuſtinet. & merito. Putat enim non quòd bene ſibi velit, ſed quòd dare nolit, obiurgatorem eum eſſe: ita vt reuera eſt; qui verò poſteaquam dedit obiurgat, facit vt libenti animo obiurgatio ſua recipiatur: eo quòd non propter inhumanitatem, ſed propter beneuolentiam increpationem adhibere videatur. Sic etiam Paulus fecit. Cùm enim dixiſſet: Qui non vult operari, ne edat: adiungit exhortationem dicens: Vos autem bonum facientes ne deficiatis. Atqui hæc præcepta contraria eſſe videntur. Si enim otioſos non oportet cibum capere,

Eleemoſyna etiam indignis datur.

Gal. 6. 9.

Segnes reuocat ab otio Paulus.

A προσέχετε μετὰ ἀκριβείας τοῖς εἰρημένοις. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, φησί. καὶ σὺ τοίνυν, ὅτε ἐλεημοσύνην ποιεῖς, μὴ βίον ἐξετάσῃς, μηδὲ τρόπων εὐθύνας ἀπαίτει. ἐλεημοσύνη γὰρ διὰ τοῦτο λέγεται, ἵνα καὶ τοῖς ἀναξίοις παρέχωμεν. ὁ γὰρ ἐλεῶν, οὐ τὸν κατωρθωκότα, ἀλλὰ τὸν ἡμαρτηκότα ἐλεεῖ. ὁ μὲν γὰρ κατορθῶν, ἐπαίνων ἄξιος καὶ στεφάνων ἐστίν· ὁ δὲ ἁμαρτάνων, ἐλέους καὶ συγγνώμης. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μιμησόμεθα τὸν θεόν, ἐὰν καὶ πονηροῖς παρέχωμεν. ἐννόησον γὰρ ὅσοι τὴν οἰκουμένην οἰκοῦσι βλάσφημοι, μιαροί, γόητες, πάσης ἐμπεπλησμένοι κακίας. B ἀλλὰ καὶ τούτους καθ' ἑκάστην τρέφει τὴν ἡμέραν ὁ θεός, ἡμᾶς παιδεύων τὴν φιλοφροσύνην ἐπὶ πάντας ἐκτείνειν. ἡμεῖς δὲ ἅπαν τοὐναντίον ποιοῦμεν. οὐ γὰρ πονηρούς, οὐδὲ φαύλους ἀνθρώπους ἀποστρεφόμεθα μόνον, ἀλλὰ κἂν ὑγιαίνων τις ἡμῖν προσέλθῃ, ἢ δι' ἐπιείκειαν, ἢ δι' ἐλευθερίαν, ἢ καὶ δι' ἀργίαν ἴσως (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τίθημι) πενίᾳ συζῶν, λοιδορίας, ὕβρεις, μυρία κατ' αὐτοῦ συνείροντες σκώμματα, κεναῖς αὐτὸν ἀποπέμπομεν χερσί, τὴν ὑγείαν ὀνειδίζοντες, τὴν ἀργίαν προσφέ-C ροντες, εὐθύνας ἀπαιτοῦντες. μὴ γὰρ τοῦτο προσετάγης, ἄνθρωπε, ἐγκαλεῖν καὶ ἐπιτιμᾶν ἁπλῶς τοῖς δεομένοις; ἐλεεῖν καὶ διορθοῦσθαι τὴν πενίαν αὐτῶν ὁ θεὸς ἐκέλευσεν, οὐχὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖν καὶ ὑβρίζειν. ἀλλὰ βούλει διορθῶσαι τὸν τρόπον, καὶ τῆς ἀργίας ἀπαγαγεῖν, καὶ εἰς ἔργον ἐμβαλεῖν τὸν ἀργοῦντα; δὸς πρότερον, καὶ τότε ἐπιτίμησον· ἵνα μὴ ὠμότητος ὑποψίαν, ἐγκληθεὶς βαρύτητα, ἀλλὰ κηδεμονίας δόξαν λάβῃς. τὸν μὲν γὰρ μὴ δόντα, ἀλλ' ἐγκαλοῦντα μόνον ἀποστρέφεται καὶ ἀηδίζει, καὶ D οὐδὲ ἰδεῖν ἀνάσχοιτ' ἂν ὁ πένης· καὶ μάλα εἰκότως. οὐ γὰρ διὰ κηδεμονίαν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι δοῦναι νομίζει τὰ ἐγκλήματα γίνεσθαι. ὅπερ οὕτω καὶ ἔστιν ἀληθές. ὁ δὲ μετὰ τὸ δοῦναι ἐγκαλῶν, εὐπαράδεκτον ποιεῖ τὴν παραίνεσιν. οὐ γὰρ ἐξ ἀπανθρωπίας, ἀλλ' ἐκ κηδεμονίας ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν. οὕτω καὶ Παῦλος ἐποίησεν. εἰπὼν γάρ, εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, ἐπάγει λέγων· ὑμεῖς δὲ τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακήσητε. καίτοι δοκεῖ ταῦτα ἐναντία εἶναι τὰ προστάγματα. εἰ γὰρ οὐ δεῖ τοὺς ἀργοῦντας ἐσθίειν,

πῶς τούτοις κελεύεις τὸ καλὸν ποιεῖν; ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐναντίον· μὴ γένοιτο. διὰ γὰρ τοῦτο, φησιν, εἶπον, ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, οὐχ ἵνα τοὺς μέλλοντας διδόναι ἀπαγάγω τῆς ἐλεημοσύνης, ἀλλ' ἵνα τοὺς ἐν ἀργίᾳ ζῶντας ἀπαγάγω τῆς ἀργίας. τὸ μὲν οὖν εἰπεῖν, μηδὲ ἐσθιέτω, ἐκείνους διανίστησι πρὸς ἐργασίαν τῷ φόβῳ τῆς ἀπειλῆς· τὸ δὲ εἰπεῖν, τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῆτε, τούτους διεγείρει πρὸς ἐλεημοσύνην τῷ χρησίμῳ τῆς παραινέσεως. ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούσαντες τῆς κατ' ἐκείνων γεγενημένης ἀπειλῆς, συστείλωσι τὰς χεῖρας τινες, ἐκκαλεῖται πρὸς φιλοφροσύνην αὐτοὺς, λέγων, τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῆτε· ὥστε καὶ ἀργοῦντι ἐὰν δῷς, καλὸν πεποίηκας. τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δῆλον ἐποίησεν. εἰπὼν γὰρ, εἴ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ· καὶ ἐκκόψας αὐτὸν τῆς ἱερᾶς αὐλῆς, πάλιν αὐτὸν ἑτέρῳ συνάπτει τρόπῳ, τὰς τῶν ἐκτεμόντων διανοίας οἰκειῶν αὐτῷ καὶ συνάγων. ἐπήγαγε γοῦν λέγων· μὴ ὡς ἐχθρὸν, φησιν, ἡγεῖσθε, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. ὥσπερ οὖν εἰπὼν, εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω, τοῖς κυρίοις ἐκέλευσε πολλὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι πρόνοιαν πάλιν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, οὐκ ἀπέστησεν αὐτοῦ τῆς ἐπιμελείας τοὺς ἀκούοντας· ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτοῖς ἀντιλαμβάνεσθαι παρεκελεύσατο, προσθεὶς καὶ εἰπὼν, καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν· ἐχωρίσθης αὐτοῦ τῆς συνουσίας, ἀλλὰ μὴ χωρισθῇς τῆς κηδεμονίας· ἀπέκλεισας αὐτὸν τῆς συνόδου, μὴ ἀποκόψῃς αὐτὸν τῆς ἀγάπης. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο δι' ἀγάπην ἐκέλευσε γίνεσθαι, ἵνα τῷ χωρισμῷ γενόμενος βελτίων, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐπανέλθῃ σῶμα. ἐπεὶ καὶ οἱ πατέρες τῆς οἰκίας τῆς ἑαυτῶν ἐκβάλλουσι τοὺς παῖδας, οὐχ ἵνα ἔξω μένωσι διηνεκῶς, ἀλλ' ἵνα τῷ τῆς οἰκίας ἐκπεσεῖν γενόμενοι σωφρονέστεροι, πρὸς τὴν οἰκίαν ἐπανέλθωσι πάλιν. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἀργίαν ἐγκαλοῦντας ἱκανὰ τὰ εἰρημένα. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἕτερός ἐστι πολλοῖς μεμελετημένος λόγος πρὸς ἀπολογίαν ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος γέμων, ἀνάγκη καὶ τοῦτον διεξελέγξαι πάλιν· οὐχ ἵνα ἀπολογίας αὐτοὺς ἀποστερήσωμεν, ἀλλ' ἵνα πείσωμεν τὴν οὐκ οὖσαν,

A quomodo iubes bene talibus facere? Sed non ſunt contraria: abſit. Ideo enim hoc dixi, inquit: Qui non vult operari ne edat, non vt eos qui alioqui largituri erant, auerterem à danda eleemoſyna, ſed vt in otio viuentes à ſegnitie ſua reuocarem. Itaque cum dicit, ne edat, illos extimulat ad laborem, comminatione hac territos: cùm verò dicit, bonum facientes ne deficiatis, hos excitat ad beneficentiam, vtili exhortatione impulſos: ne enim retraherent manus audito qua illi comminatione feriantur, ad beneficentiam his verbis il-
B los prouocat: Bonum faciendo ne deficiatis. Itaque etiamſi otioſo des, bonum feciſti. Idem agit & in ſequenti contextu. Cùm enim dixiſſet: ſi quis non audit ſermones noſtros, hunc per epiſtolam indicate, & ne commiſceamini illi: atque hoc modo hominem eieciſſet ex Eccleſia, rurſum alio modo eum reconciliat, reducens in gratiam cum eis à quibus eiectus fuerat: quapropter hæc verba ſubdit, non vt inimicum exiſtimate, ſed vt fratrem. 2. Theſſ. 3. 14.
C Quemadmodum igitur cùm dixiſſet, ſi quis non vult laborare ne edat; illos certè qui poſſunt, curam eorum habere iuſſit: ita etiam hic poſteaquam dixit, ne commiſceamini illi, non alienauit ab eius cura auditores, ſed iubet vt diligenter eum ſuſcipiant, dicens: non vt inimicum exiſtimate, ſed vt fratrem. reliquiſti eius conſuetudinem, ſed ne relinquas de eo ſolicitudinem. Excluſit eum à conuentu, ne excludas à charitate. etenim hoc ipſum affectu charitatis manda- 1. Theſſ. 3. 10.
D ui, vt hac ſeparatione factus melior, maturè ad reliquum corpus reuerteretur: quandoquidem etiam patres domo ſua filios expellunt, non vt perpetuò foris maneant, ſed vt hac caſtigatione modeſtiores facti, domum poſtliminio reuertantur: atque hæc ſufficiant ad illos qui pigritiam, aliis obiicere ſolent. Verum quoniam multi alia habent verba quibus ſe excuſent, plena crudelitatis ac inhumanitatis, neceſſe eſt vt illa quoq; redarguam, non vt excuſationem, eis adimam, ſed vt perſuadeam omiſſa vana & inutili,

A ad veram & apud Chriſti tribunal profuturam defenſionem operibus ipſis exerceri. Quæ eſt igitur illa vulgarium hominum frigida ac inutilis defenſio? Alendi ſunt, inquit, liberi, rei familiaris gerenda eſt cura. Vxorem alo, neceſſarios ſumptus multos ſuſtineo. quamobrem non ſuppetit, vnde obuios ſubleuare poſſim. Quid ais? filios alis, & ideo non eſt vnde venientes ad te ſubleues? Immo propter hoc ipſum ſubleuandi ſunt egeni, vt exigua pecunia Dominum qui eos tibi dedit propitium, vt etiã poſt mortem tuam patronum illis relinquas, vt eis magnum fauorem cœlitus concilies, dũ ex illa pecunia ſumptus Deo gratos facies. Annon vides, quòd multi homines præpotentes ac opulentos, nihil alioqui ad ſuum genus attinentes, teſtamento ſæpe inſeruerunt, & liberis ſuis cohæredes fecerunt nihil ob aliud quam vt ſecuritatem filiis modica pecunia pararent: idque cum incertum eſſet, quonam affectu poſt obitum ipſorum filios illos cohæredes eſſent proſecuturi. Tu verò cùm ſcias humanitatem, bonitatem, & æquitatem tui Domini, expertem eum tui teſtamenti facies? non facies eum cohæredem liberorum tuorum? Hoccine eſt amantiſſimi patris officium? Nam ſi prolis tuæ curam geris, relinque illis chartulam ſcriptam, in qua Deum debitorem habes. Hæc maxima hæreditas, hoc decus eſt, hæc ſecuritas. Induc eum in terrenam hanc hæreditatem, vt te vnà cum tuis liberis in cœleſtem illam hæreditatem inducat. hic hæres nobilis eſt, humanus, bonus, potens, diues, quare nihil eſt cur eius ſocietatem ſuſpectam habeas. Ideo etiam ſementis vocatur eleemoſyna, quia res hæc non tam ſumptus eſt quàm reditus. Tu autem quando ſeminãdum eſt, non magni facis quòd euacuas fructuum veterum promptuaria, ſed ad meſſis futuræ fructum ſpectas, idque cùm euentum neſcias, nam & rubigo, & calamitas, & locuſta, & aëris intemperies quandoque ſpes noſtras fruſtratur: cùm verò in cœlum eſt ſemen iaciendum,

Excuſationes alias auarorum refellit.

Cohæredes filiorũ ſint pauperes.

Sementem aut eleemoſynam vocat ſcriptura.

A οὐδὲ ὠφελοῦσαν ἀπολογίαν ἀποθέσθαι, τὴν δὲ οὖσαν καὶ προστῆναι δυναμένην ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ταύτην διὰ τῶν ἔργων μελετᾶν διηνεκῶς. τίς οὖν ἐστιν ἡ ψυχρὰ καὶ ἀνόητος τῶν πολλῶν ἀπολογία; παιδοτροφίᾳ συζῶ, φησιν, οἰκίας προΐσταμαι, γυναῖκα τρέφω, πολλὰς ἔχω δαπάνης ἀνάγκας· ὅθεν οὐκ εὐπορῶ τοὺς προσιόντας μοι ἐλεεῖν. τί λέγεις; παιδία τρέφεις, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς προσιόντας οὐκ ἐλεεῖς; δι᾽ αὐτὰ μὲν οὖν ταῦτα τοὺς δεομένους ἐλεεῖν δεῖ, διὰ τὰ παιδία, καὶ τὴν αὐτῶν προστασίαν· ἵνα ἀπὸ ὀλίγων χρημάτων ἵλεω τὸν δόντα αὐτὰ θεὸν ποιήσῃς, B ἵνα καταλίπῃς αὐτοῖς προστάτην ἐκεῖνον καὶ μετὰ τὸν σὸν θάνατον, ἵνα πολλὴν αὐτοῖς ἄνωθεν εὔνοιαν ἐπισπάσῃ ἀπὸ τῶν ἐκείνων χρημάτων τῷ θεῷ δαπανῶν. οὐχ ὁρᾷς, ὅτι πολλοὶ ἀνθρώπους πλουτοῦντας καὶ ἐν δυναστείαις ὄντας οὐδαμόθεν αὐτοῖς προσήκοντας, εἰς τὰς διαθήκας πολλάκις εἰσήγαγον τὰς ἑαυτῶν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν παισὶ συγκληρονόμους ἐποίησαν, δι᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ ἀσφάλειαν τοῖς ἑαυτῶν κτήσωνται παισὶν ἀπὸ ὀλίγων χρημάτων· καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδότες πῶς διακείσονται μετὰ τὴν αὐτῶν τελευτὴν περὶ τοὺς C αὐτῶν παῖδας οἱ τοῦ κλήρου γενόμενοι κοινωνοί; σὺ δὲ εἰδὼς τὸ φιλάνθρωπον καὶ χρηστὸν καὶ ἐπιεικὲς τοῦ σοῦ δεσπότου, οὐ ποιήσεις αὐτὸν κοινωνὸν τῆς διαθήκης τῆς σῆς; οὐ ποιήσεις αὐτὸν συγκληρονόμον τῶν παίδων τῶν σῶν; καὶ ποῦ ταῦτα πατρὸς, εἰπέ μοι, παῖδας φιλοῦντος; εἰ γὰρ κήδῃ τῶν τεχθέντων παίδων, κατάλιπε γραμματεῖον αὐτοῖς, ἐν ᾧ τὸν θεὸν ἔχεις ὑπεύθυνον. τοῦτο μεγίστη κληρονομία, τοῦτο κόσμος, τοῦτο ἀσφάλεια. εἰσάγαγε αὐτὸν εἰς τὴν κληρονομίαν τὴν ἐνταῦθα, ἵνα σὲ μετὰ τῶν παίδων εἰς τὴν κληρονομίαν D αὐτεισαγάγῃ τὴν ἐκεῖ. οὗτος ὁ κληρονόμος γενναῖος, φιλάνθρωπος, χρηστὸς, δυνατὸς, πλούσιος. ὥστε κατ᾽ οὐδὲν ἔστιν ὑποπτεῦσαι τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ σπόρος ἡ ἐλεημοσύνη καλεῖται, ἐπειδὴ οὐκ ἔστι δαπάνη τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πρόσοδος. σὺ δὲ, ὅταν μὲν σπείρειν δέῃ, οὐ προσέχεις, ὅτι κενοῖς τὰ ταμιεῖα τῶν παλαιῶν γεννημάτων, ἀλλὰ προσέχεις τῷ μηδέπω παρόντι τῶν γεννημάτων ἀμητῷ· καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδὼς, ὅτι πάντως ἐκβήσεται. καὶ γὰρ καὶ ἐρυσίβη, καὶ χάλαζα, καὶ ἀκρὶς, καὶ ἀέρων ἀνωμαλία, καὶ πολλὰ τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς ἀποκρούει τῆς μελλούσης. εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν μέλλων σπείρειν,

A ὅπου πᾶσα μὲν ἀνωμαλία ἀέρων ἐκβέβληται, πάσης δὲ λύπης καὶ ἐπιβουλῆς ἀνῄρηται πρόφασις, ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ; καὶ ποίας εὑρήσεις συγγνώμης, ὅταν εἰς μὲν τὴν γῆν καταβάλλων θαρρῇς, καὶ μετὰ προθυμίας τοῦτο ποιῇς, εἰς δὲ τὴν χεῖρα τοῦ θεοῦ μέλλων καταβάλλειν, ὀκνεῖς καὶ ἀμελεῖς; εἰ γὰρ ἡ γῆ τὰ καταβληθέντα ἀποδίδωσι, πολλῷ μᾶλλον ἡ τοῦ θεοῦ χεὶρ, ἅπερ ἂν δέξηται, μετὰ πάσης ἀποδώσει σοι τῆς περιουσίας. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ τῇ δαπάνῃ προσέχωμεν, ὅταν ἐλεημοσύνην ποιῶμεν· ἀλλὰ τῇ προσόδῳ καὶ ταῖς μελλούσαις ἐλπίσι, καὶ τῷ παρόντι δὲ κέρδει. B οὐ γὰρ βασιλείαν οὐρανῶν ἐλεημοσύνη προξενεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀσφάλειάν τε καὶ ἀφθονίαν. τίς ταῦτά φησιν; αὐτὸς ὁ ταῦτα δοῦναι κύριος. ὁ γὰρ τὰ αὐτοῦ πένησι, φησὶ, δοὺς, ἑκατονταπλασίονα λήψεται ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. ὁρᾷς ἐν ἑκατέρᾳ τῇ ζωῇ τὰς ἀμοιβὰς διδομένας μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας; μὴ τοίνυν ὀκνῶμεν, μηδὲ ἀναβαλλώμεθα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν τῆς ἐλεημοσύνης καρπὸν φέρωμεν· ἵνα καὶ τὰ παρόντα ἡμῖν πράγματα κατὰ ῥοῦν φέρηται, C καὶ τῆς μελλούσης ἐπιτύχωμεν ζωῆς, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A vbi nullæ ſunt tempeſtates, nullæ inſidiæ, nulla læſio, tergiuerſaris ac procraſtinas? Et quam ſperas veniam, qui in terram ſeminando confidenter & alacriter id facis: cùm vero in manum Dei ſeminandum eſt, ceſſas & negligis? Nam ſi terra reddit quod ſibi eſt creditum, multo magis Dei manus, quæcumque acceperit, magno cum fœnore eſt redditura. Hæc igitur ſcientes non reſpiciamus ſumptum, quando eleemoſynam facimus, ſed eum qui inde ſperatur prouentum: imò etiam præſens lucrum. non ſolùm enim in regno cœlorum B hoſpitium præparat, ſed in præſenti etiam vita ſecuritatẽ adfert & abundantiam. Quis hæc pollicetur? Ipſe qui præſtare poteſt Dominus. Dicit enim: qui ſua pauperibus largitur, centuplum accipiet in hoc ſeculo, & vitæ æternæ hæreditatem habebit. Vides retributionem in vtraque vita cum magno fœnore recipiendam? Ne igitur ceſſemus, neque procraſtinemus, ſed per ſingulos dies eleemoſynæ fructum percipiamus, vt & in præſenti ſeculo rebus ſecundis C fruamur, & futuram vitam conſequamur: quæ nobis omnibus contingat gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri vna cum Spiritu ſancto gloria, honor, poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Matt. 19. 29.

Πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ῥῆσιν, ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ διὰ τί κοινῇ πάντες ἀπολαμβάνουσι τὰ ἀγαθά, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

De eiſdem verbis, Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, & qua de cauſa rebus bonis omnes ex æquo fruantur, & de eleemoſyna. 2. Cor. 4. 13.

Eodem interprete.

D ΤΗ προτέρᾳ συνάξει καὶ τῇ πρὸ ἐκείνης μίαν τοῦ ἀποστόλου ῥῆσιν ἀπολαβόντες, εἰς τὴν ἐξήγησιν ταύτης ἅπαντα τὸν λόγον ἀνηλώσαμεν· καὶ τήμερον δὲ τῇ αὐτῇ ταύτῃ πάλιν ἐνδιατρῖψαι σπουδάζομεν. ποιοῦμεν δὲ τοῦτο ἐπίτηδες πρὸς ὠφέλειαν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν τὴν ἡμετέραν. οὐ γὰρ ἵνα γόνιμόν τινα καὶ πολυΐστορα ἐμαυτὸν ἀποφήνω, ἀλλ' ἵνα καὶ τὴν Παύλου σοφίαν ὑμῖν ἐκκαλύψω,

CVM priore conuentu, & qui illum præceſſerat, vnum Apoſtoli dictum ſuſceperimus exponendum, in eius enarratione totum ſermonem conſumpſimus, & hodie quoque in eodem verſari propoſuimus: hoc autem data opera facimus, ad veſtram vtilitatem, non ad noſtram oſtentationem: non enim vt fœcundum me & multiſcium oſtendam, ſed vt eum Pauli ſapientiam vobis aperiam,

tum veſtram alacritatem excitem, ad hũc modum eundẽ verſo ſermonem: nam & illius intelligẽtiæ profunditas magis elucebit, ſi ex vno dicto tanta nobis ſententiarũ fluenta proferat: & vos cognito quòd ex vno Apoſtoli verbo ineffabiles ſapientiæ diuitias depromere liceat, non oſcitãter percurretis eius epiſtolas, ſed hac ſpe inducti ſingulas earum ſententias exquiſita cura ac diligentia perſcrutabimini. Si enim vnum dictum triduo nobis diſſerendi materiam præbuit, quantum putatis theſaurum nobis profunderet vna quæpiam pars diligenter tractata ac conſiderata? ne igitur delaſſemur, priuſquam totum quod ſupereſt decerpſerimus. Si enim metallorum auri foſſores, licet quantumuis diuitiarum inde exhauſerint, non prius tamen inde abſiſtũt quàm totum aurum auferant, multo maiorem nos alacritatem ac diligentiam in perſcrutãdis diuinis eloquiis adhibere conuenit. Nam & nos aurũ effodimus, non ſenſibile, ſed ſpirituale, non enim in metallis terræ, ſed in ſpiritus metallis operamur. Paulinæ enim epiſtolæ metalla ſunt ſpiritus & fontes: metalla quidem, quia quouis auro pretioſiores nobis præbent diuitias: fontes verò quia nunquam deficiunt, ſed quantumlibet exhauris, tantundem ac multo amplius rurſum affluit: & hoc euidẽter declarare poteſt totum tempus quod præterijt. Siquidem ex quo Paulus vixit quingenti iam elapſi sũt anni, totóque hoc tẽpore multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes, multa ſæpe inde exhauſerunt, nec tamen repoſitas inibi diuitias exinanire valuerunt. Nõ eſt enim ſenſibilis hic theſaurus, & idcirco nõ conſumitur à multis effodientium manibus, ſed augetur & multiplicatur. Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt? quàm multi poſt nos dicturi ſunt, ac rurſus poſt illos alij, nec tamen deficient fontis in modum ſcatentes diuitiæ, neque metallorum hoc genus exhaurietur. Spiritualia enim ſunt, & ſuapte natura nunquã omnino abſumi poſſunt. Quod eſt igitur illud dictum Apoſtolicum? *Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptũ eſt, Credidi, quapropter locutus*

Comparatio ſcripturæ cũ metallorum fodinis.

Quingentos annos numerat ab ætate Pauli.

A καὶ τὴν ὑμετέραν διεγείρω προθυμίαν, οὕτω μεταχειρίζω τὸν λόγον. τότε γὰρ βάθος τῆς ἐκείνου συνέσεως φαίνεται μειζόνως, ὅταν ἐκ μιᾶς ῥήσεως τοσούτους ἡμῖν τίκτῃ ποταμοὺς νοημάτων· ὑμεῖς τε μαθόντες, ὅτι καὶ ἀπὸ μιᾶς λέξεως ἀποστολικῆς ἄφατόν ἐστι καρπώσασθαι φιλοσοφίας πλοῦτον, οὐ παραδραμεῖσθε τὰς ἐπιστολὰς ἁπλῶς, ἀλλὰ προσαχθήσεσθε, ταῖς ἐλπίσι ταύταις τρεφόμενοι, τῶν ἐγκειμένων ῥήσεων ἑκάστην μετὰ πολλῆς περιεργάζεσθαι τῆς σπουδῆς. Εἰ γὰρ μία λέξις τριῶν ἡμερῶν διάλεξιν ἡμῖν ἔτεκε, πόσον ἡμῖν ἀναβλύσει θησαυρὸν ὁλόκληρος B περικοπὴ μετ᾽ ἀκριβείας θεωρουμένη; μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν, ἕως ἂν τὸ πᾶν ἀποτρυγήσωμεν. εἰ γὰρ οἱ μέταλλα διορύττοντες χρυσίου, ὅσον ἂν ἐκεῖθεν κενώσωσι πλοῦτον, οὐ πρότερον ἀφίστανται, ἕως ἂν τὸ πᾶν ἀνέλωνται χρυσίον· πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς μείζονι προθυμίᾳ κεχρῆσθαι δεῖ καὶ σπουδῇ περὶ τὴν τῶν θείων λογίων ἔρευναν. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς χρυσίον ὀρύττομεν, οὐκ αἰσθητὸν, ἀλλὰ πνευματικόν. οὐ γὰρ μέταλλα γῆς, ἀλλὰ μέταλλα τοῦ πνεύματος ἐργαζόμεθα. αἱ γὰρ ἐπι- C στολαὶ τοῦ Παύλου τοῦ πνεύματός εἰσι μέταλλα καὶ πηγαί· μέταλλα μὲν, ὅτι χρυσίου παντὸς τιμιώτερον ἡμῖν παρέχουσι πλοῦτον· πηγαὶ δὲ, ὅτι οὐδέποτε ἐπιλείπουσιν· ἀλλ᾽ ὅσον ἂν κενώσῃς ἐκεῖθεν, τοσοῦτον, καὶ πολλῷ πλέον ἐπιρρεῖ πάλιν. καὶ τούτου γένοιτ᾽ ἂν ἀπόδειξις σαφὴς ὁ χρόνος ὁ παρελθὼν ἅπας. ἐξ οὗ γὰρ Παῦλος ἐγένετο, πεντακόσια λοιπὸν ἔτη παρῆλθε· καὶ τοῦτον ἅπαντα τὸν χρόνον πολλοὶ μὲν συγγραφεῖς, πολλοὶ δὲ διδάσκαλοι καὶ ἐξηγηταὶ πολλὰ πολλάκις ἐκεῖθεν ἐξήντλησαν, καὶ τὸν ἀποκείμενον οὐκ ἐκένωσαν πλοῦτον. οὐ γὰρ αἰσθητὸς ὁ D θησαυρός· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναλίσκεται τῇ τῶν ὀρυττόντων πολυχειρίᾳ, ἀλλ᾽ αὔξεται καὶ πλεονάζει. καὶ τί λέγω τοὺς ἔμπροσθεν; πόσοι μεθ᾽ ἡμᾶς ἐροῦσι, καὶ μετ᾽ ἐκείνους ἕτεροι πάλιν, καὶ οὐ παύσεται πηγάζων ὁ πλοῦτος, οὐδὲ ἐπιλείψει ταῦτα τὰ μέταλλα; πνευματικὰ γάρ ἐστι, καὶ οὐ πέφυκε δαπανᾶσθαί ποτε. τίς οὖν ἐστιν ἡ ῥῆσις ἡ ἀποστολικὴ, περὶ ἧς καὶ πρῴην πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διελέχθημεν; ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα.

πρώην μὲν οὖν ἐζητοῦμεν, τίνος ἕνεκεν εἴρηκε, πνεῦμα πίστεως τὸ αὐτό. καὶ μίαν αἰτίαν τέως εἰρήκαμεν· αὕτη δὲ ἦν, τὸ δεῖξαι σύμφωνον τῇ καινῇ τὴν παλαιὰν οὖσαν. ὅταν γὰρ φαίνηται τὸ πνεῦμα τῆς πίστεως τὸ αὐτὸ καὶ τὴν τοῦ Δαβὶδ κινῆσαν γλῶτταν τὴν λέγουσαν, ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, καὶ εἰς τὴν τοῦ Παύλου ψυχὴν ἐνεργοῦν, εὔδηλον ὅτι πολλὴ συγγένεια προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ ἀνάγκη πολλὴν παλαιᾶς καὶ καινῆς εἶναι τὴν συμφωνίαν. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ πάλιν τὰ αὐτὰ ἀνακινοῦντες ἐνοχλῶμεν ὑμῖν, φέρε, καὶ τὴν ἑτέραν αἰτίαν εἴπωμεν, δι᾽ ἣν εἴρηκε, τὸ αὐτό· καὶ γὰρ καὶ τότε ὑμῖν ὑπεσχόμεθα ἑτέραν αἰτίαν ἐρεῖν τῆς ῥήσεως ταύτης. ἀλλὰ διανάστητε. βαθὺ γὰρ τὸ νόημα τοῦτό ἐστιν, ὃ μέλλω λέγειν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ διεγερτικῆς δεόμενον διανοίας, καὶ ὀξυτάτης ψυχῆς. διὸ παρακαλῶ μετ᾽ ἀκριβείας παρακολουθεῖν τοῖς ῥηθήσεσθαι μέλλουσιν. εἰ γὰρ ἡμέτερος ὁ πόνος, ἀλλ᾽ ὑμέτερον τὸ κέρδος· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡμέτερος ὁ πόνος, ἀλλὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος δωρεά. ὅταν δὲ ἀποκαλύψῃ, οὔτε ὁ λέγων, οὔτε οἱ ἀκούοντες κάμνουσι. πολλὴ γὰρ τῆς ἀποκαλύψεως ἡ εὐκολία. προσέχωμεν τοίνυν μετ᾽ ἀκριβείας. κἂν γὰρ τοῖς πλείοσι παρακολουθήσητε, παρὰ δὲ βραχὺ μέρος ἀπονυστάξητε, τὸ πᾶν ἀγνοήσετε τοῦ κάλλους, διαρραγείσης τῆς ἀκολουθίας λοιπόν. καὶ καθάπερ οἱ τὰς ὁδοὺς ἀγνοοῦντες καὶ ἑτέρων δεόμενοι τῶν ὁδηγούντων, κἂν πολὺ προέλθωσιν ἀκολουθοῦντες αὐτοῖς, μικρὸν δὲ ἀπορραθυμήσαντες ἀπολέσωσι τὸν ἡγούμενον, οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος ἔσται τῆς προτέρας ἀκολουθήσεως, ἀλλ᾽ ἵστανται λοιπὸν, οὐκ εἰδότες ὅπου προέλθωσιν· οὕτω καὶ οἱ τῷ λέγοντι παρακολουθοῦντες, ἐὰν παρὰ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν προσέχοντες μικρὸν ῥαθυμήσωσιν, ἅπασαν τὴν ἀκολουθίαν ῥίψαντες, οὐκ ἔτι λοιπὸν ἐπιστῆναι τῷ τέλει τῶν νοημάτων δυνήσονται. ἵν᾽ οὖν μὴ τοῦτο πάθητε, διὰ πάντων τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι τὴν ἴσην μοι παρέχετε σπουδὴν, ἕως ἂν εἰς αὐτὸ τὸ τέλος ἔλθωμεν. τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηκεν, ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, καὶ σπουδάζει δεῖξαι καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ πίστιν οὖσαν τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν, μικρὸν ἄνωθεν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. οὕτω γὰρ ἔσται κατάδηλος ἡμῖν ἡ αἰτία μᾶλλον.

A *ſum.* Nuper igitur quæſiuimus quánam de cauſa dixerit, eundem ſpiritum fidei, & vnam hactenus cauſã attulimus. erat autem hæc: vt oſtenderet conſonantiam veteris ac noui teſtamenti. Cùm enim inuenitur idẽ fidei ſpiritus & Dauidis linguam mouiſſe, dicentem: Credidi, propter quod locutus ſum, & in Pauli anima operatus eſſe, ſatis apparet magnam eſſe Prophetarum cum Apoſtolis cognationem, atque ita neceſſariò ſequitur magnam eſſe veteris & noui teſtamenti conſonantiam. Sed ne iterum eadem repentes moleſti vo-
B bis ſimus, age & alteram cauſam proferamus, ob quam dixit eundem. Iam tum enim alteram huius dicti cauſam promiſeramus. Sed opus eſt vt excitemini: profundus enim eſt ſenſus quem charitati veſtræ ſum dicturus, & perſpicaci anima opus habet, ingenioq́ peracuto. quapropter obteſtor vt ſumma attentione quæ dicenda ſunt auſcultetis, veſtrum eſt lucrum, noſter verò labor, ſed gratuitum ſpiritus ſancti donum, quo reuelante ſecreta neque qui dicit,
C neque qui audit defatigatur: reuelationem enim magna facilitas ſequitur. Attendamus igitur cum diligentia: licet enim maiorem partem auribus perſequamini, ſi vel minimũ dormitaueritis, interrupto ſemel cõtextu totum ignorabitis. Et quemadmodum his qui viam ignorant, & ductore opus habent, diu licet illum ſecuti, ſi per negligentiam vel paululum ex oculis eum amittãt, nihil prodeſt hactenus ſecutos eſſe, ſed conſiſtunt ignari quanam ſit progrediendum: ita etiam qui dicentem pro-
D ſequuntur animo, etiamſi attentè doctrinam eius hauſerint, ſi pauliſper tantum oſcitanter audiant, toto intellectu amiſſo non poſſunt amplius intellectus finem peruenire: ne igitur idem vobis accidat, omnibus quæ dicturi ſumus pari tenore intendite, donec ad finem perueniamus. Dicturi igitur qua de cauſa dicat, Habentes autem eundem ſpiritum fidei, volens oſtendere eandem eſſe vtriuſque teſtamenti fidem omnium bonorum matrem, paulò altiùs ſermonem repetamus. Sic enim nobis cauſa euidentiùs apparebit.

Comparatio ab iter agentibus.

Cur dicat eundem eſſe ſpiritũ fidei.

Quænam igitur eſt hæc cauſa? Magnum bellum circumſteterat fideles dum hæc dicebantur, bellum, inquam, graue & abſque vllis induciis. nam & ciuitates integræ & populi vndique in eos inſurrexerant, & tyranni omnes inſidiabantur, & reges contra eos armabãtur, & gladij acuebantur, & arma mouebantur, & gladij acuebantur, & exercitus adornabantur, & omnia genera pœnarum ac ſuppliciorum excogitabantur. inde facultatum rapinæ & confiſcationes, & carceres ac mortes quotidianæ, tormenta, vincula, ignis, ferrum, beſtiæ, patibula, rotæ, barathra, præcipitia, & quicquid in perniciem fidelium excogitari poterat. ac ne intra hos quidem fides bellum ſe continuit. non ſolùm enim ab inimicis excitabatur, ſed ipſa etiam natura contra ſeipſam irritabatur. etenim liberis inſidiabãtur patres & filiæ parentes exoſas habebãt, & amici amicos auerſabãtur, & in cognationes ac familias bellũ hoc latenter ſeſe inſinuabat. Magnúſq; tumultus erat per vniuerſum orbem habitabilem. Et ſicut nauis vndis inſurgentibus, nubibus concurrentibus, eliſis tonitribus, caligine vndique nautas cingente, mari furente, beluis ſæuientibus, piratis oppugnantibus, ipſis vectoribus inter ſe diſſidentibus, haudquaquam euadere poteſt, niſi cœleſtis dextera magna illa ac potens diſcuſſo periculo & ſedata tempeſtate in tranquillitatem reducat nauigantes: ita etiam tunc inter initia prædicationis accidit. non ſolùm enim externa tempeſtate pulſabantur, ſed intus etiam plerumque ſeditione laborabant. Quis hoc dicit? Paulus ipſe ſic ſcribens: Foris pugnę, intus timores. Et quod hoc verũ ſit, quodq; doctores pariter ac diſcipuli innumeris ſepti fuerint malis, & per omnes ex ęquo bellum hoc fuerit graſſatũ, eundem Paulum iterum teſtem adduco. Veſtræ autem partes ſunt meminiſſe omnium horũ quæ dico, vt cognitis periculis ac tentationibus omnibuſq; aduerſitatibus, quas eius tẽporis fideles perferebant, tãto maiores gratias agẽtes Deo, qui omnib. illis calamitatibus finẽ impoſuit, & auerrũcato bello, tranquilliſſimã pacẽ nobis cõfecit:

Eccleſia cum naui confertur.

2. Cor. 7. 6

A Τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία; πολὺς πόλεμος περιειστήκει τοὺς πιστοὺς, ἡνίκα ταῦτα ἐλέγετο, πόλεμος χαλεπὸς καὶ ἀκήρυκτος. καὶ γὰρ καὶ πόλεις αὐτοῖς ὁλόκληροι, καὶ δῆμοι πάντοθεν ἐπανίσταντο, καὶ τύραννοι πάντες ἐπεβούλευον, καὶ βασιλεῖς παρεσκευάζοντο, καὶ ὅπλα ἐκινεῖτο, καὶ ξίφη ἠκονᾶτο, καὶ στρατόπεδα ηὐτρεπίζετο, καὶ πᾶν εἶδος κολάσεως καὶ τιμωρίας ἐπενοεῖτο· ὅθεν ὑπαρχόντων ἁρπαγαὶ καὶ δημεύσεις, καὶ ἀπαγωγαὶ, καὶ θάνατοι καθημερινοὶ, καὶ στρεβλώσεις, καὶ δεσμωτήρια, καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ θηρία, καὶ ξύλον, καὶ τροχὸς, καὶ βάραθρα, καὶ κρημνοὶ, καὶ πάντα
B τὰ εἰς ἐπίνοιαν πρὸς τὸν τῶν πιστῶν ὄλεθρον ἐκινεῖτο· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ὁ πόλεμος εἱστήκει. οὐδὲ γὰρ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνερριπίζετο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτῆς ἡ φύσις ἐσχίζετο. καὶ γὰρ παισὶν ἐπολέμουν πατέρες, καὶ θυγατέρες ἐμίσουν τὰς κυησάσας, καὶ φίλοι φίλους ἀπεστρέφοντο· καὶ εἰς τὰς συγγενείας, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ὁ πόλεμος οὗτος ἕρπων εἰσῄει, καὶ θόρυβος ἦν τότε πολὺς κατὰ τὴν οἰκουμένην. καὶ καθάπερ πλοῖον, κυμάτων διανισταμένων, νεφῶν συῤῥηγνυμένων, βροντῶν καταῤῥηγνυμένων, ζό-
C φου πάντοθεν κυκλοῦντος τὸ σκάφος, τῆς θαλάσσης μαινομένης, θηρίων ἐπανισταμένων, πειρατῶν προσβαλλόντων, αὐτῶν τῶν ἔνδον στασιαζόντων, οὐκ ἂν διαφύγοι τὸν κίνδυνον, εἰ μὴ ἡ ἄνω χεὶρ ἡ κραταιὰ καὶ μεγάλη ἀποκρούσαιτο τὸν πόλεμον, καὶ λύσασα τὸν χειμῶνα καταστήσειεν ἐν γαλήνῃ τοὺς πλέοντας· οὕτω δὴ καὶ τότε ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος γέγονεν. οὐ γὰρ ἔξωθεν προσέβαλλεν ὁ χειμὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἔνδον πολλάκις πρὸς ἀλλήλους ἐστασίαζον. τίς τοῦτό φησιν; αὐτὸς ὁ Παῦλος γράφων, ἔξω-
D θεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. καὶ ὅτι ταῦτ' ἐστιν ἀληθῆ, καὶ διδασκάλοις καὶ μαθηταῖς μυρία περιεστοίχιστο κακὰ, καὶ πάντας ὁ πόλεμος ἐπενέμετο, αὐτοῦ πάλιν τοῦ Παύλου τὴν μαρτυρίαν παράγω. ὑμεῖς δὲ μνημονεύετε τῶν λεγομένων ἁπάντων· ἵν' ὅταν μάθητε τοὺς κινδύνους, τοὺς πειρασμοὺς, τὰ μυρία κακὰ, ἅπερ οἱ τότε πιστεύοντες ὑπέμενον, μειζόνως καὶ διὰ τοῦτο εὐχαριστῆτε τῷ θεῷ τῷ λύσαντι πάντα ἐκεῖνα τὰ δεινὰ, καὶ εἰρήνην εἰσαγαγόντι βαθεῖαν, καὶ τὸν πόλεμον ἀπελάσαντι, καὶ πολλὴν κατασκευάσαντι τὴν γαλήνην,

ἵνα μηδεὶς μήτε ῥαθυμῶν νομίζῃ διαφεύγειν τὴν κόλασιν, μήτε κατορθῶν ἐπαίρηται νῦν. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον πανταχόθεν πολεμούμενον καὶ μυρίοις περιαντλούμενον κακοῖς δυνηθῆναι στῆναι γενναίως, καὶ καθάπερ ἐν λιμένι καθήμενον νῦν καὶ πάσης ἀπολαύοντα ἀδείας τὴν αὐτὴν ἐπιδείξασθαι προθυμίαν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῶν ἐν πελάγει σαλευόντων τότε καὶ κλυδωνιζομένων οὐδὲν ἄμεινον διέκειντο· ἡμεῖς δὲ τῶν ἐν λιμένι καθημένων ἀδεέστερον διάγομεν νῦν. μὴ τοίνυν μήτε ἐπὶ τοῖς κατορθώμασι μεγαφρονῶμεν, μήτε ἐπὶ τοῖς συμπίπτουσι πειρασμοῖς καταπίπτωμεν, μήτε εἰς ῥαθυμίαν τῇ τῆς εἰρήνης ἀδείᾳ ἀποχρώμεθα· ἀλλὰ νήφωμεν ἀεὶ καὶ γρηγορῶμεν. ἔστι γὰρ καὶ ἡμῖν πάλη πρὸς τὰς ἐπιθυμίας τῆς φύσεως. οὐκ ἐπανίστανται νῦν ἡμῖν ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐπανίστανται αἱ τῆς σαρκὸς ἡδοναί· οὐ πολεμοῦσι τύραννοι καὶ βασιλεῖς, ἀλλὰ πολεμεῖ θυμός, κενοδοξίας ἔρως, φθόνος, βασκανίαι, καὶ τὰ μυρία τῆς ψυχῆς πάθη. ἐπεὶ οὖν ἐκείνων τῶν πειρασμῶν ἀπηλλάγμεθα, τούτων περιγενώμεθα. διὰ γὰρ τοῦτο ἀνέμνησα ὑμᾶς τῶν καιρῶν ἐκείνων τὰ προσπαλαίσματα, ἵνα καὶ ὁ ἐν θλίψει νῦν ὢν ἱκανὴν ἐκεῖθεν λαμβάνῃ παράκλησιν, καὶ ὁ πολλῆς ἀπολαύων ἀδείας, ἀντὶ τῆς ἀτυχίας τῶν κινδύνων ἐκείνων πολλὴν εἰσάξῃ προθυμίαν εἰς τὴν τῶν ἀτόπων λογισμῶν μάχην. εἰς γὰρ ἡμετέραν νουθεσίαν καὶ παράκλησιν καὶ ὑπομονὴν πάντα ἐκεῖνα ἐγράφετο· ἅπερ ἀναγκαῖον νῦν πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, καὶ διδάξαι τὸ μέγεθος τῶν τότε τοῖς πιστοῖς περιεστηκότων δεινῶν, οὐ τοῖς διδασκάλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς. ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ Παῦλος γράφων Ἑβραίοις· ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερας ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. οὐδὲ γὰρ βραχὺς διεγένετο χρόνος, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς εὐθὺς τοῖς προοιμίοις τῆς κατηχήσεως καὶ τῆς διδασκαλίας ἐπανέστησαν αὐτοῖς πειρασμοί, καὶ βαπτισθέντες εὐθέως ἐκινδύνευον. τί πάσχοντες, ἄκουε. τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι. πάντες γὰρ ἐνέπτυον, ὕβριζον, κατεγέλων, ἐχλεύαζον, μωροὺς ἐκάλουν, ἀνοήτους, ὅτι τῆς πατρῴας ἀποστάντες πολιτείας, καινὸν δόγμα κατεδέξαντο. οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο πρὸς τὸ παρασαλεῦσαι ψυχήν, εἰ μὴ ἐρριζωμένη κατὰ βάθους ἡ πίστις ᾖ.

A vt nemo vel ſocordiæ pœnam effugiat, vel ob vitã rectè actam extollatur. Neque enim perinde eſt, ſi vndiquaq; impugnatus & innumeris aduerſitatib. obrutus generosè ſubſiſtas, ac ſi in portu nunc ſedens & in sũma ſecuritate eundem animũ præ te feras. Illorũ enim conditio nihilo melior erat, quàm eorũ qui turbato mari iactantur: nos verò ſecurius agimus quàm qui in portũ deuecti incolumes iam per otium ſe reficiunt. quapropter neq; propter bonam viuendi rationem extollamur, neq; tentationibus cedamus, neq; ſecuritate eccleſię *Pace eccleſia non abutendũ.*
B noſtrã ad ſegnitiem abutamur, quin potius ſobrij ſimus ac vigilemus. Nam nobis quoq; eſt lucta aduerſus innatas concupiſcẽtias. non inſurgunt cõtra nos homines ſed inſurgunt carnales voluptates: nõ impugnant nos reges atq; tyranni, ſed impugnat ira, vanæ glorię cupido, inuidia, æmulatio, atq; id genus alij affectus innumeri. Quãdo igitur illas tentationes euaſimus, ne vel ab his vincamur operã demus. Ideo enim vobis in memoriam reuocaui illius temporis calamitates, vt
rapinæ fuerit alienus, matrem tamen malorum omnium inanem gloriam & arrogantiam habuit in anima profundiùs radicatam. Et idcirco Apoſtolus obſecrat, & dicit. Vnuſquiſque opus ſuum probet, & tunc in ſemetipſo tantùm gloriationem habebit, & non in alio. Ille autem in medium prorumpit, omnium qui in toto orbe accuſator, & omnibus ſe hominibus meliorem dicit. Non fuiſſet tolerabile, ſi ſe decem tantùm, vel quinque, vel duobus, vel vni prætuliſſet: nunc autem non ſolum paucis, ſed & toti orbi ſe præpoſuit: vnde non mirum, quòd curſu poſterior fuit. Et ſicut nauis, quæ multos fluctus tranſit, multáſque tempeſtates effugit, in ipſo autem portu tandem in ſcopulum impingit, iacturam totius in ſe reconditi theſauri facit: ita & Phariſæus ille poſtquam ſuſtinuit labores ieiunij, aliáſque virtutes omnes, quia linguam non coërcuit, arrogantia ſua in ipſo portu naufragium fecit. Nam abire cum tanto detrimento à precibus, à quibus lucrum erat ſperandum, quid aliud eſt, quàm naufragium facere? Proinde dilecti, cùm hæc ſciamus, omnium nos poſtremos exiſtimemus, etiamſi in ipſum virtutis culmen conſcenderimus. Scimus quoque quòd arrogantia ex ipſis cœlis ſuperbientem deducere, & humilitas ex abyſſo peccatorum, modeſtè agentem, in altum reducere poteſt. Humilitas Phariſæo publicanum præpoſuit: arrogantia autem & ſuperbia incorporeas virtutes, diabolum inquam a cœlo deturbauit: humilitas & propriorum peccatorum agnitio, latronem ante Apoſtolos in paradiſum induxit. Igitur ſi qui ſua confitentur peccata, tantam ſibimetipſis fiduciam conciliant: qui multorum bonorum conſcij, animas ſuas humiliant, quantas non coronas aſſequentur? Si enim humilitas peccatis ſociata, tam expedite currit, vt iuſtitiam cum arrogantia iunctam ſuperet, ac præuertat: quando eam iuſtitiæ coniunxeris, quò non perueniet? quos non tranſibit cœlos? Stabit plane fiducia magna inter angelos apud ipſum Dei thronū.

Gal. 6. 4.

Humilitas cum iuſtitia ex pulsa.

A ἁρπαγῆς ἀπήλλακτο, τὴν μητέρα τῶν κακῶν πάντων κενοδοξίαν τε καὶ ἀπόνοιαν εἶχεν ἐῤῥιζωμένην ἐπὶ τῆς ψυχῆς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος παρακαλεῖ καὶ λέγει· ἕκαστος τὸ ἑαυτοῦ ἔργον δοκιμαζέτω, καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον. ἐκεῖνος δὲ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης παρῆλθεν εἰς μέσον κατήγορος, καὶ πάντων τῶν ὄντων ἀνθρώπων ἑαυτὸν ἔφησεν εἶναι βελτίω. καίτοι καὶ εἰ δέκα μόνον, καὶ εἰ πέντε, καὶ εἰ δύο, καὶ εἰ ἑνὸς ἑαυτὸν προὔθηκεν, οὐδὲ τοῦτο ἀνεκτὸν ἦν· νυνὶ δὲ οὐχὶ προὔθηκεν ἑαυτὸν μόνον τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ καὶ κατηγόρησεν ἁπάντων. διὰ τοῦτο ὑστέρησε B κατὰ τὸν δρόμον. καὶ καθάπερ ναῦς μυρία διαδραμοῦσα κύματα καὶ πολλοὺς ἐκφυγοῦσα χειμῶνας, εἶτα ἐν αὐτῷ τῷ στόματι τοῦ λιμένος σκοπέλῳ τινὶ προσαράξασα πάντα τὸν ἐναποκείμενον ἀπόλλυσι θησαυρόν· οὕτω δὴ καὶ ὁ Φαρισαῖος ἐκεῖ, τοὺς πόνους τῆς νηστείας ὑπομείνας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἁπάσης, ἐπειδὴ γλώττης οὐκ ἐκράτησεν, ἐν αὐτῷ τῷ λιμένι τὸ φορτικὸν ναυάγιον ὑπέμεινε. τὸ γὰρ ἐξ εὐχῆς, ὅθεν κερδαίνειν ἔδει, τοσαῦτα βλαβέντα μᾶλλον ἀπελθεῖν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἐν λιμένι ναυάγιον ὑπομεῖναι. ταῦτ' οὖν C εἰδότες, ἀγαπητοὶ, κἂν εἰς αὐτὴν τῆς ἀρετῆς τὴν κορυφὴν ἀνέλθωμεν, πάντων ἑαυτοὺς ἐσχάτους νομίζωμεν, μαθόντες ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν οὐρανῶν ἀπόνοια δύναται κατενεγκεῖν τὸν μὴ προσέχοντα, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀβύσσου τῶν ἁμαρτημάτων ἀνενεγκεῖν εἰς ὕψος ταπεινοφροσύνη τὸν μετριάζειν εἰδότα. αὕτη γὰρ παρὰ τοῦ Φαρισαίου τὸν τελώνην ἔστησεν· ἐκείνη δὲ, ἡ ἀπόνοια λέγω, καὶ ἡ ὑπερηφανία, καὶ ἀσωμάτου περιεγένετο δυνάμεως τοῦ διαβόλου· ἡ δὲ ταπεινοφροσύνη καὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπίγνωσις εἰς παράδεισον τὸν λῃστὴν εἰσήγαγε πρὸ τῶν ἀποστόλων. εἰ δὲ οἱ τὰ οἰκεῖα ὁμο- D λογοῦντες ἁμαρτήματα, τοσαύτην ἑαυτοῖς προξενοῦσι τὴν παῤῥησίαν, οἱ πολλὰ μὲν ἑαυτοῖς συνειδότες ἀγαθὰ, ταπεινοῦντες δὲ ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν, πόσων οὐκ ἐπιτεύξονται στεφάνων; ὅταν γὰρ ἁμαρτία συμβεβλημένη ᾖ τῇ ταπεινοφροσύνῃ, οὕτω τρέχει μετ' εὐκολίας, ὡς δικαιοσύνην μετ' ἀπονοίας οὖσαν ὑπερβῆναι καὶ παραλαβεῖν. ἂν τοίνυν μετὰ δικαιοσύνης αὐτὴν συνάψῃς, ποῦ οὐκ ἀφίξεται; πόσους οὐ διαβήσεται οὐρανούς; παρ' αὐτὸν πάντως στήσεται τοῦ θεοῦ τὸν θρόνον ἀνὰ μέσον τῶν ἀγγέλων μετὰ παῤῥησίας πολλῆς.

πάλιν

πάλιν εἰ μετὰ δικαιοσύνης ἡ ἀπόνοια ζευχθεῖσα, τῇ τῆς οἰκείας κακίας ὑπερβολῇ καὶ βαρύτητι καθελκύσαι τὴν ἐκείνης παρρησίαν ἴσχυσεν, ἂν μετὰ ἁμαρτίας ἡ συμβεβλημένη, εἰς πόσην οὐ καταχρημνίσαι δυνήσεται τὸν ἔχοντα αὐτὴν γέενναν; ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ἀμελῶμεν δικαιοσύνης, ἀλλ' ἵνα φύγωμεν ἀπόνοιαν· οὐχ ἵνα ἁμαρτάνωμεν, ἀλλ' ἵνα μετριάζωμεν. θεμέλιος γάρ ἐστι τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας ἡ ταπεινοφροσύνη. κἂν μυρία ἄνωθεν οἰκοδομήσῃς, κἂν ἐλεημοσύνην, κἂν εὐχάς, κἂν νηστείας, κἂν πᾶσαν ἀρετήν, ταύτης μὴ προκαταβληθείσης, πάντα εἰκῇ καὶ μάτην ἐποικοδομηθήσεται, καὶ καταπεσεῖται ῥᾳδίως, κατὰ τὴν οἰκοδομὴν ἐκείνην τὴν ἐπὶ τῆς ψάμμου τεθεῖσαν. οὐδὲν γάρ ἐστιν, οὐδὲν τῶν ἡμετέρων κατορθωμάτων, ὃ οὐ ταύτης δεῖται· οὐδέν ἐστιν, ὃ χωρὶς ταύτης στῆναι δυνήσεται· ἀλλὰ κἂν σωφροσύνην εἴπῃς, κἂν παρθενίαν, κἂν χρημάτων ὑπεροψίαν, κἂν ὁτιοῦν, πάντα ἀκάθαρτα καὶ ἐναγῆ καὶ βδελυρὰ ταπεινοφροσύνης ἀπούσης. πανταχοῦ τοίνυν αὐτὴν παραλαμβάνωμεν, ἐν ῥήμασιν, ἐν πράγμασιν, ἐν ἐνθυμήμασι, καὶ μετὰ ταύτης ταῦτα οἰκοδομῶμεν. ἀλλ' ἃ τὰ μὲν περὶ ταπεινοφροσύνης ἱκανῶς εἴρηται, οὐ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ κατορθώματος (οὐδεὶς γὰρ αὐτὴν κατ' ἀξίαν ὑμνῆσαι δυνήσεται) ἀλλὰ πρὸς τὴν σύνεσιν τῆς ὑμετέρας ἀγάπης. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι καὶ ἀπὸ ὀλίγων τῶν εἰρημένων μετὰ πολλῆς αὐτὴν ἐπισπάσεσθε τῆς σπουδῆς. ἐπειδὴ δὲ ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν σήμερον ἀναγνωσθεῖσαν, πολλοῖς δοκοῦσαν παρέχειν ῥᾳθυμίας πρόφασιν, ποιῆσαι φανερὰν καὶ δήλην, ὥστε μὴ ψυχράν τινα ἀπολογίαν ἐντεῦθεν τινας πορίζομένους τῆς οἰκείας ἀμελεῖν σωτηρίας, φέρε, ἐπὶ ταύτην τὸν λόγον ἀγάγωμεν. τίς οὖν ἐστιν ἡ ῥῆσις, εἴτε προφάσει, φησίν, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. τοῦτο πολλοὶ περιφέρουσιν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, οὐ τὰ πρότερα, οὐ τὰ μετὰ ταῦτα ἀναγινώσκοντες· ἀλλὰ τῆς ἀκολουθίας τῶν λοιπῶν ἀποκόψαντες μελῶν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς τοῖς ῥᾳθυμοτέροις προβάλλονται. ἐπιχειροῦντες γὰρ αὐτοὺς τῆς ὑγιοῦς ἀπάγειν πίστεως, εἶτα ὁρῶντες δεδοικότας καὶ τρέμοντας, ὡς οὐκ ἀκίνδυνον ὂν τοῦτο ποιεῖν, καὶ βουλόμενοι τὸν φόβον αὐτῶν ἐκλῦσαι, τὴν ἀποστολικὴν ταύτην παράγουσι ῥῆσιν, λέγοντες· ὁ Παῦλος συνεχώρησε τοῦτο, εἰπών· εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγελλέσθω. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι.

A Contrà, ſi cum iuſtitia copulata fuerit arrogantia, immodica ſua grauitate etiam illius fiduciam detrahet: peccato autem iuncta, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Hæc dixerim, non vt iuſtitiam negligamus, ſed vt arrogantiam fugiamus: non vt peccemus, ſed vt modeſti ſimus. Fundamentum enim philoſophiæ noſtræ eſt humilitas. *Fundamentum Chriſtianæ Philoſophiæ.* Eſto, multum ædifices, habeas eleemoſynas, preces, ieiunia, virtuteſque omnes, hac non præiacta, fruſtrà, & in vanum erunt omnia, facileque ruet ſuper arenam extructum B ædificium. Nihil eſt in omnibus noſtris bonis operibus, quod hac non egeat: nihil eſt, quod ſine hac ſtare poterit. Etiam ſi dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarum, & quæcunque libet, omnia profana, impura, & abominalia ſunt abſque humilitate. Cum hac igitur ædificemus: hanc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præſtemus. Sed de humilitate ſufficiant hæc, non equidem vt virtutis poſtulat dignitas (nullus enim eam C pro dignitate laudare poteſt) ſed pro veſtræ charitatis intellectu. Scio enim quòd amplexabimini eam magno ſtudio, licèt paucis admoniti dictis. Quoniam autem Apoſtoli dictum hodie lectum, multis videtur ignauiæ anſam præbere, operæpretium vt ipſum clarius reddamus, quò nulli frigidam defenſionem in ſalutis ſuæ perniciem inde ſumant. Igitur eò ſermonem flectamus. Quod autem hoc dictum? *Siue occaſione*, inquit, *ſiue veritate Chriſtus annuntiatur.* *Phil. 1.18.* Hoc multi in ore habent, & ſimpliciter D ac temerè circunferunt, neque priora neque ſequentia legentes, ſed abſecta aliorum membrorum conſequentia, in animarum perniciem ignauioribus proponentes. Attentant enim illos hac via à ſaniore fide abducere: deinde cùm pauidos ac trementes, & periculum ſuſpicari vident, vt timorem illum ex animis eorum eximant, dictum hoc Apoſtoli in medium afferunt, dicentes: Paulus hoc admiſit, inquiens: Siue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuntietur. Verùm hæc neutiquam ſe ita habent.

Primùm enim non dixit annunti etur: ſed, annunciatur. Dicere enim, annuncietur, eius eſt qui legem ſtatuit. Dicere autem, annunciatur, eſt annunciare quod eueniat. Quòd autem Paulus legem non ſtatuat, vt fiant hæreſes, ſed abducat omnes ab hoc inſtituto, habes ex his. dicit enim, Si quis vobis euangelizauerit aliquid præter id quod audiſtis, anathema ſit, etiam ſi ego, vel angelus de cœlo. Non autem anathematizaſſet & ſeipſum, & angelos, ſi rem periculò carere ſciuiſſet. Et iterum dicit: Zelotypus ſum erga vos Dei zelo. Aptaui enim vos vni viro, vt virginem caſtam exhibeatis Chriſto. Vereor autem, ne fortè vt ſerpens Heuam verſutia ſua decepit, ita corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate, quæ erat in Chriſtum. Ecce, & ſimplicitatem poſuit, & veniam non dedit. Nam ſi condonaſſet, iam non erat periculum: & ſi periculum aberat, fruſtra timuit Paulus. Chriſtus quoque non iuſſiſſet exuri zizania, ſi res indifferens eſſet, nunc illum audire, nunc alium, & omnes abſque diſcrimine. Et quidnam eſt quod dicit? Repetam paulò altiùs hiſtoriam. Sciendum enim, in quo ſtatu res Pauli erant, cum hæc ſcriberet. Quomodo ergo tunc agebat? In carcere erat, in catenis, grauibúſque periculis. Vnde hoc manifeſtum? Ex epiſtola ipſa. Nam ante hæc dicit: *Scire autem vos volo fratres, quòd quæ mihi acciderunt, ad maiorem euangelij profectum euenêre: ita vt vincula mea manifeſta facta ſint in Chriſto, in toto prætorio, ac cæteris omnibus, vtque plures ex fratribus in Domino freti vinculis meis, vberius auderent impauidè ſermonem loqui.* Nero enim eum in vincula coniecerat. Quippe quemadmodum prædo aliquis domum cunctis dormiētibus ingreſſus, vt auferat omnia, ſi quem viderit accendere cādelam, illum mox interimit & lumē extinguit, vt auferre & rapere alia abſq; metu poſſit: ita & Nero tunc latronē & furem quendā agens, dormiētibus omnibus, profundoq; ſomno grauatis, omnium bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos ſubuertebat, nullumq; malitiæ genus intermittebat.

Nō iubet Paulus, ſed narrat.

Gal. 1. 6.

2 Cor. 11. 2.

Gen. 3.

Matt. 13.

Vbi tum eſſet Paulus.

Phil. 1. 12.

A πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ εἴρηκε, καταγγελλέσθω, ἀλλά, καταγγέλλεται· πολὺ δὲ τὸ μέσον τούτου κἀκείνου. τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, καταγγελλέσθω, νομοθετοῦντός ἐστι· τὸ δὲ εἰπεῖν, καταγγέλλεται, τὸ συμβαῖνον ἀπαγγέλλοντος. ὅτι δὲ οὐ νομοθετεῖ Παῦλος αἱρέσεις εἶναι, ἀλλὰ ἀπάγει πάντας τοὺς αὐτῷ προσέχοντας, ἄκουσον τί φησιν· εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἐγώ, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανῶν. οὐκ ἂν δὲ ἀνεθεμάτισε καὶ ἑαυτὸν καὶ ἄγγελον, εἰ τὸ πρᾶγμα ἀκίνδυνον ᾔδει. καὶ πάλιν, ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ, φησίν. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρ- B θένον ἁγνὴν. φοβοῦμαι δὲ μήποτε ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἠπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν. ἰδοὺ καὶ ἁπλότητα τέθεικε, καὶ συγγνώμην οὐκ ἔδωκεν. εἰ γὰρ ἦν συγγνώμη, κίνδυνος οὐκ ἦν· εἰ δὲ κίνδυνος οὐκ ἦν, οὐκ ἂν ἐφοβήθη Παῦλος. καὶ οὐκ ὁ Χριστὸς δὲ τὰ ζιζάνια κἂν ἐκέλευσε κατακαῦσαι, εἰ πρᾶγμα ἀδιάφορον ἦν καὶ τούτῳ, κἀκείνῳ, καὶ ἑτέρῳ προσέχειν, καὶ πᾶσιν ἁπλῶς. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; μικρὸν ἄνωθεν ὑμῖν τὴν ἱστορίαν ἅπα- C σαν διηγήσασθαι βούλομαι. δεῖ γὰρ εἰδέναι ἐν τίσιν ὁ Παῦλος ἦν, ἡνίκα ταῦτα ἐπέστελλεν. ἐν τίσι τοίνυν ἦν τότε; ἐν δεσμωτηρίῳ καὶ ἁλύσεσι καὶ κινδύνοις ἀφορήτοις. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς. ἀνωτέρω γὰρ τούτου φησί, γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι· καὶ τοὺς πλείονας δὲ τῶν ἀδελφῶν πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. D Νέρων δὲ ἦν αὐτὸν ἐμβεβληκὼς τότε τῷ δεσμωτηρίῳ. καθάπερ γάρ τις λῃστὴς τῆς οἰκίας ἐπιβάς, καθευδόντων ἁπάντων, τὰ πάντα ὑφαιρούμενος, ἐπειδὰν ἴδῃ τινὰ λύχνον ἅψαντα, καὶ τὸ φῶς σβέννυσι, καὶ τὸν λυχνοῦχον ἀναιρεῖ, ἵνα μετ' ἀδείας αὐτῷ τὰ τῶν ἄλλων ὑφαιρεῖσθαι καὶ ἁρπάζειν ἐξῇ· οὕτω δὴ καὶ Νέρων ὁ Καῖσαρ τότε, ὥσπερ τις λῃστὴς καὶ τοιχωρύχος, καθευδόντων ἁπάντων βαθύν τινα καὶ ἀναίσθητον ὕπνον, τὰ πάντων ἁρπάζων, γάμους διορύττων, οἰκίας ἀνατρέπων, ἅπαν κακίας εἶδος ἐπιδεικνύμενος,

ἐπειδὴ τὸν Παῦλον εἶδε λύχνον ἅψαντα κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον, καὶ ἐλέγχοντα αὐτοῦ τὴν πονηρίαν, ἐσπούδαζε καὶ τὸ κήρυγμα σβέσαι, καὶ τὸν διδάσκαλον ἀνελεῖν, ἵνα μετ᾽ ἐξουσίας αὐτοῦ πάντα ποιεῖν ἐξῇ, καὶ δήσας τὸν ἅγιον ἐκεῖνον ἐνέβαλεν εἰς δεσμωτήριον. τότε τοίνυν ταῦτα ἔγραφεν ὁ μακάριος Παῦλος. τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη; τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε; μᾶλλον δὲ τίς κατ᾽ ἀξίαν ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειεν ἂν τὴν γενναίαν ἐκείνην καὶ οὐρανομήκη ψυχήν, ὅτι δεδεμένος ἐν Ῥώμῃ καὶ καθειργμένος, ἀπὸ τοσούτου διαστήματος Φιλιππησίοις ἐπέστελλεν; ἴστε γὰρ ὅσον τὸ μέσον Μακεδονίας καὶ Ῥώμης. B ἀλλ᾽ οὔτε τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, οὔτε τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος, οὔτε ὁ τῶν πραγμάτων ὄχλος, οὔτε ὁ κίνδυνος καὶ τὰ ἐπάλληλα δεινά, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τὴν ἀγάπην καὶ τὴν μνήμην ἐξέβαλε τῶν μαθητῶν, ἀλλ᾽ εἶχεν αὐτοὺς ἅπαντας ἐν διανοίᾳ. καὶ οὐχ οὕτως αὐτοῦ ταῖς ἁλύσεσιν αἱ χεῖρες ἐδέδεντο, ὡς τῷ πόθῳ τῶν μαθητῶν ἡ ψυχὴ συνεδέδετο καὶ προσήλωτο. ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸ δηλῶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐπιστολῆς ἔλεγε. διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου. καὶ καθάπερ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν θρόνον ἀναβὰς ὑπὸ C τὴν ἕω, καὶ καθίσας ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς, μυρίας εὐθέως δέχεται πανταχόθεν ἐπιστολάς· οὕτω δὴ κἀκεῖνος, καθάπερ ἐν βασιλικαῖς αὐλαῖς, τῷ δεσμωτηρίῳ καθήμενος, πολλῷ πλείω καὶ ἐδέχετο καὶ ἔπεμπε τὰ γράμματα, τῶν πανταχόθεν ἐθνῶν ἐπὶ τὴν ἐκείνου σοφίαν ὑπὲρ τῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς πραγμάτων ἀναφερόντων ἅπαντα· καὶ τοσούτῳ πλείονα πράγματα τοῦ βασιλεύοντος ᾠκονόμει, ὅσῳ καὶ μείζονα ἀρχὴν ἐμπεπίστευτο. οὐ γὰρ δὴ τοὺς τὴν Ῥωμαίων οἰκοῦντας χώραν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ἅπαντας, καὶ γῆν καὶ θάλατ- D ταν φέρων εἰς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἐνέθηκεν ὁ θεός. καὶ τοῦτο δηλῶν Ῥωμαίοις ἔλεγεν· οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις ἐλθεῖν προεθέμην πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί. καθ᾽ ἑκάστην τοίνυν ἐφρόντιζε τὴν ἡμέραν, τοῦτο δὴ Κορινθίοις, τοῦτο δὴ Μακεδόσι, πῶς Φιλιππήσιοι, πῶς Καππαδόκαι, πῶς Γαλάται, πῶς Ἀθηναῖοι, πῶς οἱ τὸν Πόντον οἰκοῦντες, πῶς ἅπαντες ἄνθρωποι.

A Proinde mox vt beatum Paulum vidit accendere in mundo candelam, & afferre ſermonem doctrinæ, quo ſua reprehendebatur iniquitas; quò omnia facere licenter poſſet, curauit vt extingueretur prædicatio, & interficeretur magiſter. Itaque vinctũ ſanctum illum coniecit in carcerem. Et tunc hæc ſcripſit Paulus. Quis nõ admiraretur, & obſtupeſceret generoſam illam animam cœli municipem? Vinctus, cõſtrictúſq; Romę Philippenſibus ſcribit. Scitis autem quãto interuallo diſtent Macedonia & Roma. Neque charitatem & memoriam diſcipulorum ex pectore eius vel viæ prolixitas, vel temporis tanta intercapedo, vel negotiorum ſtrepitus, vel modeſtiæ, vel quæcunque alia, abradebant: ſed habebat omnes eos in mente. Neque ita catenis manus eius erant vinctæ, vt ãmore diſcipulorum anima eius conſtricta: id quod etiam ipſe in proœmio Epiſtolæ declarat, dicens: Propterea quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione & confirmatione euangelij. Et ſicut rex manè ſuper thronum ſuum conſcendens, & in regalibus aulis conſidens plurimas vndequaque literas accipit: ita & ille in carcere, quaſi in regalibus palatiis ſedens, multò plures & accepit, & miſit: vndequaque gentibus ad eius ſapientiam confugientibus, & ad eum referentibus de omnibus quæ apud ſe fiebant. Et tantò plura quàm rex adminiſtrabat, quantò & maior principatus ipſi cõcreditus erat. Non enim eos ſolùm qui in Romanorum ditione, ſed & barbaros omnes, Deus qui terrã & mare continet, in manus eius dederat. Atque hoc manifeſtãs Romanis dicebat: Nolo vos ignorare fratres, quòd ſępe propoſueram venire ad vos, licèt præpeditus fuerim vſque in hunc diẽ, quò fructum aliquẽ haberem inter vos quoque, ſicut & inter reliquas gentes. Græcis ſimul ac barbaris, eruditis pariter ac rudibus debitor ſum. Quotidie igitur curę ei erat, quid Corinthij, quid Macedones, quid Philippenſes: quomodo Cappadoces, quomodo Galatæ, quomodo incolentes Pontum, quomodo omnes homines valerent.

Cœli municeps Paulus.

Philip. 1. 7

Rom. 1. 13.

A Et licèt totius orbis curam ſuſcepiſſet, nihilominus tamen nō ſolùm pro gentibus integris, ſed & pro vno homine ſolicitus erat. Et nunc quidem propter Oneſimum epiſtolam mittebat, & propter eum qui apud Corinthios ſtuprum commiſerat Nō enim hoc conſiderabat, quòd vnus eſſet qui peccauerat, & auxilio egeret, ſed quòd homo eſſet, homo digniſſimū Dei animal, & propter quē nec vnigenito ſuo pater pepercit Non enim mihi hoc dicas, quòd ſit fugitiuus quiſpiam, vel latro, vel fur, vel facinoroſus, vel quòd ſit pauper, abie-B ctus, vilis, & nullius frugis: ſed cogites, quòd & pro ipſo mortuus eſt Chriſtus, ſufficiatq; tibi, vtpote idonea ſolicitudinis cauſa. Cogita, quātum illum eſſe neceſſarium ſit, quem Chriſtus tanti fecit, vt nec ſanguini ſuo pepercerit. Neque enim planè ſi rex pro aliquo occidi vellet, quæreremus argumentum aliud, num magnus quiſpiam ille ſit, quem rex tanti facit. Non equidem opinor, ſiquidē ſufficiens eſt mors eius, qui mortuus eſt, vt oſtendat quantæ charitatis fuerit erga illum. Nunc C verò, cùm non homo, non Angelus, non Archangelus, ſed ipſe cœlorum dominus, ipſe vnigenitus Dei filius, carne veſtitus tradit ſemetipſum pro nobis ad mortem: ſi non omnia fecerimus, & attentauerimus, vt homines tāto precio redemptos, in omni cura habeamus, qua nos tuebimur defenſione? quam veniā impetrabimus? Et hoc ipſum Paulus indicans, dicebat: Ne cibo tuo perde illū, propter quē Chriſtus mortuus eſt. Volens enim eos qui deſpiciebāt & contemnebāt fratres infirmos caſtigare, & in officio D continere, vt perſuaderet eis habendam proximorū curam, hanc vnicam rationem pro omnibus dedit. Igitur ſedens in carcere, tāto ſeparatus terrarum interuallo epiſtolā ſcripſit Philippenſibus. Charitas enim erga Deū nullis humanis impeditur, vtpote ſupernè in cœlis radicata. Et quid ſcribit? *Scire autem volo vos fratres.* Vidiſti curam magiſtri pro diſcipulis? audi & curam diſcipulorum pro magiſtro: vt ſcias quòd hoc erat, quo fortes & inuicti fiebant, quandoquidem ita mutuum inter ſe amore vincti erant.

Ad Philemonem. *1. Cor. 5.*

Humana natura dignitas.

Rom. 14. 15.

A ἀλλ' ὅμως τὴν γῆν ἅπασαν ἐγκεχειρισμένος, οὐχ ὑπὲρ ἐθνῶν ὁλοκλήρων ἐμερίμνα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑνὸς ἀνθρώπου· καὶ νῦν μὲν δι' Ὀνήσιμον τὴν ἐπιστολὴν ἔπεμπε, νῦν δὲ διὰ τὸν παρὰ Κορινθίοις πεπορνευκότα. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐσκόπει, ὅτι εἷς ἦν ὁ ἁμαρτών, καὶ δεόμενος προστασίας· ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπος τὸ τῷ θεῷ τιμιώτατον ζῶον, καὶ δι' ὃν οὐδὲ τοῦ μονογενοῦς ὁ πατὴρ ἐφείσατο. μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, ὅτι δραπέτης ὁ δεῖνα καὶ λῃστὴς καὶ κλέπτης καὶ μυρίων γέμων κακῶν, ἢ ὅτι πτωχὸς καὶ ἀπερριμμένος καὶ εὐτελὴς καὶ οὐδενὸς ἄξιος λόγου· ἀλλ' ἐν-B νόησον ὅτι καὶ ὑπὲρ τούτου Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἀρκεῖ σοι τοῦτο εἰς πάσης προνοίας ὑπόθεσιν. ἐννόησον ὁποῖόν τινα ἐκεῖνον εἶναι χρή, ὃν τοσούτου Χριστὸς ἐτιμήσατο, ὡς μηδὲ τοῦ αἵματος φείσασθαι τοῦ ἑαυτοῦ. οὐδὲ γάρ, εἰ βασιλεὺς ὑπέρ τινος εἵλετο καταθῦσαι ἑαυτόν, ἐζητήσαμεν ἂν ἑτέραν ἀπόδειξιν τοῦ μέγαν τινὰ εἶναι καὶ περισπούδαστον ἐκεῖνον τῷ βασιλεῖ. οὐκ ἔγωγε οἶμαι. ἤρκει γὰρ ἡ τελευτὴ δεῖξαι τοῦ τετελευτηκότος τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην. νυνὶ δὲ οὐκ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τῶν οὐρανῶν C δεσπότης, αὐτὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ σάρκα περιβαλόμενος ἐπιδέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. οὐ πάντα οὖν ποιήσομεν καὶ πραγματευσόμεθα, ὥστε τοὺς οὕτω τιμηθέντας ἀνθρώπους πάσης ἀπολαῦσαι παρ' ἡμῶν προνοίας; καὶ ποίαν ἕξομεν ἀπολογίαν, τίνα συγγνώμην; τοῦτο γοῦν αὐτὸ καὶ ὁ Παῦλος ἐνδεικνύμενος ἔλεγε· μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, δι' ὃν Χριστὸς ἀπέθανε. τοὺς γὰρ καταφρονοῦντας τῶν ἀδελφῶν, καὶ ὡς ἀσθενούντων ὑπερορῶντας βουλόμενος ἐντρέψαι καὶ εἰς σπουδὴν ἀγαγεῖν καὶ πεῖσαι κήδεσθαι D τῶν πλησίον, ἀντὶ πάντων τὸν τοῦ δεσπότου θάνατον τέθεικε. καθήμενος τοίνυν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῖς Φιλιππησίοις ἐπέστελλεν ἐκ τοσούτου τοῦ διαστήματος. τοιαύτη γὰρ ἡ κατὰ θεὸν ἀγάπη· οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων διακόπτεται, ἄνωθεν ἔχουσα τὰς ῥίζας ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ τὰς ἀφορμάς. καὶ τί φησι; γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί. εἶδες πρόνοιαν ὑπὲρ μαθητῶν; εἶδες διδασκάλου κηδεμονίαν; ἄκουσον καὶ φιλοστοργίαν μαθητῶν περὶ τὸν διδάσκαλον, ἵνα ἴδῃς ὅτι τοῦτο ἦν τὸ ποιοῦν ἰσχυροὺς ἐκείνους καὶ ἀκαταγωνίστους, τὸ συνδεδέσθαι ἀλλήλοις.

εἰ γὰρ ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά, πολλῷ μᾶλλον τοσοῦτοι συνδεδεμένοι τοῖς τῆς ἀγάπης δεσμοῖς, πᾶσαν ἂν ἀπεκρούσαντο τὴν τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐπιβουλήν. ὅτι μὲν οὖν ὁ Παῦλος συνεδέδετο τοῖς μαθηταῖς, οὐδὲ ἀποδείξεως δεῖ λοιπὸν ἡμῖν, οὐδὲ λόγου, ὅπου γε καὶ δεδεμένος αὐτῶν ἐμερίμνα, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέθνησκε τῷ πόθῳ πυρούμενος. ὅτι δὲ καὶ οἱ μαθηταὶ τῷ Παύλῳ συνδεδεμένοι μετ' ἀκριβείας ἦσαν ἁπάσης, καὶ οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, ἄκουσον τί φησι περὶ τῆς Φοίβης. συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν, διάκονον οὖσαν τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρέαις, ἵνα προσδέξησθε αὐτὴν ἐν κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν πράγματι χρήζῃ, ἥτις προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. ἀλλ' ἐκείνη μὲν μέχρι προστασίας ἐμαρτύρησεν αὐτῇ τὴν σπουδήν· Πρίσκιλλα δὲ καὶ Ἀκύλας καὶ μέχρι θανάτου διὰ τὸν Παῦλον ἐχώρησαν, καὶ περὶ αὐτῶν δὲ οὕτω γράφει λέγων· ἀσπάζονται ὑμᾶς Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα, οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν εἰς θάνατον δηλονότι, καὶ περὶ ἑτέρου πάλιν αὖθις τοῖς γράφων, φησίν· ὅτι ἤγγισεν ἕως θανάτου, παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ἀναπληρώσῃ τῆς πρὸς μὲ λειτουργίας. εἶδες πῶς ἐφίλουν τὸν διδάσκαλον; πῶς περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτῶν τὴν ἄνεσιν ἐσκόπουν τὴν ἐκείνου, διὰ τοῦτο οὐδεὶς αὐτῶν περιεγένετο τότε. ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα ἀκούωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ μιμώμεθα· καὶ οὐ πρὸς τοὺς ἀρχομένους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἡμῖν ὁ λόγος ἀποτείνεται, ἵνα καὶ οἱ μαθηταὶ πολλὴν περὶ τοὺς διδασκάλους κηδεμονίαν ἐπιδεικνύωνται, καὶ οἱ διδάσκαλοι τὴν αὐτὴν τῷ Παύλῳ φιλοστοργίαν περὶ τοὺς ὑποτεταγμένους ἔχωσιν, οὐχὶ τοὺς παρόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόρρωθεν ὄντας. καὶ γὰρ ὁ Παῦλος καθάπερ μίαν οἰκῶν οἰκίαν τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὕτω τῆς πάντων ἐφρόντιζε σωτηρίας, καὶ τὰ αὐτοῦ πάντα ἀφεὶς δεσμὰ καὶ θλίψεις καὶ στενοχωρίας, ἐπεσκόπει καὶ ἐπυνθάνετο καθ' ἑκάστην ἡμέραν, πῶς τὰ τῶν μαθητῶν ἔχοι· καὶ πολλάκις δι' αὐτὸ τοῦτο μόνον ἔπεμψε, νῦν μὲν Τιμόθεον, νῦν δὲ Τυχικόν. * καὶ περὶ μὲν ἐκείνου φησίν· ἵνα γνῷ τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.

A Frater enim qui à fratre adiuuatur, eſt ſicut ciuitas fortis & multò magis *Pro.18.19.* tot ac tanti vinculo charitatis inter ſe iuncti, omnibus dæmonum reſtiterũt inſidiis. Non opus eſt vlteriori demõſtratione & ſermone, quòd Paulus diſcipulis deuinctiſſimus fuerit, qui & catenatus ſolicitus pro eis erat, & quotidie pro ipſis amore incẽſus moriebatur. Quòd autẽ diſcipuli Paulo viciſſim magno ſtudio deuincti fuerint, & nõ ſolùm viri, ſed & mulieres, audi quid dicat de Phœbe: Cõmẽdo *Rom.16.1.* autẽ vobis Phœbẽ ſororẽ, quę eſt miniſtra Eccleſiæ Cenchreenſis, vt illã B ſuſcipiatis in Chriſto, ſicut decet ſanctos, & aſſitis ei, in quocumque vobis eguerit negotio. Nã & hęc cũ multis affuit, tũ & mihi. Et hæc quidẽ, quòd officioſè cum adiuuerit, magnũ accepit teſtimoniũ. Priſcilla autẽ & Aqui- *Rom.16.3.* las etiã mortẽ pro Paulo adierunt, dę quibus ſic ſcribẽs inquit: Salutãt vos Priſcilla & Aquila, qui ꝓ anima mea ſuã ipſorũ ceruicẽ ſuppoſuère, in mortẽ ſcilicet. Et de alio quoque his ipſis ſcribens dicit, ꝙ appropiarit vſq; ad *Phil.2.30.* mortẽ, nõ habita ratione vitæ, vt ſuppleret id quod in veſtro erga me offi- C cio fuit diminutũ. Vides quomodo amabant magiſtrum, quomodo ſuæ ipſorum animæ salutẽ illius præferebant? & proptetea tunc nullus eorum ſuperabatur. Hæc autem dico, non vt audiamus ſolũ, ſed & vt imitemur: & non ad ſubditos ſolùm, ſed & ad principes ſermo noſter ſe protendit: quò & diſcipuli frequẽs in magiſtros officium, & viciſſim magiſtri eandem quam Paulus, erga diſcipulos amoris affectionẽ declarent. Etenim Paulus tam anxiè omnium ſalutẽ cu- D rabat, perinde ac ſi totus mundus ſibi vnica domus foret, neglectiſq; ſuis vinculis, & plagis, & afflictionibus, & preſſuris, conſiderabat & inquirebat quotidie, quomodo res diſcipulorum ſe haberent: & ſepe propter hoc ipſũ ſolũ, miſit nũc Timothęum, nunc Ty- *Ephe.6.21.* chicum · nam de hoc quidem inquit, Vt ſciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agam: de omnibus certiores vos reddet Tychicus dilectus frater, & fidus miniſter in Domino, quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſceretis de rebus noſtris. Et iterum aliis: De omnibus rebus meis cer- *Coloſ. 4.* tiores vos faciet Tychicus dilectus frater & fidus miniſter, & conſeruus in Domino, quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcat, quid agatis, & conſoletur corda veſtra.

De Timotheo autem: Quapropter A & ego non amplius ferens, miſi ad hoc vt cognoſcerem fidem veſtram, ne quo pacto tentaſſet vos ille qui tentat,& inanis factus eſſet labor noſter. Et Titum quoque aliò mittit, & alium iterum in alium locum. Atque ipſe vinculorum neceſſitate in vno ſæpe loco detentus, viſceribus ſuis adeſſe non poterat, ita diſcipulis ſuis aderat. Itaque & tunc detentus in vinculis ſcribebat Philippenſibus: Scire volo vos fratres. Diſcipulos fratres vocat. Tanta enim charitas eſt, vt abiiciat omnem inæqualitatem, nullámque vel eminentiam B vel dignitatem ſciat:ſed & ſi quis omnibus ſit ſublimior, aduſque humillimum omnium deſcendit: id quod & Paulus faciebat. Audiamus autem quid eos ſcire volebat: Quæ mihi acciderunt, magis ad profectum euangelij euenêre. Quo pacto, & quomodo dic oro? Num vinculis abſoluebâre? Num catenam deponebas? num impauidè prædicabas in ciuitate, & in eccleſia multos & prolixos ſermones faciebas de fide, ſuſceptíſque inde multis diſcipulis abibas? C Num ſuſcitabas mortuos,& admirationi eras? Num leproſos purificabas, & obſtupefiebant omnes? num dæmones fugabas? Nihil horum dicit, ſed quid? & quomodo profectus euangelij factus eſt? ita vt vincula mea manifeſta fierent in toto prætorio, & cæteris omnibus. Quid dicis? Hic profectus eſt, hoc incrementum, hoc prædicationis lucrum, quòd omnes didicerunt te vinctum? Ita profectò, dicit. Audi ergo ſequentia, vt diſcas quòd vincula non ſolùm non ſunt facta obſta- D culum, ſed & magnæ fiduciæ materia: atque adeò, vt plerique fratrum in Domino freti vinculis meis, vberiùs auſi fuerint loqui impauidè. Quid dicis ô Paule? Non anxietatem, ſed fiduciam iniecerunt vincula: non timorem, ſed amorem? non habent quæ ſequuntur conſequentiam: Scio & ego. Neque enim iuxta humanorum operum morem hæc contigerunt, ait: ſed ſuper naturam fiebant, erántque diuinæ gratiæ opera, vt vnde alij anxij, inde illi fidentes redde-

1.Theſ.3.5.

2.Cor.8.

Phil 1.12.

Charitas inæqualitatem tollit.

Profectus euangelij quomodo fieret.

A περὶ δὲ Τιμοθέου· ἔπεμψα αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς μηκέτι στέγων, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων· καὶ Τίτον πάλιν ἀλλαχοῦ, καὶ ἄλλον ἑτέρωσε. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς τῇ τῶν δεσμῶν ἀνάγκῃ πολλάκις ἐν ἑνὶ κατεχόμενος τόπῳ συγγενέσθαι τοῖς αὐτοῦ σπλάγχνοις οὐκ ἠδύνατο, διὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῖς συνεγίνετο. καὶ τότε τοίνυν ἐν δεσμοῖς ὢν γράφει τοῖς Φιλιππησίοις λέγων· γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, τοὺς μαθητὰς ἀδελφοὺς καλῶν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγάπη· πᾶσαν ἀνωμαλίαν ἐκβάλλει, καὶ ὑπεροχὴν καὶ ἀξίαν οὐκ οἶδεν, ἀλλὰ κἂν ἁπάντων B ὑψηλότερος ᾖ τις, πρὸς τὸν πάντων κάτεισι ταπεινότερον· ὅπερ καὶ Παῦλος ἐποίει. ἀλλ' ἀκούσωμεν τί βούλεται γινώσκειν αὐτούς. ὅτι τὰ κατ' ἐμέ, φησι, μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν. εἰπέ μοι, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ἆρα τῶν δεσμῶν ἀφεθείς, ἆρα ἀπέθου τὴν ἅλυσιν, καὶ μετ' ἀδείας ἐκήρυττες ἐν τῇ πόλει; ἆρα εἰς ἐκκλησίαν εἰσελθών, μακροὺς καὶ πολλοὺς κατέτεινας λόγους περὶ τῆς πίστεως, καὶ πολλοὺς λαβὼν μαθητὰς ἀπῆλθες; ἆρα νεκροὺς ἤγειρας, καὶ ἐθαυμαστώθης; ἆρα λεπροὺς ἐκάθηρας, καὶ ἐξεπλά- C γησαν ἅπαντες; ἆρα δαίμονας ἀπήλασας, καὶ ἀνυψώθης; οὐδὲν τούτων, φησί. πῶς οὖν ἡ προκοπὴ γέγονε τοῦ εὐαγγελίου εἰπέ; ὥστε τοὺς δεσμούς μου, φησι, φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσι. τί λέγεις; τοῦτο ἄρα, τοῦτο ἡ προκοπή; τοῦτο ἡ ἐπίδοσις; τοῦτο ἡ αὔξησις τοῦ κηρύγματος, ὅτι πάντες ἔμαθον ὅτι δέδεσαι; ναί, φησιν. ἄκουσον γοῦν τῶν ἑξῆς, ἵνα μάθῃς ὅτι τὰ δεσμὰ οὐ μόνον οὐκ ἐγένετο κώλυμα, ἀλλὰ καὶ ὑπόθεσις πλείονος παρρησίας. ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀ- D δελφῶν ἐν κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. τί λέγεις, ὦ Παῦλε; οὐκ ἀγωνίαν ἐνέβαλεν, ἀλλὰ θάρσος τὰ δεσμά; οὐ φόβον, ἀλλὰ πόθον; οὐκ ἔχει τὰ λεγόμενα ἀκολουθίαν. οἶδα κἀγώ. οὐδὲ γὰρ κατὰ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀκολουθίαν ταῦτα συνέβαινε, φησιν· ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν ἦν τὰ γινόμενα, καὶ θείας χάριτος τὰ κατορθώματα. διὰ τοῦτο ὃ τοῖς ἄλλοις ἀγωνίαν ἐποίει, τοῦτο ἐπ' ἐκείνων θάρσος

περιῆγε. καὶ γὰρ στρατηγὸν ἐὰν λαβών τις καὶ καθείρξας ποιήσῃ φανερὸν τοῦτο, εἰς φυγὴν ἐμβάλλει τὸ στρατόπεδον ἅπαν· καὶ ποίμνια δὲ ἐάν τις τῆς ποίμνης ἀπαγάγῃ, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας ἀπελαύνει τὰ πρόβατα. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ Παύλου οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. ὁ στρατηγὸς γὰρ ἐδέδετο, καὶ οἱ στρατιῶται προθυμότεροι πάντες ἐγίνοντο, καὶ μετὰ πλείονος τῆς παρρησίας τοῖς ἐναντίοις ἐπεπήδων. ὁ ποιμὴν καθείρκτο, καὶ τὰ πρόβατα οὐκ ἠλαύνετο, οὐδὲ ἐσκορπίζετο. τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν ἐν τοῖς τῶν διδασκάλων δεινοῖς πλείονα παράκλησιν λαμβάνοντας τοὺς μαθητάς; πῶς οὐκ ἔδεισαν; πῶς οὐκ ἐφοβήθησαν; πῶς οὐκ εἶπον πρὸς τὸν Παῦλον, ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτόν; ἀπάλλαξον σεαυτὸν τῶν πολυπλόκων δεινῶν, καὶ τότε ἡμῖν τὰ μυρία προξενήσεις ἀγαθά. πῶς ταῦτα οὐκ εἶπον; πῶς; ὅτι πεπαιδευμένοι ἦσαν παρὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, ὅτι ταῦτα οὐκ ἐξ ἀσθενείας ἐγίνετο, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ συγχωρήσεως, ἵνα μειζόνως ἡ ἀλήθεια διαλάμπῃ, διὰ δεσμῶν καὶ φυλακῶν καὶ θλίψεων καὶ στενοχωριῶν αὐξανομένη καὶ πρὸς μεῖζον αἰρομένη μέγεθος. οὕτως ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. εἰ μὲν γὰρ ὑπεσκέλισε τὸν Παῦλον τὰ δεσμὰ, καὶ δειλότερον ἐποίησεν, ἢ αὐτὸν, ἢ τοὺς ἐκείνῳ προσήκοντας, ἔδει διαπορεῖν· εἰ δὲ μᾶλλον θαρρεῖν παρεσκεύασε καὶ εἰς πλείονα δόξαν ἤγαγεν, ἐκπλήττεσθαι δεῖ καὶ θαυμάζειν πῶς διὰ πράγματος ἀτιμίαν ἔχοντος δόξα τῷ μαθητῇ προεξενεῖτο, διὰ πράγματος δειλίαν ἐμβάλλοντος θάρσος καὶ παράκλησις πᾶσιν ἐκείνοις ἐγίνετο. τίς γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐξεπλήττετο τότε, ὁρῶν ἅλυσιν περικείμενον; τότε δαίμονες ἐδραπέτευον μᾶλλον, ὅτε ἑώρων αὐτὸν ἐν δεσμωτηρίῳ διατρίβοντα. οὐ γὰρ οὕτω βασιλικὴν κεφαλὴν λαμπρὰν τὸ διάδημα ποιεῖ, ὡς τὰς ἐκείνου χεῖρας ἡ ἅλυσις, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐπανθοῦσαν αὐταῖς χάριν. διὰ τοῦτο πολλὴ παράκλησις ἐγίνετο τοῖς μαθηταῖς. καὶ γὰρ ἑώρων τὸ μὲν σῶμα δεδεμένον, τὴν δὲ γλῶτταν οὐ δεδεμένην· τὰς μὲν χεῖρας ἐσφιγμένας, τὸν δὲ λόγον λελυμένον, καὶ τῆς ἀκτῖνος τῆς ἡλιακῆς ταχύτερον τὴν οἰκουμένην ἐπιτρέχοντα πᾶσαν. καὶ τοῦτο αὖθις παράκλησις ἐγίνετο διὰ τῶν ἔργων μανθάνουσιν, ὅτι οὐδὲν τῶν παρόντων δεινόν. καὶ γὰρ ὅταν ὑπὸ θείου πόθου καὶ ἔρωτος ἡ ψυχὴ βαφεῖσα τύχῃ γνησίως,

A rentur. Nam ſi quis capit cõſtringitq́;
ducem, & fit hoc manifeſtũ alis, vertitur in fugam omnis exercitus. Et ſi
quis paſtorem abducit ab ouili, abſque timore abiguntur oues. Atqui
hic non ita euenit, ſed per omnia
ſecus. Dux vinctus erat, & fiebant
alacriores milites omnes, maioribúſque animis & fiducia in aduerſarios
irrumpebant. Paſtor conſtrictus erat, & oues neque auferebantur, neque diſſipabantur. Quis vidit? quis *Magiſtri calamitatibus diſcipuli ſolantur.*
audiuit è magiſtrorum aduerſitatibus diſcipulos plus ſolatij capere?
quomodo non timuerũt? quomodo
B non dixerũt Paulo, Medice cura temetipſum, libera teipſum à diuerſis
malis: & nobis quoq; conſultum erit?
quomodo non dixerunt talia? quomodo? Erant edocti à gratia ſpiritus
ſancti, hæc non ex firmitate, ſed ex
permiſſione Chriſti fieri, vt magis
effulgeat veritas, quæ per vincula &
cuſtodias, & afflictiones, & anguſtias creſcens, in altius faſtigium erigitur. Ita quippe Chriſti virtus in infirmitate perficitur. Etenim ſi vincula, Pauli mentem deieciſſent, & ti-
C midiorem reddidiſſent: non mirum, *2 Cor. 12. 9.*
ſi & ipſe, & qui ad eum pertinebant,
fuiſſent anxij. Verùm quia plus afferebant fiduciæ, & ad maiorem
gloriam conducebant: magis obſtupeſcendum eſt, & admirandum,
quomodo per rem ignominiæ plenam, gloria doctori conciliatur, &
per terriculamentum fiducia & conſolatio diſcipulorum creſcit. Quis
enim non obſtupeſceret, videns illum catena circundatum? Imo dæmones tum magis fugiebant, cùm
eum in carcere verſari videbant.
D Non diadema regis caput tam decorat, vt illius manus catenæ: non
ſua quidem natura, ſed gratia in
ipſis efflorescente, quæ magis conſolabatur diſcipulos, videntes quidem corpus vinctum, linguam autem ſolutam: manus conſtrictas,
ſermonem verò liberum, & in totum mundum citiùs, quàm Solis
iubar percurrentem. Magna ſanè
diſcipulorum conſolatio erat, cum
re ipſa diſcerent, nullam præſentium
rerum grauem ac moleſtam eſſe.
Anima enim quando diuino amore & deſiderio verè corripitur, ad

ad nihil huius vitæ ſe conuertit: ſed ſicut mente moti, contēnunt ignem, & ferrum, & feras, & pelagus, & omnia: ita pij furore quodā, maximè ſpirituali ac honeſtiſſimo inſaniunt, deridētes omnia quę vident. Et propterea diſcipuli videntes magiſtrum vinctum, exultabant magis & gaudebāt: re ipſa declarantes aduerſariis, quàm ſint vbiq; inuicti, & nullis mancipati. Itaq; rebus ſic ſe habentibus, æmuli quidam Pauli, grauius bellum excitare, & tyrannum cōtra eum crudelius exaſperare cupientes, ſimulabant & ipſi ſe eſſe prędicatores: prędicabātq; rectam ac ſanam fidem, ita vt doctrina Pauli magis increſceret. Hoc autē non ideo faciebant, quòd fidem rectā ſeminare vellent: ſed vt audiret Nero prædicationem creſcere, & doctrinā inualeſcere, vt inde exaſperatus, quāprimum Paulum in profundum demitteret ac perderet. Itaq; duæ erant tunc doctrinæ, vna diſcipulorū Pauli, altera inimicorū eius: illis ex veritate, his ex odio & cōtentione in Paulū, prædicantibus, & hoc manifeſtās docebat: *Alij quidē*, inquit, *propter inuidiā & contētionē Chriſtū prædicāt*, inimicos illos ſuos deſignās: *alij autē bona volūtate*, quibus verbis diſcipulos ſuos ſubindicat. Deinde iterū de illis inquit: *Alij quidem ex contentione*, nempe inimici, non caſtè, non candidè prædicantes, *ſed exiſtimantes addere ſe afflictionem vinculis meis: alij contra ex charitate*, & hoc quoque de fratribus illis ſuis dicit, *ſcientes quòd in euangelij defenſionem conſtitutus ſum*. Quid ergo? *Attamen quouis modo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem, Chriſtus tamen annunciatur*. Atque ita fruſtra & vanè verbum hoc pro hæreſibus aſſumitur. Nam qui tunc prædicabant, non dogma corruptum prædicabant, ſed fidem ſanam & rectam. Quòd ſi adulteratā doctrinam prædicaſſent, & alia quam Paulus docuerat, non vtique eueniſſet quod volebant. Non volebant autē aliud, quam vt aucta fide & multiplicatis diſcipulis, Paulus à Nerone in grauius periculum adduceretur. Quòd ſi alia quam Paulus prædicaſſent, non vtique diſcipulos Pauli multiplicaſſent: & ſi non plures feciſſent, neque exaſperaſſent tyrannum.

[illegible] nunt.

Phil. 1.15.

Male pro hæreſibus hic locus vſurpatur

A πρὸς οὐδὲν ἐπιστρέφεται τῶν παρόντων· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ μαινόμενοι καὶ πυρὸς καὶ σιδήρου καὶ θηρίων καὶ πελάγους καὶ πάντων κατατολμῶσιν, οὕτω καὶ οὗτοι μανίαν τινὰ καλλίστην καὶ πνευματικωτάτην μανέντες, μανίαν ἀπὸ σωφροσύνης γινομένην, πάντων κατεγέλων τῶν ὁρωμένων. διὰ τοῦτο δεδεμένον ὁρῶντες τὸν διδάσκαλον μᾶλλον ἐσκίρτων, μᾶλλον ἠγάλλοντο, διὰ τῶν ἔργων τοῖς ἐναντίοις δόντες ἀπόδειξιν, ὅτι πανταχοῦ εἰσιν ἀνάλωτοι καὶ ἀχείρωτοι. τότε τοίνυν, ὅτε ἐν τούτοις τὰ πράγματα ἦν, τινὲς τῶν ἐχθρῶν τῶν Παύλου βουλόμενοι τὸν πόλεμον ἀναῤῥιπίσαι
B χαλεπώτερον, καὶ μείζονα τοῦ τυράννου ποιῆσαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, προσεποιοῦντο καὶ αὐτοὶ κηρύττειν, καὶ ἐκήρυττον τὴν ὀρθὴν καὶ ὑγιῆ πίστιν ὑπὲρ τοῦ τὸ δόγμα ἐπιδοῦναι μειζόνως. τοῦτο δὲ ἐποίουν, οὐχὶ τὴν πίστιν σπεῖραι βουλόμενοι, ἀλλ᾽ ἵνα μαθὼν ὁ Νέρων, ὅτι τὸ κήρυγμα αὔξεται καὶ τὸ δόγμα ἐπιδίδωσι, ταχύτερον τὸν Παῦλον ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀπαγάγῃ. δύο τοίνυν ἦν διδασκαλεῖα, τῶν Παύλου μαθητῶν, καὶ τῶν ἐχθρῶν τῶν τοῦ Παύλου· τῶν μὲν ἐξ ἀληθείας κηρυττόντων, τῶν δὲ ἀπὸ φιλονεικίας καὶ τῆς πρὸς
C τὸν Παῦλον ἀπεχθείας. καὶ ταῦτα δηλῶν ἔλεγε· τινὲς μὲν διὰ φθόνον καὶ ἔριν τὸν Χριστὸν κηρύττουσιν, ἐκείνους ἐμφαίνων τοὺς ἐχθρούς· τινὲς δὲ καὶ δι᾽ εὐδοκίαν, περὶ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν τοῦτο λέγων. εἶτα πάλιν περὶ ἐκείνων, οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας, οἱ ἐχθροί· οὐχ ἁγνῶς, οὐχ ὑγιῶς, ἀλλ᾽ οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου· οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης, πάλιν τοῦτο περὶ τῶν ἀδελφῶν τῶν ἑαυτοῦ, εἰδότες, ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι. τί γάρ; πλὴν παντὶ τρόπῳ, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγέλλεται. ὥστε
D μάτην καὶ εἰκῆ ἐπὶ τῶν αἱρέσεων τοῦτο τὸ ῥῆμα παραλαμβάνεται. οἱ γὰρ τότε κηρύττοντες, οὐχὶ δόγμα διεφθαρμένον ἐκήρυττον, ἀλλὰ πίστιν ὑγιῆ καὶ ὀρθήν. εἰ γὰρ δόγμα διεφθαρμένον ἐκήρυττον, καὶ ἕτερα παρὰ τὸν Παῦλον ἐδίδασκον, οὐκ ἔμελλεν αὐτοῖς προχωρεῖν, ὅπερ ἐβούλοντο. τί δὲ ἐβούλοντο; τῆς πίστεως αὐξηθείσης καὶ πολλῶν γινομένων τῶν Παύλου μαθητῶν, εἰς μείζονα πόλεμον τὸν Νέρωνα διεγεῖραι. εἰ δὲ ἕτερα δόγματα ἐκήρυττον, οὐκ ἂν πολλοὺς ἐποίησαν τοὺς Παύλου μαθητάς· μὴ ποιοῦντες δὲ, οὐκ ἂν παρώξυναν τὸν τύραννον.

οὐ τοίνυν τοῦτό φησιν, ὅτι διεφθαρμένα δόγματα εἰσῆγον, ἀλλ' ὅτι ἡ αἰτία, ἀφ' ἧς ἐκήρυττον, αὕτη ἦν διεφθαρμένη. ἕτερον γάρ ἐστι λέγειν τὴν πρόφασιν τοῦ κηρύγματος, καὶ ἕτερον αὐτὸ τὸ κήρυγμα μὴ εἶναι ὑγιές. τὸ μὲν γὰρ κήρυγμα οὐ γίνεται ὑγιές, ὅταν τὰ δόγματα ᾖ πλάνης γέμοντα· ἡ πρόφασις δὲ οὐ γίνεται ὑγιής, ὅταν τὸ μὲν κήρυγμα ὑγιὲς ᾖ, οἱ δὲ κηρύττοντες μὴ διὰ τὸν θεὸν κηρύττωσιν, ἀλλ' ἢ πρὸς ἔχθραν, ἢ πρὸς χάριν ἑτέρων. οὐ τοίνυν τοῦτο, φησιν, ὅτι αἱρέσεις εἰσῆγον, ἀλλ', ὅτι οὐκ ἀπὸ προφάσεως ὀρθῆς, οὐδὲ δι' εὐλάβειαν ἐκήρυττον, ὅπερ ἐκήρυττον. οὐ γὰρ ἵνα τὸ εὐαγγέλιον αὐξήσωσι, τοῦτο ἐποίουν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν πολεμήσωσι, καὶ εἰς μείζονα αὐτὸν ἐμβάλλωσι κίνδυνον. διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐγκαλεῖ. καὶ ὅρα πῶς μετ' ἀκριβείας αὐτὸ τέθεικεν· οἰόμενοι θλῖψιν, φησίν, ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου. οὐκ εἶπεν, ἐπιφέροντες, ἀλλ', οἰόμενοι ἐπιφέρειν, τουτέστι, νομίζοντες, δεικνὺς ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς οὕτω διάκειται, ἀλλὰ καὶ χαίρει διὰ τὴν τοῦ κηρύγματος ἐπίδοσιν. ἐπήγαγεν οὖν λέγων· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ χαίρω καὶ χαρήσομαι. εἰ δὲ πλάνης τὰ δόγματα εἶχε, καὶ αἱρέσεις εἰσῆγον ἐκεῖνοι, οὐκ ἠδύνατο χαίρειν ὁ Παῦλος. ἐπειδὴ δὲ ὑγιὲς καὶ ἀνόθευτον τὸ δόγμα, διὰ τοῦτό φησι, χαίρω καὶ χαρήσομαι. τί γάρ, εἰ ἑαυτοὺς ἀπολλύουσιν ἐκεῖνοι, ἐξ ἀπεχθείας τοῦτο ποιοῦντες; ἀλλὰ τὰ ἐμὰ καὶ ἄκοντες αὔξουσιν. εἶδες πόση τοῦ Παύλου ἡ δύναμις; πῶς οὐδενὶ τῶν τοῦ διαβόλου μηχανημάτων ἁλίσκεται; καὶ οὐ μόνον οὐχ ἁλίσκεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τούτοις αὐτὸν χειροῦται. πολλὴ μὲν γὰρ οὖν καὶ ἡ τοῦ διαβόλου κακουργία, καὶ τῶν ἐκείνῳ διακονουμένων ἡ πονηρία. ἐν προσχήματι γὰρ τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν, σβέσαι τὸ κήρυγμα ἐβούλοντο. ἀλλ' ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, οὐ συνεχώρει τοῦτο γενέσθαι τότε. τοῦτο γοῦν αὐτὸ ἐμφαίνων ὁ Παῦλος ἔλεγε· τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς, καὶ τοῦτο πεποιθὼς οἶδα, ὅτι μενῶ καὶ συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τῆς παρούσης με ζωῆς ἐκβαλεῖν ἐπιθυμοῦσι, καὶ πάντα διὰ τοῦτο ὑπομένουσιν· ὁ δὲ θεὸς οὐκ ἀφίησι δι' ὑμᾶς. ταῦτα τοίνυν μετ' ἀκριβείας ἅπαντα μνημονεύετε, ἵνα τοὺς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ταῖς γραφαῖς κεχρημένους καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ πλησίον,

A Igitur hîc non dicit, quòd corruptas doctrinas introducât: ſed quòd cauſa propter quam prædicabant, nō fuerit ſyncera. Aliud enim eſt occaſionem prædicationis non eſſe ſanã: & aliud, non eſſe prędicationem ſanam. Nam prædicatio quidē non fit ſana, quãdo errores continent dogmata. Occaſio autem no fit ſana, quãdo dogma quidem ſanum eſt, prędicantes autē non propter Chriſtum prædicant, ſed vel ad inimicitias, vel ad aliorum gratiã. Proinde non dicit, quòd hæreſes introduxerint, ſed quòd non ob rectam occaſionem, neq; ob pietatem prædi- B cauerint id ꝙ prædicauerunt. Quandoquidem hoc non faciebant ad incrementũ euãgelij, ſed vt Paulo infeſti eſſent, & in manus periculum eum adducerent: & propterea illos arguit. Cæterùm vide quomodo diligenter hoc poſuit. *Exiſtimãtes*, inquit, *ſe afflictionē afferre vinculis meis* non dixit, afferentes vinculis meis: ſed, exiſtimantes, hoc eſt putantes quòd afferãt: inſinuat, quòd licèt illi ſic opinētur, non tamen ipſe ſic afficiatur, quin potius ob euangelij incrementum gaudeat, C vnde adiecit dicens: *Et in hoc gaudeo, quin & gaudebo.* Quod ſi error fuiſſet in dogmatibus, & illi hęreſes inuexiſſent, gaudere Paulus minimè potuiſſet: quoniã autē ſana erat & minimè adulterata doctrina, propterea gaudeo, inquit, & gaudebo. Quid enim ſi etiã ſemetipſos perdunt illi, ex odio mei hoc faciētes, dummodo & quæ mea ſunt inuiti augeãt? Vides quanta erat Pauli virtus? quomodo nullis diaboli verſutiis capiebatur, & non ſolũ nō capiebatur, ſed & ipsũ laqueis ſuis apprehēdebat? Nã licèt multiplex eſ- D ſet & diaboli verſutia; & miniſtrorum eius malignitas, qui prędicabãt quaſi idē ſaperēt quod Paulus, qui tamē ſapiētes in verſutia ſua apprehendit, nō permittebat hoc fieri. Proinde Paulus hoc tũc declarãs dicebat: *Manere quidē in carne, neceſſarium magis propter vos: & hoc certus ſcio, quòd mãſurus ſim, & cũ omnibus vobis permãſurus, in veſtrũ profectũ, & gaudium fidei.* Illi enim præſenti quidē vita eiicere me cupiunt, & propterea ſuſtinēt omnia: Deus autem non permittet propter vos. Hæc igitur omnia diligenter ſeruate memoria, vt eos qui ſimpliciter, ac temerè ſcripturis, ac cum pernicie proximi vtuntur,

Occaſio prædicationis quando non ſana.

1. Cor. 3. 19.

Phil. 1. 24.

Epilogus ſermonis de efficacia præd.

omni cum ſapientia corrigere poſſitis. Poterimus autem & dictorum meminiſſe, & alios corrigere, ſi ad preces ſemper confugiamus: & oremus Deum, vt det ſermonem ſapientiæ, & intellectum auditus, certámque & indeprædabilem huius depoſiti cuſtodiam. Sæpe enim contingit, vt quæ ſtudio noſtro corrigere non poſſumus, ea per preces efficere valeamus, per preces inquam perpetuas. Semper enim orandum eſt, & in afflictione & proſperitate, & tā ei qui in tribulationibus, quàm qui in bonis. Et illi quidem, qui in bonis & proſperitate, vt immota hæc maneant, & non transferantur: huic autem, qui in anguſtiis, & afflictione, vt benignam eorum viciſſitudinem ſentiat. In trāquillitate es? ora Deum vt ipſa ſibi tranquillitas ſtabilis maneat. Tempeſtatem vides grauem? ora Deum vt auertat ipſam, & ex ipſa tranquillitatem faciat. Exauditus es? gratias age, quòd exauditus es. Nō exauditus es? perſeuera, vt exaudiaris. Etſi differt aliquando Dominus, non id odio facit, neque te auerſatur: ſed differendo, diutius te ſecum ſeruare vult. Sicuti & patres filios indulgentiùs amantes, quò illos diutius apud ſe detineant, quos deſides vident, dedita opera morantur aliquid daturi. Cæterùm non opus tibi patronis apud Deum, neque multo diſcurſu, vt blandiâre aliis: ſed licèt ſolus ſis, patronóque careas, & per te ipſum Deum preceris, omnino tamen voti compos eris. Neque enim tam facilè Deus annuit, cùm alij pro nobis orant, vt cùm ipſimet oramus, etiamſi plurimis pleni ſimus malis. Nam & hominum, quos valde exulcerauimus, iræ quieſcunt, ſi diluculo & meridie, & veſperi apud eos compareamus, atq; cum illis continua ac humili conſuetudine conuerſemur: & multo magis apud Deū, ſi frequens fueris: licèt indignus ſis, dignus tamen eris: quoniam & indignus diutina familiaritate dignus fieri poteſt. Porrò tria hæc, nempe quòd indignum frequens conuerſatio dignū reddat: & quòd Deus magis annuat, ſi per noſipſos oremus, quā ſi alij orēt: & quòd dādo ſæpe differt,

2. Tim. 1. 14.

Tria de orationis aſſiduitate docet ex parabola de Chananæa.

μετὰ πάσης σοφίας δυνήσθε διορθοῦν. δυνησόμεθα δὲ καὶ μεμνῆσθαι τῶν εἰρημένων, καὶ ἑτέρους διορθοῦν, ἂν εἰς εὐχὰς ἀεὶ καταφεύγωμεν, καὶ παρακαλῶμεν τὸν θεὸν τὸν διδόντα λόγον σοφίας δοῦναι καὶ σύνεσιν ἀκροάσεως, καὶ φυλακὴν τῆς πνευματικῆς ταύτης παρακαταθήκης ἀκριβῆ καὶ ἀχείρωτον. ἃ γὰρ οὐκ ἰσχύομεν πολλάκις ἐξ οἰκείας κατορθῶσαι σπουδῆς, ταῦτα δυνησόμεθα ἀνύσαι εὐμαρῶς δι' εὐχῶν, εὐχῶν δὲ λέγω τῶν διηνεκῶν. ἀεὶ γὰρ καὶ ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι χρὴ, καὶ τὸν ἐν θλίψει, καὶ τὸν ἐν ἀνέσει, καὶ τὸν ἐν δεινοῖς, καὶ τὸν ἐν ἀγαθοῖς ὄντα· τὸν μὲν ἐν ἀνέσει καὶ πολλοῖς ἀγαθοῖς, ἵνα ἀκίνητα καὶ ἀμετάβλητα ταῦτα μένῃ καὶ μηδέποτε μεταπέσῃ· τὸν δὲ ἐν θλίψει καὶ πολλοῖς τοῖς δεινοῖς, ἵνα τινὰ χρηστὴν αὐτῷ ἴδῃ γινομένην μεταβολὴν, καὶ εἰς γαλήνην παρηγορίας μεταβληθῇ. ἐν γαλήνῃ; παρακάλει τὸν θεὸν βεβαίαν σοι μένειν τὴν γαλήνην ταύτην. χειμῶνα εἶδες ἐπακμάσαντα; παρακάλει ἐκτενῶς τὸν θεὸν περιενεγκεῖν τὸ κλυδώνιον, καὶ γαλήνην ἀπὸ χειμῶνος ποιῆσαι. ἠκούσθης; ἐπὶ τούτῳ εὐχαρίστησον, ὅτι ἠκούσθης. οὐκ ἠκούσθης; παράμενον, ἵνα ἀκουσθῇς. κἂν γὰρ ἀναβάλληταί ποτε τὴν δόσιν ὁ θεὸς, οὐχὶ μισῶν οὐδὲ ἀποστρεφόμενος, ἀλλὰ τῷ μήκει τῆς δόσεως διηνεκῶς σε παρ' ἑαυτῷ κατέχειν βουλόμενος, καθάπερ καὶ πατέρες φιλόστοργοι ποιοῦσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῶν ῥαθυμοτέρων παίδων τὴν διηνεκῆ προσεδρείαν τῇ τῆς δόσεως ἀναβολῇ σοφίζονται. οὐ χρεία σοι μεσιτῶν ἐπὶ τοῦ θεοῦ, οὐδὲ πολλῆς τῆς περιδρομῆς, καὶ τοῦ κολακεῦσαι ἑτέρους· ἀλλὰ κἂν ἔρημος ᾖς, κἂν ἀπροστάτευτος, αὐτὸς διὰ σαυτοῦ παρακαλέσας τὸν θεὸν ἐπιτεύξῃ πάντως. οὐχ οὕτω δι' ἑτέρων ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλούμενος ἐπινεύειν εἴωθεν, ὡς δι' ἡμῶν αὐτῶν δεομένων, κἂν μυρίων ὦμεν γέμοντες κακῶν. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων κἂν μυρία προσκεκρουκότες ὦμεν, ὅταν καὶ ὑπὸ τὴν ἕω καὶ μέσης ἡμέρας καὶ ἐν ἑσπέρᾳ φαινώμεθα τοῖς πρὸς ἡμᾶς λελυπημένοις, τῇ συνεχείᾳ καὶ τῇ διηνεκεῖ τῆς ὄψεως συντυχίᾳ καταλύομεν ῥᾳδίως αὐτῶν τὴν ἔχθραν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο γένοιτ' ἄν. ἀλλ' ἀνάξιος εἶ; γενοῦ τῇ προσεδρείᾳ ἄξιος. ὅτι γὰρ καὶ τὸν ἀνάξιον δυνατὸν ἄξιον ἐκ τῆς προσεδρείας γενέσθαι καὶ δι' ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον ἢ δι' ἑτέρων παρακαλούμενος ὁ θεὸς ἐπινεύει, καὶ ὅτι τὴν δόσιν ἀναβάλλεται πολλάκις,

οὐχ ἡμᾶς ἐξαπορῆσαι βουλόμενος, οὐδὲ κεναῖς ἐκπέμψαι χερσὶν, ἀλλ' ἵνα μειζόνων ἡμῖν ἀγαθῶν αἴτιος γένηται, τὰ τρία ταῦτα διὰ τῆς παραβολῆς τῆς σήμερον ἀναγνωσθείσης ὑμῖν πειράσομαι ποιῆσαι φανερά. προσῆλθε τῷ Χριστῷ ἡ Χαναναία ὑπὲρ θυγατρὸς δεομένη δαιμονιζομένης, καὶ βοῶσα μετὰ πολλῆς ἐκτενείας, φησίν· ἐλέησόν με, κύριε, ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται. ἰδοὺ ἀλλόφυλος ἡ γυνὴ καὶ βάρβαρος καὶ τῆς πολιτείας τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐκτός· καὶ τί γὰρ ἕτερον ἢ κύων, καὶ ἀνάξιος τοῦ λαβεῖν τὴν αἴτησιν; οὐ γάρ ἐστι, φησι, καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις. ἀλλ' ὅμως ἀπὸ τῆς προσεδρείας γέγονεν ἀξία. οὐ γὰρ μόνον εἰς τὴν τῶν παίδων αὐτὴν εὐγένειαν εἰσήγαγε κύνα οὖσαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῶν τῶν ἐγκωμίων ἐξέπεμψεν, εἰπών· ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς λέγῃ, μεγάλη ἡ πίστις, μηδεμίαν ἑτέραν ἀπόδειξιν ζήτει τῆς μεγαλοψυχίας τῆς κατὰ τὴν γυναῖκα. εἶδες πῶς ἐκ τῆς προσεδρείας γέγονεν ἀξία, ἀνάξια οὖσα ἡ γυνή; βούλει μαθεῖν καὶ ὅτι δι' ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ δι' ἑτέρων παρακαλοῦντες τὸν θεὸν ἀνυόμεθα; ἔκραξεν αὕτη, καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ λέγουσιν· ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους φησὶν, οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· ὅτε δὲ αὐτὴ δι' ἑαυτῆς προσῆλθε καὶ ἐπέμεινε βοῶσα καὶ λέγουσα· ναὶ, κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, τότε τὴν χάριν ἔδωκε, καί φησι· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. εἶδες πῶς, ὅτε μὲν ἐκεῖνοι παρεκάλουν, διεκρούσατο· ὅτε δὲ αὐτὴ ἡ δεομένη τῆς δωρεᾶς ἐβόησεν, ἐπένευσεν; ἐκείνοις μὲν γάρ φησιν, οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· ταύτῃ δὲ εἶπε, μεγάλη σου ἡ πίστις· γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. πάλιν παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν καὶ ἐν προοιμίῳ τῆς αἰτήσεως οὐδὲ ἀπεκρίνατο· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ τρὶς προσῆλθε, τότε τὴν χάριν ἔδωκε, διὰ τοῦ τέλους ἡμᾶς πείθων, ὅτι τὴν δόσιν ἀνεβάλετο, οὐχ ἵνα αὐτὴν διακρούσηται, ἀλλ' ἵνα πᾶσιν ἡμῖν δείξῃ τὴν ὑπομονὴν τῆς γυναικός. εἰ γὰρ ἵνα αὐτὴν διακρούσηται ἀνεβάλετο, οὐδ' ἂν πρὸς τὸ τέλος ἔδωκεν· ἐπειδὴ δὲ ἀνέμενε δεῖξαι πᾶσιν αὐτῆς τὴν φιλοσοφίαν, διὰ τοῦτο ἐσίγα. εἰ γὰρ εὐθέως ἔδωκε καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἔγνωμεν τὴν ἀνδρείαν τῆς γυναικός.

A τοῖς ξένοις ἀνέῳξα τὴν οἰκίαν, ἵνα τάφον τῶν παίδων γενομένην αὐτὴν ἐπίδω; διὰ τοῦτο πᾶσαν περὶ αὐτοὺς ἀρετὴν ἐπεδειξάμην, ἵνα τοιοῦτον ὑπομείνωσι θάνατον; οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἔφερε πάντα γενναίως καὶ μετὰ τοσαύτην ἐπιμέλειαν αὐτῶν ἀφαιρεθείς. καθάπερ γὰρ ἄριστος ἀνδριαντοποιὸς χρυσοῦς διαπλάττων ἀνδριάντας, μετὰ πολλῆς καλλωπίζει τῆς ἀκριβείας· οὕτω καὶ αὐτὸς τὰς ἐκείνων ἐρρύθμιζε ψυχὰς διαπλάττων, κατακοσμῶν. καὶ καθάπερ τις γεωργὸς φιλόπονος στελέχη φοινίκων ἢ ἐλαιῶν ἄρδων, τειχίζων, περιφράττων, πάντα θεραπεύων τρόπον διετέλει· οὕτω καὶ οὗτος οὐ διέ- B λιμπανε, καθάπερ ἐλαίαν τινὰ κατάκαρπον, τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἰς πλείονα ἀρετῆς αὔξων ἐπίδοσιν. ἀλλ' εἶδε τὰ στελέχη τῇ τοῦ πονηροῦ πνεύματος προσβολῇ ἀνασπασθέντα, καὶ ἐπὶ γῆς ἐκταθέντα, καὶ τὸν ἐλεεινὸν τῆς τελευτῆς ὑπομείναντα τρόπον, καὶ οὐδὲν βλάσφημον ἐφθέγξατο, ἀλλὰ καὶ εὐχαρίστει, καιρίαν δοὺς τῷ διαβόλῳ τὴν πληγήν. εἰ δὲ λέγεις, ὅτι πολλοὺς εἶχεν οὗτος υἱούς, ἄλλος δὲ πολλάκις ἕνα μονογενῆ ἔχων ἀπώλεσε, καὶ οὐκ ἴσον τὸ πένθος, καλῶς λέγεις. κἀγώ σοί φημι, ὅτι οὐκ ἴσον τὸ πένθος, ἀλλὰ πολλῷ C μεῖζον τὸ τοῦ Ἰώβ. τί γὰρ αὐτῷ τῆς πολυπαιδίας ὄφελος; χαλεπωτέραν αὐτῷ τὴν συμφορὰν ἐποίησε καὶ πικροτέραν τὴν ὀδύνην τὸ ἐν πλείοσι σώμασι τὸ τραῦμα δέξασθαι. Εἰ δὲ βούλει καὶ ἕτερον ἰδεῖν ἅγιον μονογενῆ παῖδα ἔχοντα, καὶ τὴν αὐτὴν ἢ καὶ πλείονα ἀνδρείαν ἐπιδειξάμενον, ἀναμνήσθητι τοῦ πατριάρχου Ἀβραάμ, ὃς οὐκ εἶδε τὸν Ἰσαὰκ ἀποθανόντα, ἀλλ', ὃ πολλῷ πικρότερον ἦν καὶ ὀδυνηρότερον, αὐτὸς αὐτὸν κατασφάξαι ἐπετάττετο, καὶ οὐκ ἀντεῖπε πρὸς τὸ ἐπίταγμα, οὐδὲ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἐφθέγξατό τι τοιοῦτον· διὰ D τοῦτό με πατέρα ἐποίησας, ἵνα παιδοκτόνον ἀπεργάσῃ; βέλτιον ἦν μὴ δοῦναι τὴν ἀρχήν, ἢ δόντα τοιούτῳ τρόπῳ αὐτὸν ἀφελέσθαι. βούλει λαβεῖν; τίνος ἕνεκεν κἀμὲ κατασφάξαι κελεύεις, καὶ τὴν δεξιὰν μιᾶναι τὴν ἐμαυτοῦ; οὐκ ἀπὸ τούτου μοι τοῦ παιδίου τὴν οἰκουμένην ἐμπλῆσαι τῶν ἀπογόνων ὑπέσχου; πῶς οὖν τοὺς καρποὺς δίδως τὴν ῥίζαν ἀναιρῶν; πῶς δὲ ἀπογόνους ἐπαγγείλῃ τὸν υἱὸν κατασφάττειν κελεύων; τίς ταῦτα εἶδε; τίς ταῦτα ἤκουσεν; ἠπάτημαι, παρελογίσθην. οὐδὲν τοιοῦτον οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν, οὐκ ἀντεῖπε τῷ κελεύ-

ob id omnibus domus mea hoſpitalis fuit, vt ea liberorum ſepulchrum eſſet? Num ideo in omni virtutum genere educati ſunt, vt hac morte occumberent? Horum nihil non modò non dixit, ſed ne cogitauit quidem, tulit enim omnia æquo animo ac infracto. Quemadmodum enim peritus ſtatuarius aureas imagines effingens, multas eas cura ac diligentia figurat: ita & ipſe illorum animos componebat informans eos & exornans. Quemadmodum laborioſus agricola palmarum vel olearum ſtirpes rigat, munit, & ſepit, omnique ratione colere non ceſſat: ita & ille non deſtitit illorum animos ad maiora virtutum incrementa tanquam fructiferam quandam oleam vrgere. At cùm ſtirpes maligni Spiritus impetu conuulſas ac in terram proſtratas, & miſerabili vitæ exitu extinctas vidit, omnibus tamen maledictis ſe abſtinuit, & Deo gratias agens, diabolo magno vulnus inflixit. At, ais, multos hic liberos habuit: alius autem ſæpe vnicum filium habens, eum amiſit, neque tamen ſimili dolore affectus eſt. Rectè quidem, atque id facilè tibi aſſentior: multò enim maior dolor, quo Iobus affligitur. Quæ eſt enim ſobolis numeroſæ vtilitas? Maiorem enim calamitatem & acerbiorem dolorem vulnus à pluribus acceptum excitat. Quòd ſi alium videre ſanctum virum lubet, vnicum filium habentem, parique animi magnitudine vſum, animum attende ad Abrahamum patriarcham, qui Iſaacum quidem filium morientem non viderat, ſed quod acerbius ac funeſtius erat, pater gnatum interficere iubebatur, & mandatum ipſe executurus erat, neque moleſtè ferebat. Nemo enim hæc vnquam de eo audiuit: An ob id me patrem eſſe voluiſti, vt me filij homicidam faceres? Melius fuiſſet omnino non dediſſe, quàm eum hoc modo ſuſtuliſſe. Eúmne habere vis? Cur eum à me iugulari imperas, & meam manum ſanguine eius contaminari? An non pollicitus eras me per hunc puerum totum orbem impleturum? Quales tandem fructus expectandi auulſa radice? Quos nepotes promittis, ſi filium mactari vis? Quis talia audiuit vnquam? deceptus ſum ac circumuentus. Haud reſtitit impe-

Geneſ. 22. *Alio exẽplo recõfirmat.*

ranti, non popoſcit facti rationem. Sed cùm audiuiſſet hæc verba: Accipe chariſſimum filium, quem diligis Iſaacum, ac eum in vno ex montibus, quem tibi oſtendo, offer: magna alacritate mandata effecit, vt plura etiam, ſi imperata fuiſſet, exequuturus fuiſſet. Nam vxorem de hoc celauit & ſeruos, eóſque cùm ad montis radicem manere iuſſiſſet, ſolam ſecum hoſtiam abduxit, ac montem conſcendit, neque inuitus, ſed multa alacritate mandata Dei perficiebat. Animaduerte itaque quo tandem pacto affici par erat parentem, dum ſolus cum ſolo filio colloqueretur nemine præſente, tum cùm viſcera commouentur maximè, amoriſque impetus acrius vrget: idque non vnius, aut alterius, ſed plurium dierum ſpatio. Nam ſi è veſtigio feciſſet, quod imperatum erat, ingens quidem illud fuiſſet facinus & admirabile: ſed non adeo tamen admirabile, ac cum per multos dies examinata & exercita mente eius nihil viſus eſt pati, quod humanũ affectum redoleret. Hanc quippe ob cauſam longiorem illi campum certaminis, ampliorem arenam, & ſtadium ſpatioſus illi propoſuit Deus, in quo eius virtus excurrere cognoſcique poſſet, vt commodius athletam perſpiceres & ſpectares. verè enim athleta hic fuit, qui non cum homine decertabat, ſed cum ipſius naturæ tyrannide luctabatur. Quæ tandem oratio tantam fortitudinem poſſet exprimere? deduxit filiolum, deuinxit, lignis impoſuit, enſem arripuit, iam ictum adiecturus erat: quo pacto eloquar, aut quanam ratione, haud ſcio: ſolus ille nouit, qui iſta perfecit: nulla quippe oratio exprimere poterit. Qui fieri potuit, vt manus non obtorpeſceret? vt neruorum firmitas non ſolueretur? vt non cum deſiratus filij aſpectus percelleret? Sed & ipſum Iſaac admirari conuenit. vt enim ille Deo, ita hic parenti parebat: & vt ille Deo iubente, vt ſacrificaret, non exegit rationem: ita neque iſte patre vinciente atque ad aram deducente ſe dixit, qua de cauſa iſthæc facis? ſed paternæ dexteræ ſubiacebat. Videre erat eundem patrem factum & ſacerdotem & ſacrificium, ſine ſanguine oblatum, holocauſtum ſine igne, mortis & reſurrectionis figuram ad altare ſtantem. Etenim filium immolauit, & nom immolauit.

Hæc addita ſunt ex Oxoniẽſ. editione Græca, Latina anno 1587.

Iſaaci obedientia mira.

A σθμπτι, οὐκ ἀπῄτησεν εὐθύνας, ἀλλ' ἀκούσας· λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἀνάγαγε αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων ὧν ἄν σοι εἴπω, μετὰ τοσαύτης προθυμίας τὸ ἐπίταγμα ἐπλήρωσεν, ὡς καὶ πλείονα τῶν ἐπιταχθέντων ποιῆσαι. καὶ γὰρ τὸ γύναιον ἔκρυψε, καὶ τοὺς παῖδας ἔλαθε κάτω μένειν ἀφεὶς, καὶ μόνον τὸ ἱερεῖον λαβὼν αὐτοῦ. οὕτως οὐκ ἄκων, ἀλλὰ μετὰ προθυμίας πολλῆς τὸ κελευσθὲν ἐπέραινεν. ἐννόησον τοίνυν ἡλίκον ἦν, μόνον μόνῳ διαλέγεσθαι τῷ παιδὶ, μηδενὸς παρόντος, ὅτε μᾶλλον τὰ σπλάγχνα διαθερμαίνεται, καὶ σφοδρότερον τὸ φίλ- B τρον γίνεται, καὶ τοῦτο οὐκ ἐν μιᾷ ἢ δυσὶν, ἀλλὰ καὶ ἐν πλείοσιν ἡμέραις. τὸ μὲν γὰρ ταχέως ποιῆσαι τὸ ἐπιταχθὲν, θαυμαστὸν καὶ μέγα, ἀλλ' οὐχ οὕτω θαυμαστὸν, ὡς τὸ, διὰ πολλῶν ἡμερῶν βασανιζομένης αὐτοῦ καὶ γυμναζομένης τῆς ψυχῆς, μηδὲν παθεῖν πρὸς τὸ παιδίον ἀνθρώπινον. διὰ γὰρ τοῦτο αὐτῷ καὶ μακρότερα σκάμματα ἐπέθηκεν ὁ θεὸς, καὶ τὸ στάδιον ἐξέτεινεν, ἵνα ἀκριβέστερον ἴδῃς τὸν ἀθλητήν. καὶ γὰρ ἦν ἀθλητὴς ὄντως, οὐκ ἀνθρώπῳ παλαίων, ἀλλ' αὐτῇ τῇ τῆς φύσεως τυραννίδι. ποῖος λόγος παραστῆσαι δυ- C νήσεται τὴν ἀνδρείαν; ἀνήγαγε τὸ παιδίον, συνεπόδισε, τοῖς ξύλοις ἐπέθηκε, τὴν μάχαιραν ἥρπασεν, ἐπάγειν τὴν πληγὴν ἔμελλε. πῶς εἴπω, καὶ ποίῳ τρόπῳ, οὐκ ἔχω· μόνος αὐτὸς οἶδεν ὁ ταῦτα ἐργασάμενος· λόγος γὰρ οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται. πῶς οὐκ ἐνάρκησεν ἡ χείρ; πῶς οὐκ ἐλύθη τῶν νεύρων ὁ τόνος; πῶς οὐ συνέχεεν αὐτὸν ἡ ποθουμένη τοῦ παιδίου ὄψις; ἄξιον ἐνταῦθα θαυμάσαι καὶ τὸν Ἰσαάκ. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τῷ θεῷ, οὕτω καὶ οὗτος ἐπείθετο τῷ πατρί· καὶ καθάπερ ἐκεῖνος, τοῦ θεοῦ κελεύοντος θῦσαι, οὐκ ἀπῄ- D τησεν εὐθύνας· οὕτω καὶ οὗτος, τοῦ πατρὸς δεσμεύοντος καὶ ἀνάγοντος ἐπὶ τὸν βωμὸν, οὐκ εἶπε· τίνος ἕνεκεν ταῦτα ποιεῖς; ἀλλ' ὑπέκειτο τῇ χειρὶ τῇ πατρικῇ. καὶ ἦν ἰδεῖν πατέρα καὶ ἱερέα γενόμενον τὸν αὐτὸν, καὶ θυσίαν χωρὶς αἵματος ἀναφερομένην, ὁλοκαύτωμα χωρὶς πυρὸς, θανάτου καὶ ἀναστάσεως τύπον ἐπὶ τοῦ βωμοῦ γενόμενον. καὶ γὰρ ἔσφαξε τὸν υἱὸν, καὶ οὐκ ἔσφαξεν·

οὐκ ἔσφαξε χειρί, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ. ἐπεὶ A
καὶ ὁ θεὸς διὰ τοῦτο ἐκέλευσεν, οὐχ αἵματος χύ-
σιν βουλόμενος ἰδεῖν, ἀλλὰ προαίρεσίν σοι δεῖξαι
θέλων, καὶ τὸν γενναῖον ἐκεῖνον ἐν μέσῳ τῆς οἰ-
κουμένης ἀνακηρύξαι πάσης, καὶ παιδεῦσαι τοὺς
μετὰ ταῦτα πάντας, ὅτι καὶ παίδων, καὶ φύσεως,
καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων, καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τοῦ
θεοῦ τὰ προστάγματα προτιμᾶν χρή. κατῆλθε
τοίνυν ζῶντα λαβὼν μάρτυρα τὸν Ἰσαάκ. τίνα οὖν
ἕξομεν συγγνώμην, εἰπέ μοι, ποίαν δὲ ἀπολο-
γίαν, εἰ τὸν γενναῖον ἐκεῖνον μετὰ τοσαύτης εἴδο-
μεν προθυμίας τῷ θεῷ πειθόμενον, καὶ πάντων
αὐτῷ παραχωρήσαντα, καὶ ἡμεῖς δυσχεραίνομεν; B
μὴ δή μοι τὸ πένθος εἴπῃς, μηδὲ τὸ τῆς συμφο-
ρᾶς ἀφόρητον, ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπησον, ὅτι καὶ τοῦ
πένθους χαλεποῦ ὄντος ἀνώτερος ἦν. ἱκανὸν ἦν
τὸ ἐπιταχθὲν θορυβῆσαι αὐτοῦ τὸν λογισμόν, καὶ
εἰς ἀπορίαν αὐτὸν ἐμβαλεῖν, καὶ τὴν πίστιν ὑπο-
ρίξαι τὴν ἐν τοῖς παρελθοῦσι. τίς γὰρ τῶν πολ-
λῶν οὐκ ἂν ἐνόμιζεν ἀπάτην εἶναι τὰ εἰρημένα
περὶ τοῦ πλήθους τῶν ἐγγόνων, ὧν αὐτῷ ἐπηγγεί-
λατο; ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀβραάμ. καὶ τὸν Ἰὼβ δὲ τῆς ἐπὶ
τῇ συμφορᾷ φιλοσοφίας οὐχ ἧττον, καὶ ὑπὲρ
τούτου μάλιστα αὐτὸν θαυμάζειν χρή, ὅτι μετὰ C
τοσαύτην ἀρετήν, μετὰ ἐλεημοσύνας καὶ φι-
λανθρωπίας, μετὰ τὸ μηδὲν μήτε ἑαυτῷ, μήτε
τοῖς παισὶ συνειδέναι πονηρόν, τοσοῦτον πένθος ἰδὼν
οὕτω καινὸν καὶ παράδοξον καὶ μηδενὶ τῶν τὰ ἔσχα-
τα τετολμηκότων συμβεβηκός, οὐκ ἔπαθε τὰ τῶν
πολλῶν, οὐδὲ ἐνόμισεν ἀνόνητον εἶναι τὴν ἀρε-
τήν, οὐδὲ κακῶς βεβουλεῦσθαι τοῖς παρελ-
θοῦσιν. ὥστε δὴ ἀμφότερα αὐτοὺς ταῦτα οὐ θαυ-
μάζειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ζηλοῦν καὶ μιμεῖ-
σθαι τὴν ἀρετήν. καὶ μὴ λεγέτω τις, ὅτι ἐκεῖ-
νοι θαυμαστοί τινες ἦσαν. θαυμαστοὶ μὲν γὰρ ἦσαν D
καὶ μεγάλοι· ἀλλ' ἡμεῖς τανῦν πλείονα ἐκεί-
νων ἀπαιτούμεθα φιλοσοφίαν, καὶ τῶν ἐν τῇ πα-
λαιᾷ βεβιωκότων ἁπάντων. ἐὰν γὰρ μὴ πε-
ρισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμ-
ματέων καὶ Φαρισαίων, φησίν, οὐ μὴ εἰσέλθητε
εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. πάντοθεν τοί-
νυν σωφρονισθέντες, καὶ ταῦτα συλλέξαντες,
καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως ἡμῖν εἰρημένα, καὶ τὰ
περὶ τῶν ἁγίων τούτων, συνεχῶς ἐπᾴδωμεν
ταῖς ψυχαῖς, μὴ μόνον κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πέν-
θους, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἂν καθαρεύωμεν ὀδύνης.

A Non immolauit manu, ſed propoſito mentis. Quandoquidem & ipſe Deus idcirco imperauit, non quod fuſum ſanguinem ſpectare vellet, ſed propoſitum mentémque oſtendere ſtudens, generoſúmque illum in medio vniuerſi terrarum orbis prædicare, ac deinde omnes poſteros admonere ac docere, diuina mandata debere nos & liberis & naturę legibus, & bonis omnibus, atque ipſa etiam anima & vita habere potiora. Deſcendit itaque viuum abducens martyrem Iſaac. Quam igitur veniam impetrabimus, quam defenſionē afferemus, ſi hunc tam præclarum virum tāta B cum alacritate videmus Deo paruiſſe, ac omnibus in rebus illi ceſſiſſe, nos hoc ipſum moleſtè feremus? Non igitur luctum, non calamitatis magnitudinē afferas, ſed illud cōſidera, tanto dolore ſuperiorem illum fuiſſe. Satis autem fuit, quòd illius mentem mādatum conturbauit, quod perplexum atque anxium reddidit, quòd fidem eius præteritis rebus exagitauit. Quis enim è vulgo præter Abrahamū ipſum, non putaſſet verba ac impoſturam ea omnia eſſe, quæ de multitudine generis & nepotum à Deo narrabantur? Modeſtiam autem C Iobi, & animi in tāta clade moderationem nihilo minus quis admirari debet, quòd homo tanta virtute, poſt tā multam benignitatem ac humanitatē, cùm nihil ſibi, nihil liberis ipſis mali conſciret, cùm tantam calamitatem, tam nouam, tam inopinatam ne ſceleratiſſimis quidem hominibus contingere videret, non ſic affectus eſt, vt vnus aliquis è vulgo, nec infructuoſam eſſe virtutem arbitratus eſt, aut ſe male rebus ſuis antea conſuluiſſe. Itaque duos hos ſanctos viros ob hæc vtraque non laudare modò, ſed eorum virtutem imitari oportet. D Neque mihi quiſquam dicat: At admirabiles viri erant. A nobis maior quæritur religio, quam ab illis, qui veteris teſtamenti ritus, & antiquam viuendi formam ſequebantur. Niſi enim abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non ingrediemini in regnum cœlorum. Omni igitur ex parte correcti, & hæc atque ea quæ de reſurrectione & de ſanctis iſtis dicta ſunt, colligentes perpetuò mentes noſtras in tranquillo collocemus, non modò cum mœroris tempus eſt, ſed etiam cum ab dolore vacui ſumus.

Dei mandata vita debent eſſe potiora.

Matth. 5. 20.

Christiani perfectiores eſſe debēt, quam patres veteris legis.

Ego itaque, cùm nemo moleſtia aliqua angitur, nunc verba de iis feci, vt quando in calamitatem aliquam inciderimus, horum recordatione freti permagnam conſolationem capiamus. Milites enim in pace res bellicas meditantur, vt pugna ingruente & temporibus peritiam artis bellicæ deſiderantibus, opportunè artificium ſuum demonſtrent, ſi in rebus tranquillis ſe diligenter exercuerint. Nos igitur tum arma tum medicinam rebus iam pacatis præparemus, vt ſi quando perturbationes rerum graues vel ærumnæ vel dolores inuadunt, aduerſus omnes diaboli impetus armati & vallati multa cum peritia illum depellamus, & recta ratione, verbo Dei, bonorũ exemplis, omni denique via nos muniamus. Sic enim poterimus & præſentem vitam cum tranquillitate degere, & in regni cœlorum cum Ieſu Chriſto partem admitti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit honor & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Tim. 5. 9. *In illud, Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, & de liberorum educatione, ac de eleemoſyna.*

Frontone Ducæo interprete.

COMMODVM diuini ſpiritus gratia diſponente contigit, vt is vobis Apoſtolicæ locus epiſtolæ, quem hodierno die audiuiſtis, legeretur. Habet enim cum iis quæ diximus, cogitationem & connexionem haud mediocrem ſi minus in verbis, certè in ſententiis. Hoc enim illud eſt, quod nuper legebatur, De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres: & de reſurrectione multa tum à nobis ſunt dicta, æquo animo ferenda eſſe mala ciuſmodi, Deóque gratias agendas, qui propinquos noſtros ſibi aſſumeret: hodie vero lectum eſt iſtud: Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum. Quando igitur ex occaſione mortis viduitas oritur, & hoc eſt, quòd maximè dolorem auget, ac luctum excitat, memores eorum quæ nuper à nobis dicta ſunt ad eos qui lugent conſolandos, eaque ſummo ſtudio ſuſcipientes in veſtræ men-

1. Theſ. 4. 12.

A διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐγὼ, καίτοι μηδενὸς ὄντος ἐν ἀθυμίᾳ, νῦν τούτους ἐκίνησα τοὺς λόγους, ἵν', ὅταν ἐμπέσωμεν εἴς τινα τοιαύτην συμφορὰν, μεμνημένοι τῶν εἰρημένων, ἱκανῆς ἀπολαύσωμεν παραμυθίας· ἐπεὶ καὶ στρατιῶται, εἰρήνης οὔσης, τὰ τοῦ πολέμου μελετῶσιν, ἵνα τῆς μάχης ἐπιστάσης, καὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐμπειρίας ἀπαιτοῦντος εὐκαίρως ἐπιδείξωνται τὴν τέχνην, ἣν ἐν τῇ εἰρήνῃ κατώρθωσαν. καὶ ἡμεῖς τοίνυν καὶ ὅπλα καὶ φάρμακα κατασκευάσωμεν ἑαυτοῖς ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης, ἵνα, εἴ ποτε πόλεμος ἐπιστῇ παθῶν ἀλόγων, ἢ πένθους, ἢ ὀδύνης, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν τοιούτου, καθωπλισμένοι καλῶς καὶ πεφραγμένοι πάντοθεν, τὰς τοῦ πονηροῦ προσβολὰς μετὰ πολλῆς ἀποκρουσώμεθα B τῆς ἐμπειρίας, καὶ λογισμοῖς ὀρθοῖς, καὶ ταῖς ἀποφάσεσι τοῦ θεοῦ, καὶ τοῖς ὑποδείγμασι τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ παντὶ τρόπῳ πάντοθεν ἑαυτοὺς τειχίσωμεν. οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ τὴν παροῦσαν ζωὴν μετ' εὐθυμίας διενεγκεῖν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

C Εἰς τὸ, χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, καὶ περὶ παίδων ἀνατροφῆς, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

Εἰς καιρὸν ἡ τοῦ πνεύματος ᾠκονόμησε χάρις ταύτην τὴν ἀποστολικῆς ἐπιστολῆς ἀναγνωσθῆναι τὴν περικοπὴν, ἣν ἠκούσατε σήμερον. ἔχει γάρ τινα πρὸς τὰ εἰρημένα συγγένειαν καὶ ἀκολουθίαν πολλὴν, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς ῥήμασιν, ἀλλ' ἐν τοῖς νοήμασι. τὸ μὲν γὰρ πρότερον ἀναγνωσθὲν τοῦτο ἦν· D περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί· καὶ πολλὰ περὶ ἀναστάσεως ἐλέχθη τότε, τὸ γενναίως τὰ τοιαῦτα φέρειν πάθη, καὶ εὐχαριστεῖν τῷ λαμβάνοντι τοὺς προσήκοντας ἡμῖν θεῷ. σήμερον δὲ ἀναγνωσθὲν τοῦτό ἐστι· χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα. ἐπεὶ οὖν ἀπὸ θανάτου χηρεία γίνεται, καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ τὴν ὀδύνην ἐπιτεῖνον, καὶ διεγεῖρον τὸ πένθος, μεμνημένοι τῶν πρῴην εἰρημένων, ἃ τοῖς πενθοῦσι παρακαλοῦντες εἰρήκαμεν, καὶ ταῦτα μετὰ πάσης ὑποδεξάμενοι τῆς σπουδῆς μεθ' ἐκείνων

εἰς τα

εἰς τὰ ταμιεῖα τῆς διανοίας ἀπόθεσθε. τὸ γὰρ τῆς χηρείας ὄνομα δοκεῖ μὲν εἶναι συμφορᾶς ὄνομα, οὐκ ἔστι δέ, ἀλλ' ἀξίωμα καὶ τιμὴ καὶ δόξα μεγίστη· οὐκ ὄνειδος, ἀλλὰ στέφανος. εἰ γὰρ καὶ ἄνδρα οὐκ ἔχει συνοικοῦντα ἡ χήρα, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν ἔχει συνοικοῦντα, τὸν πάντα ἀποκρουόμενον τὰ ἐπιόντα δεινά. ἀρκεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπιούσαις ἐπηρείαις τὴν χήραν εἰσελθεῖν καὶ γόνυ κλῖναι καὶ στενάξαι πικρὸν καὶ δάκρυα προχεῖν, καὶ πᾶσαν ἀποκρούσασθαι τὴν ἐπηρεαζόντων τὴν ἐπιβουλήν. τὰ γὰρ ὅπλα τῆς χήρας τοιαῦτα, δάκρυα, καὶ στεναγμοί, καὶ εὐχαὶ διηνεκεῖς. διὰ τούτων οὐκ ἀνθρωπίνην ἐπήρειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δαιμονικὰς ἐφόδους ἀπο- B κρούσασθαι δύναται. ἡ χήρα τῶν μὲν βιωτικῶν ἀπήλλακται πραγμάτων, πρὸς δὲ τὸν οὐρανὸν ὁδεύει λοιπόν· καὶ ἣν περὶ τὸν ἄνδρα ἐπεδείκνυτο σπουδὴν καὶ θεραπείαν, ταύτην εἰς τὰ πνευματικὰ πράγματα ἀναλῶσαι δυνήσεται. εἰ δὲ λέγοις, ὅτι τὸ παλαιὸν συμφορὰ ἦν τὸ πρᾶγμα, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι καὶ ὁ θάνατος κατάρα ἦν· ἀλλὰ γέγονε τιμὴ καὶ ἀξίωμα τοῖς γενναίως αὐτὸν φέρουσιν ἐπιόντα. οὕτω γοῦν οἱ μάρτυρες στεφανοῦνται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ χήρα πρὸς ἀξίωμα μέτεισι μέγα. C Βούλει μαθεῖν ὅσον ἐστὶ χήρα, πῶς ἐστι τιμία τῷ θεῷ, καὶ ἐπέραστος καὶ συνήγορος μεγίστη; καὶ τοὺς καταδικασθέντας, καὶ τοὺς ἀπεγνωσμένους, καὶ τοὺς παρρησίαν οὐκ ἔχοντας καὶ τοὺς ἐκπεπολεμωμένους τῷ θεῷ καὶ πάσης ἐστερημένους ἀπολογίας φανεῖσα ἐξαρπάζει καὶ καταλλάττει, καὶ οὐ συγγνώμην αὐτοῖς κομίζει μόνον, οὐδ' ἀπαλλάττει τιμωρίας· ἀλλὰ καὶ πολλὴν τὴν παρρησίαν καὶ τὴν λαμπρότητα, καὶ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων καθαρωτέρους ἐργάζεται, κἂν ἁπάντων ὦσι κατερρυπωμένοι μᾶλλον ἀνθρώπων; ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ θεοῦ λέγοντος πρὸς Ἰουδαίους· Ὅταν D τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· ἂν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. ἀλλ' ὅμως τούτοις τοῖς μιαροῖς, τοῖς ἀνδροφόνοις, τοῖς ἀπαρρησιάστοις, τοῖς ἠτιμωμένοις ἐπαγγέλλεται καταλλάττεσθαι, εἰ βοηθήσειαν ἀδικουμέναις χήραις. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, Ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι, φησί· Κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν· καὶ ἐὰν ὦσιν ὑμῶν αἱ ἁμαρτίαι ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ.

tis promptuariis illa recondite. Nam viduitas quidem calamitatis eſſe nomen videtur, ſed tamen non eſt, verum dignitas, honor, & gloria maxima, non opprobrium, ſed corona. Licet enim maritum non habeat, cum quo habitet, vidua: tamen Chriſtum habet cum quo habitet, à quo vniuerſa, quæ ingruant, mala propulſentur. Sufficit enim dum iniuriis vexatur vidua, vt introeat, genu flectat, acerbè ingemiſcat, lacrymas fundat, & omnes inſidias eorum, à quibus vexatur repellat. Eiuſmodi enim arma ſunt viduæ, lacrymæ, gemitus, ac preces aſſiduæ: per hæc non humanas tantum iniurias, ſed dæmonum etiam incurſus poterit propulſare. Vidua à ſæcularibus negotiis immunis eſt, ad cœlum autem deinceps tendit: & quod erga virum ſtudium & cultum exhibebat, cum in res ſpirituales poteſt impendere. Quod ſi dicas, olim rem iſtam calamitatem fuiſſe, tum illud ſubiiciam, mortem quoque maledictum fuiſſe: tamen in honorem ac dignitatem conuerſa eſt, his qui patienter tulerint inuadentem. Sic nimirum & martyres coronantur, eadémque ratione vidua ſummam ad dignitatem euehitur. Vis tu intelligere, quanta res ſit vidua? quam ſit apud Deum honore digna, & amore, vtque ſummopere ſuo poſſit apud Deum patrocinio iuuare? & cùm primum apparuerit iam damnatos, animum deſpondentes, hiſcere non audentes, odioſos Deo, omni excuſationis ſpe ſpoliatos liberare, ac reconciliare, neque veniam tantum impetrare, & ſupplicio eximere, ſed & multam fiduciam ac ſplendorem acquirere, & ſolis radiis puriorem reddere, licet omnium ſint mortalium ſordidiſſimi? audi Deum ipſum Iudæos ſic alloquẽtem: Cum extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: ſi multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos: manus enim veſtrę ſanguine plenę ſunt: attamen his ſceleratis homicidis, pudore ſuffuſis, ignominia notatis ſe reconciliatum iri pollicetur, ſi affectis iniuria viduis auxilium ferant. Poſtquam enim dixit, Auertam oculos meos, & non exaudiam, inquit: Iudicate pupillo, & iuſtificate viduam: & venite, & diſputemus, & ſi fuerint peccata veſtra quaſi phœniceum, ſicut niuem dealbabo.

Arma viduarum quæ ſint.

Eſa. 1. 15.

Eſa. 1. 17.

A Vides quantam habeat vidua poteſtatem? vbi ſuum oſtendat auxilium, non apud magiſtratum vel Regē, qui dominātur in terris, ſed apud ipſum cœlorū Regem? quantam poſſit iram ſedare, ac dominum illis, qui incurabili morbo infecti ſunt, placare, intolerabili ſupplicio eripere, animam ſordibus obrutam peccatorum ab eiuſmodi labe purgare, atq; ad ſummam puritatem perducere? Ne igitur mulierem viduam cōtemnamus, ſed omnē in illam ſolicitudinem exhibeamus. Patrona noſtra eſt, quæ vere vidua. Sed operæpretium fuerit vt attētè cōſideremus, de qua tandem vidua hoc loco verba fiant. B Nam & illę viduæ dicūtur, quæ cum in ſummam inciderint egeſtatem & in matriculam relatæ fuerint, ex eccleſiaſticis pecuniis aluntur,

Act. 6.1.

prout tēporibus Apoſtolorū fiebat. Factū eſt enim, inquit, murmur inter Græcos, eo quod deſpicerētur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.

Genera viduarum varia.

Neque vero ſolum iſtæ viduæ dicuntur, ſed & illæ, quę nulla inopia preſſę, ſed facultatibus abundantis, cum domui præſint maritū tantum amiſerunt. Videamus ergo, de quanam vidua hoc loco verba faciat, dū ait, vidua eligatur nō minor annis ſexaginta: C an de ea quæ auxilio indigeat, & quam opus ſit ex eccleſiaſticis pecuniis ali, an de ea quæ minime indiga ſit, & opibus circumfluat. Haud dubium quin de iſta. Nam de illa quidē cum loquitur, quæ fame cōficitur, non tēpus aſſignat,

1. Tim. 5. 16.

non probitatē morum requirit: ſed abſolutè ſi quis fidelis, aut ſi qua fidelis, inquit, viduas habet, ſubminiſtret illis, & non grauetur Eccleſia: non dixit, cum ſexaginta annorum fuerit, non dixit, ſi

1. Tim. 5. 10.

hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ac merito ſanè. Vbi enim remedium fuerit adhibendum inopię, tempus non expectat. D Quid enim, ſi cum annorū ſit quinquaginta fame conficiatur? Quid ſi in iuuenili ætate corpore ſit mutilato, num dormiet expectans donec ſexageſimus annus appetat? at hoc extremæ foret immanitatis: quam ob cauſſam cū ſedanda fames fuerit, non anxie in tempora & animę virtutes inquirit: cum vero non inopiæ ſuccurrēdum eſt, ſed honor eſt pro dignitate deferēdus, merito hāc de moribus inquiſitionem inſtituit. Nā quemadmodū chori ſunt virginū, ſic & olim erāt viduarū chori, neq; paſſim licebat, illis in numerū viduarū referri,

εἶδες πόσην ἔχει δύναμιν ἡ χήρα; ποῦ τὴν προστασίαν ἐπιδείκνυται τὴν ἑαυτῆς, οὐ παρὰ ἄρχοντι καὶ βασιλεῖ τῷ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ τῷ τῶν οὐρανῶν βασιλεῖ; πόσην δύναται καταλῦσαι ὀργὴν, καταλλάξαι τὸν δεσπότην τοῖς ἀνίατα νενοσηκόσιν, ἐξαρπάσαι τιμωρίας ἀφορήτου, ψυχὴν βαπτισθεῖσαν τῷ τῶν ἁμαρτημάτων ῥύπῳ τῆς κηλῖδος ἐκπλῦναι ἐκείνης, καὶ πρὸς τὴν ἄκραν ἀναγαγεῖν καθαρότητα; μὴ τοίνυν καταφρονῶμεν χήρας γυναικὸς, ἀλλὰ πᾶσαν περὶ αὐτὴν ἐπιμέλειαν ἐπιδειξώμεθα. προστάτις ἡμῶν ἐστιν ἡ ὄντως χήρα. ἄξιον δὲ ἐπιστάντας ἰδεῖν, περὶ ποίας ἐνταῦθα χήρας φησί. B καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖναι χῆραι λέγονται αἱ εἰς εὐτέλειαν ἐσχάτην καταπεσοῦσαι, καὶ ἐγγεγραμμέναι, καὶ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τρεφόμεναι χρημάτων, καθάπερ ἦν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. Ἐγένετο γάρ, φησι, γογγυσμὸς μεταξὺ τῶν ἑλληνιστῶν, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν. οὐκ αὗται δὲ μόνον χῆραι λέγονται, ἀλλὰ κἀκεῖναι, αἱ μηδενὸς μὲν δεόμεναι, ἀλλ' εὐπορίας ἀπολαύουσαι, καὶ οἰκίας προεστῶσαι, τὸν δὲ ἄνδρα ἀποβαλοῦσαι μόνον. ἴδωμεν οὖν περὶ ποίας χήρας ἐνταῦθά φησι λέγων· Χήρα κα- C ταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα. ἆρα περὶ τῆς δεομένης βοηθείας καὶ χρείαν ἐχούσης ἐξ ἐκκλησιαστικῶν τρέφεσθαι χρημάτων, ἢ περὶ τῆς ἀνενδεοῦς καὶ ἐν εὐπορίᾳ ζώσης; εὔδηλον ὅτι περὶ ταύτης. περὶ μὲν γὰρ ἐκείνης ὅταν λέγῃ, τῆς λιμῷ διαφθειρομένης, οὐ χρόνον τίθησιν, οὐκ ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ τρόπων· ἀλλ' ἁπλῶς, Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστή, φησι, χήρας ἔχει, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία. οὐκ εἶπεν, ὅταν ἑξήκοντα ἐτῶν γένηται· οὐκ εἶπεν, Εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε. καὶ μάλα εἰκότως. ἔνθα μὲν γὰρ πενίαν διορθῶσαι δέοι, οὐκ ἀναμένει χρόνον. D τί γὰρ εἰ πεντήκοντα ἐτῶν οὖσα λιμῷ διαφθείρεται; τί δὲ ἐὰν ἐν νεότητι τὸ σῶμα ἀνάπηρος οὖσα τυγχάνῃ, καθευδήσεται ἀναμένουσα τὸ ἑξηκοστὸν ἔτος; ἀλλ' ἀπανθρωπίας τοῦτο ἐσχάτης. διὰ τοῦτο, ὅταν μὲν λιμὸν παραμυθήσασθαι δέοι, οὐδὲν περὶ χρόνου καὶ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς ἀκριβολογεῖται. ὅταν δὲ μὴ ἦ διορθώσασθαι πενίαν, ἀλλὰ τιμὴν κατ' ἀξίαν χαρίσασθαι, εἰκότως τοσαύτην ποιεῖται τῶν τρόπων ἐξέτασιν. καθάπερ γάρ εἰσι παρθένων χοροί, οὕτω καὶ χηρῶν τὸ παλαιὸν ἦσαν χοροί, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐταῖς ἁπλῶς εἰς τὰς χήρας ἐγγράφεσθαι.

οὐ περὶ ἐκείνης οὖν λέγει τῆς ἐν πενίᾳ ζώσης καὶ δεομένης βοηθείας, ἀλλὰ περὶ ταύτης τῆς ἑλομένης χηρείαν. τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ ἐπὶ ταύτης ἀπαιτεῖ χρόνον; ᾔδει ὅτι πυρά τις ἐστὶν ἡ νεότης, καὶ πέλαγος κυμάτων γέμον καὶ πολλὰς ἔχον ἐπαναστάσεις. ἐπειδὰν οὖν μέλλωσιν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀπελθεῖν, ἔχειν, καὶ ὥσπερ ἐν λιμένι διατελῶσι τῷ γήρᾳ, τῶν ἐπιθυμιῶν αὐταῖς σβεσθεισῶν, μετὰ ἀδείας αὐτὰς εἰς τὸν χορὸν εἰσάγει τοῦτον. τί οὖν; οὐχὶ πολλαί, φησι, καὶ μετὰ εἰκοστὸν ἔτος ἀρξάμεναι μέχρι τέλους διέλαμψαν, καὶ τὸν ζυγὸν εἵλκυσαν, καὶ ἀποστολικὸν ἐπεδείξαντο βίον; κωλύσωμεν οὖν ἐκείνας, εἰπέ μοι, καὶ βουλομένας ἐν χηρείᾳ ζῆν ἀναγκάσωμεν δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις; καὶ ποῦ τοῦτο ἄξιον ἀποστολικῆς γνώμης; τί οὖν ἐστὶ τὸ λεγόμενον; προσέχετε μετὰ ἀκριβείας, ἀγαπητοί, αὐτῇ τῇ σημασίᾳ τῆς λέξεως. οὐ γὰρ εἶπε, χήρα γινέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, ἀλλά, χήρα καταλεγέσθω, καὶ πάλιν οὐκ εἶπε, χῆραι νεώτεραι μὴ καταλεγέσθωσαν, ἀλλά, Τὰς νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. πρὸς γὰρ τὸν Τιμόθεον ταῦτα διαλέγεται. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων εὐχείρωτοι περὶ κακηγορίας εἰσί, καὶ τὰς γλώττας κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας προεστώτων ἠκονήκασι, βουλόμενος ἐξαρπάσαι τὸν ἄρχοντα τῶν ἐγκλημάτων, τούτους τίθησι τοὺς νόμους, καί φησι· σὺ παραιτοῦ, καί, σὺ μὴ κατάλεγε. ἂν αὐτὴ βούληται οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῆς αἱρεῖσθαι ταῦτα, ποιείτω· σὺ μέντοι μὴ καταδέξῃ μηδέπω, ἵνα μὴ λέγωσιν, ὅτι νεωτέραν οὖσαν, γαμεῖσθαι βουλομένην, οἰκίας προεστάναι, ὁ δεῖνα κατηνάγκασε· διὰ τοῦτο ἔπεσε, καὶ ὑπεσκελίσθη. σὺ μὴ καταλέξῃς αὐτήν, ἵνα, κἂν πέσῃ, τῶν ἐγκλημάτων ἧς ἀπηλλαγμένος· κἂν μὴ πέσῃ, μετὰ πλείονος ἀσφαλείας τῷ προσήκοντι καιρῷ καταλέξῃς. εἰ δὲ λέγει, Βούλομαι νεωτέρας χήρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, ἄκουσον ποίας φησὶ νεωτέρας. τὰς μετὰ τὸ καταστρηνιάσαι τοῦ Χριστοῦ βουλομένας γαμεῖν, τὰς φλυάρους, τὰς περιέργους, τὰς περιερχομένας τὰς οἰκίας, τὰς λαλούσας τὰ μὴ δέοντα, τὰς ἐκτραπείσας ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. οὐ γὰρ εἰπὼν ἁπλῶς, βούλομαι νεωτέρας γαμεῖν, ἐσίγησεν, ἀλλὰ λέγει καὶ ποίας νεωτέρας, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπεῖσι· ποῖα πτώματα; Ὅταν καταστρηνιάσωσι, φησι, τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖσθαι θέλουσι, καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι καὶ περίεργοι, περιερχόμεναι τὰς οἰκίας, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα, καὶ ἐξετράπησαν.

Non igitur de illa ſermo eſt, quæ premitur egeſtate, atque auxilio indiget, ſed de iſta, quæ viduitatem elegit. Cur autem in hac etiam tempus requirit? Sciebat pyram quandam eſſe iuuentutem, & pelagus plenum fluctuum, ac multis tempeſtatibus infeſtum. Poſtquam igitur ætatis beneficio fuerint immunitatem conſequutæ, & tanquam ad portum ad ſenectutem appulerint, iámque fuerint illis extinctæ libidines, cõfidenter eas in cœtum iſtum allegit. Quid igitur? nonne plurimæ, dicet aliquis, cum vel poſt annum viceſimum incœpiſſent, ad finem vſque cum laude vixerunt, iugum tulerunt, & apoſtolicæ vitę ſpecimen ediderũt? an igitur quæſo illas prohibebimus, & cũ viduitatem ſeruare velint, ſecundis nuptiis iungi cogemus? hoccine conſilio dignum eſt Apoſtoli? Quid igitur hæc ſibi volũt? attendite diligẽter, dilectiſſimi ſignificationẽ dictionis. Non enim dixit, vidua fiat non minor ſexaginta annis natu, ſed vidua eligatur. Et rurſus nõ dixit, viduæ iuniores ne eligãtur, ſed, Iuniores viduas deuita: ſic enim ait ad Timotheum ſcribẽs. Nã *1. Tim. 5. 11* quoniam detractionibus & maledictis multi facilè ſunt obnoxii, & linguas aduerſus Eccleſię præſules exacutas habent, volens rectorem à criminationum periculis vindicare has leges præſcribit, & ait, Tu deuita, tu ne eligas. Si velit ipſa vltro ac ſua ſponte hæc amplecti, faciat: tu quidem ne adhuc admittas, ne fortè dicãt, Ille talis iuniorem coëgit, quæ nubere volebat, & domui pręeſſe: propterea lapſa eſt, & ſupplantata. Tu illam ne eligas, vt ſi fortè lapſa fuerit, tu à criminibus ſis immunis: ſi non fuerit lapſa, maiori cum ſecuritate cõuenienti tempore illam eligas. Quod ſi dicat: volo iuniores viduas nubere, filios procreare, *1. Tim. 5. 14.* audi quas iuniores appellet, eas quæ cũ luxuriatæ fuerint aduerſus Chriſtum, nubere volunt, verboſas, curioſas, circumeuntes domos, loquentes, quæ non oportet, quæ conuerſæ ſunt poſt Satanam. Neque enim cum ſimpliciter dixiſſet, Volo iuniores nubere, tacuit, ſed & quales iuniores dicit, & earum lapſus enuntiat: quos tandem lapſus? Cum luxuriatæ fuerint, inquit, aduerſus Chriſtum, nubere volunt, & otioſæ manent, & curioſæ, circumeuntes domos, loquentesquæ non oportet & conuerſę ſunt, poſt quem autem? poſt Satanam.

Quando igitur, poſtquam viduitatem ſunt amplexę, & omnem hanc ignominiam ſuſtinere voluerunt, rurſus nubere volunt, ſatius eſt priuſquam in peccato tenēātur, & inita cum Chriſto pacta violent, ad hoc venire. Quod ſi qua talis non fuerit, neceſſitatem ſecundarum nuptiarum nō imponit. Porro id verum eſſe, inde conſtat. Si enim hoc quaſi lege ſanxiſſet omnibus mulieribus, vt nuberent, & domui præeſſent, ſuperfluè illa requiſiuiſſet, ſi filios procreauit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubuenit, ſi omne opus bonū ſectata eſt: ſuperfluè quoque illud dicit, quæ fuerit vnius viri vxor. Si enim viduas omnes iuniores nubere iubes, quomodo poterit aliqua vnius viri vxor eſſe? Itaq; illas eius ſpectat oratio. Ita facit & dum loquitur de congreſſu coniugali. 1. Cor 7. 6. Cum enim dixiſſet, Nolite fraudare inuicem niſi forte ex cōſenſu ad tēpus, vt vacetis ieiunio & orationi: & iterum reuertamini in idipſum: ne legem eſſe ac præceptum exiſtimes, cauſſam adiicit, deinde dicens: Ne tentet vos Satanas. Hoc autem dico ſecundū indulgentiā, non ſecundū imperium, propter incōtinentiam veſtrā. Quemadmodum igitur nō omnibus illic iſta loquitur, ſed iis qui inter homines incontinentiores ſunt, & facile capi poſſūt: ſic etiā hoc loco mulieres expugnatu faciles, & quę nō ita facile perferre poſſunt exactā in viduitate viuendi rationem hortatur & cōſulit, vt alterū virū introducāt. Eſt enim res quędā duplex viduitas. Quid hoc eſt tādem duplex? Bonorū operū ſpecimen, & honoris ſummi faſtigium: vt igitur eſt etiā res quędam duplex magiſtratus (habet enim & opera & dignitatem, dignitas quidem magiſtratus eſt poteſtas, & cultus qui à vulgo exhibetur, & ipſum eſſe magiſtratum: opera vero magiſtratus ſūt iniuria affectis ſuccurrere, inferentes iniuriam compeſcere, vrbibus præeſſe, in communibus reipublicæ curis animo excubando pernoctare & reliqua innumera) ſic & viduitas & dignitas eſt & opus: maxima dignitas eſt viduam eſſe, vt ante demōſtrauimus. opus eſt ſecundum maritum ſibi nō aſciſcere, ſed priori eſſe contentā, filios procreare, hoſpitio recipere, pedes ſāctorū lauare, tribulationē patiētibus ſubminiſtrare, omne opus bonum ſectari. Itaq; Paulus de illis loquens opera quidem viduę ſinit illā perficere.

A τίνος ὀπίσω; τοῦ Σατανᾶ. ἐπεὶ οὖν μετὰ τὸ χηρείαν ἑλέσθαι, καὶ ταύτην πᾶσαν ὑπομεῖναι τὴν ἀσχημοσύνην, βούλονται γαμῆσαι πάλιν, βέλτιον πρὸ τοῦ ἐν ἁμαρτίᾳ ἔχεσθαι, καὶ τὰς πρὸς τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι συνθήκας, ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν. ὡς εἰ μή τις εἴη τοιαύτη, οὐκ ἐπιτίθησιν ἀνάγκην γάμου δευτέρου. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ γὰρ ὡς νόμον τοῦτο τέθεικε πάσαις ταῖς γυναιξὶ τοῦ γαμεῖν καὶ οἰκοδεσποτεῖν, περιττῶς ἐκεῖνα ἀπῄτει, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε· περιττῶς καὶ ἐκεῖνό φησι τὸ, ἑνὸς ἀνδρὸς γεγονυῖα. B εἰ γὰρ πάσας τὰς νεωτέρας κελεύεις γαμεῖσθαι, πῶς δυνήσεταί τις ἑνὸς ἀνδρὸς εἶναι γυνή; ἀλλὰ πρὸς ἐκείνας ὁ λόγος αὐτῷ. οὕτω καὶ ὅτε τῆς συνουσίας τῆς κατὰ τὸν γάμον ποιεῖται. εἰπὼν γὰρ, Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχησθε· ἵνα μὴ νομίσῃς τὸ πρᾶγμα νόμου εἶναι, προστίθησι τὴν αἰτίαν ὕστερον λέγων· Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς. τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐκ ἐπιταγὴν, διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. ὥσπερ οὖν οὐ πᾶσιν ἐκεῖ ταῦτα C διαλέγεται, ἀλλὰ τοῖς ἀκρατεστέροις τῶν ἀνθρώπων καὶ εὐαλώτοις, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ταῖς εὐχειρώτοις τῶν γυναικῶν, καὶ μὴ δυναμέναις ἐνεγκεῖν τὸν μετὰ ἀκριβείας βίον τῆς χηρείας, ταύταις παραινεῖ καὶ συμβουλεύει δεύτερον ἐπεισάγειν νυμφίον. ἡ γὰρ χηρεία διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστι. τί ποτέ ἐστι διπλοῦν; ἔργων ἐπίδειξις ἀγαθῶν, καὶ τιμῆς ὑπεροχὴ μεγίστης. καθάπερ οὖν καὶ ἡ ἀρχὴ διπλοῦν τι πρᾶγμά ἐστιν (ἔχει γὰρ καὶ ἔργα καὶ ἀξίωμα· ἀξίωμα μὲν ἀρχῆς, ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν θεραπεία, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἄρχοντα· D ἔργα δὲ ἀρχῆς, τὸ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, κωλύειν τοὺς ἀδικοῦντας, προεστάναι τῶν πόλεων, διανυκτερεύειν ἐν ταῖς κοιναῖς τῶν πραγμάτων φροντίσι, καὶ μυρία ἕτερα) οὕτω καὶ ἡ χηρεία καὶ ἀξίωμά ἐστι καὶ ἔργον· ἀξίωμα μέν ἐστιν, αὐτὸ τὸ χήραν εἶναι, μέγιστον ὂν, ὡς ἀπεδείξαμεν ἔμπροσθεν· ἔργον δὲ, τὸ μὴ δεύτερον ἐπεισάγειν ἄνδρα, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῷ προτέρῳ, τὸ τεκνοτροφῆσαι, τὸ ξενοδοχῆσαι, τὸ ἁγίων πόδας νίψαι, τὸ θλιβομένοις ἐπαρκέσαι, τὸ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπακολουθῆσαι. ὁ τοίνυν Παῦλος περὶ αὐτῶν διαλεγόμενος, τὰ μὲν ἔργα τῆς χήρας ἀφίησιν αὐτὴν πάντα ἐπιτελεῖν.

[illegible]

A ad dignitatem autem viduæ, ac cœtum,& ordinem illam prouehi non ſinit, donec ſexageſimus annus prꝫterierit, quaſi dicat: opera quidem viduę faciat, dignitatem vero tum obtineat, cum his omnibus perfectis ſecuritatẽ beneficio temporis aſſequuta fuerit, & ex operibus demonſtrationem ac teſtimonium externum. Nemo ſolis mulieribus arbitretur orationem conuenire: nam & viris prodeſt, vt & ipſi defunctis vxoribus ſuis contenti ſint, neque velint cum liberis ſuis leænas habitare, dum nouercas introducunt, & ſuam omnem ſecuritatem euertunt. Hæc autem à nobis dicuntur, non vt ſecundas
B auerſari nuptias præcipiamus, ſed vt hortemur & conſulamus, prioribus eſſe contentos: aliud eſt abhortari, aliud præcipere. Nam qui adhortatur & conſulit, in arbitrio ac poteſtate relinquit auditoris, vt quod conſulitur eligat: qui vero precipit, hãc facultatem eiuſmodi non permittit. At Eccleſia iſta non præcipit, ſed hortatur ſolum: ſiquidem ſecundas etiam nuptias permiſit Paulus cum ita dixit: Mulier alligata eſt legi, quãto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, libera
C eſt, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior eſt autem ſi ſic permanſerit. Vt igitur bonum eſt cõiugium, ſed melior eſt virginitas; ita bonum quidem eſt ſecundum coniugium, ſed melius eſt primum & ſolum. Non igitur coniugium ſecundum reiicimus, neque hæc præcipimus, ſed cohortamur, vt ſi quis caſtitatem ſeruare poſſit, ſit priori contentus. Cohortamur autem & conſulimus ad ſtabiliendam domus ſecuritatem: ſæpe namque ſecundæ nuptiæ quotidianarum & pugnarum & contentionum
D initium & occaſionem attulerunt. Sanè multoties euenit, vt aſſidens menſæ maritus prioris vxoris recordatus, leniter fleat: at illa confeſtim excandeſcit, & tanquam fera inſilit, & ſui in illam amoris ab eo pœnas exigit. Quod ſi voluerit laudare defunctam, tum contentionis & pugnæ occaſio ex laudibus illius offertur. Ac defunctis quidem inimicis reconciliamur, eodemq; fine vitã illorum & noſtrum in illos odium terminatur: in vxoribus autem contrarium penitus euenit.

Cohortatur ad monogamiã.

1. Cor. 7. 39.

A quam enim nõ vidit, quã non audiuit, à qua nihil eſt mali paſſa, hãc odio proſequitur & auerſatur, ac ne mors quidẽ odiũ extinguit. Quis vnquã vidit? quis audiuit zelotypiam in puluerẽ, pugnã cum cinere ſuſceptam? Sed nõ euſq; tantũ progreditur malũ: quin etiã ſiue ex ſecũda nati ſint liberi, ſiue non ſint nati, pugna ruſſus & cõtẽtio exoritur. Nam ſi nati nõ ſint, maiori mœrore cõficitur, & hac de cauſſa natos ex priori tanquã hoſtes, & à quibus maximis ſit affecta iniuriis, intuetur, dum ex illorũ vita ſterilitatis ſuę ſenſũ capit maiorẽ. Si vero nati ſint, ruſus nihilo minus B malũ eſt, ſiquidẽ maritus ſæpenumero bene affectus erga defunctã hos amplectitur, & amore ſimul ac miſericordia in illos propter orbitatem cõmouetur: at illa ſuos vbique prẹferri vult, ac nec fratrum illos haberi loco, ſed abiectorũ famulorũ vult: quæ omnia domũ poſſunt ſubuertere, ac vitam marito acerbam & infeſtã reddere. Propterea ad ſeruandã caſtitatem adhortamur ſi fieri poſſit, & vt priori cõiugio contẽti ſitis, & neq; mariti vxores, neq; vxores maritos aſciſcãt, ne domũ ſuam omnẽ ſuſq; deque vertant. Cur autẽ cum de C viduitate diſſereret priori ſolo cõtẽtus non fuit, cũ dixit, vnius viri vxor? vt intelligas viduã nõ ſecundo marito ſolũ vtcũque nõ nubere, ſed bonis operibus eleemoſyna, benignitate, atq; officiis erga peregrinos abundare. Nã ſi virginibus nihil profuit virginitas (tametſi multo maior eſt viduitate virginitas) ſed cum in lampadibus illarũ ignis eſſet extinctus ignominia affectæ receſſerunt, quoniam benignitatis & eleemoſynæ fructum exhibere minimè valuerunt, multo magis viduę. Certè cũ D illam parabolã audiſſet Paulus, & iſtarũ cauſſa timeret, exquiſitè admodum rem examinat, ne fortè propter vnicũ matrimoniũ ſibi cõfidẽtes reliquas virtutes negligerẽt. Propterea dicit, In operibus bonis teſtimoniũ habẽs. Vt enim bonum eſt virginitas, abſq; cęteris autem infructuoſa fit, & a conclaui ſponſi excludit: ſic & viduitas bonum eſt, ſed ſine virtutibus cęteris vana res eſt & ſuperflua. Propterea Paulus dum cohortatur, non euſque ſolum progreditur, vt non eſſe ſuperinducendum ſecundum maritum ſuadeat, ſed & alia plura & maiora requirit à vidua.

Matth. 25. 1.
Virginitas ſine virtutibus aliis non prodeſt.

A ἣν γὰρ οὐκ εἶδεν, τίς οὐκ ἤκουσε, παρ' ἧς οὐδὲν ἔπαθε [illegible] δεινόν, ταύτην μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται, καὶ οὐδὲ [illegible] νατος τὸ μῖσος σβέννυσι. τίς εἶδε, τίς ἤκουσε [illegible] πουμένην κόνιν, καὶ πολεμουμένην τέφραν; ἀλλ' [illegible] μέχρι τούτου τὸ δεινόν· ἀλλά, κἂν γένωνται [illegible] ἐκ τῆς δευτέρας, κἂν μὴ γένωνται, πόλεμος πάλιν καὶ μάχη. μὴ γενομένων μὲν γὰρ ὀδυνᾶται [illegible]ζόνως, καὶ διὰ τοῦτο καθάπερ πολεμίους καὶ τὰ [illegible]στα ἠδικηκότας τοὺς τῆς προτέρας ὁρᾷ, [illegible] ἐκείνων ζωῆς τῆς οἰκίας ἀπαιδίας σαφέστερον [illegible]βανουσα αἴσθησιν. ἂν δὲ γένωνται, πάλιν οὐκ [illegible] τὸ δεινόν. ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ πολλάκις φιλοστοργῶν [illegible] B τὴν ἀπελθοῦσαν διακείμενος αἰτεῖται [illegible] φιλεῖ τε ὁμοῦ καὶ ἐλεεῖ τῆς ὀρφανίας [illegible]νη δὲ πανταχοῦ τοὺς αὐτῆς προτιμᾶσθαι βούλεται, καὶ οὐδὲ ἐν ἀδελφῶν τάξει, ἀλλ' [illegible] ἀνδραπόδων εἶναι [illegible] τούτους, ἃ [illegible] οἰκίαν ἀνατρέψαι δυνατὰ, καὶ τὸν [illegible] ποιῆσαι τὸν βίον ἀβίωτον. διὰ ταῦτα [illegible]μεν, εἰ δυνατὸν, σωφρονεῖν στέργειν τὸν [illegible] γάμον, καὶ μήτε νυμφίους τὰς γυναῖκας, [illegible] γυναῖκας τοὺς ἄνδρας ἐπεισάγειν, ὥστε μὴ [illegible] ἀνατρέπεσθαι πάντα. τίνος δὲ ἕνεκεν [illegible] C ρείας διαλεγόμενος, οὐκ ἠρκέσθη τῷ [illegible] μόνῳ, τῷ εἰπεῖν, ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή; ἵνα μάθῃς [illegible] χήραν ποιεῖ οὐ τὸ μὴ γαμῆσαι δευτέρῳ [illegible]πλῶς, ἀλλὰ τὸ κομᾶν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, [illegible]μοσύνῃ καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ ταῖς τῶν ξένων [illegible]ραπείαις. εἰ γὰρ τὰς παρθένους οὐδὲν ὠφέλησεν ἡ παρθενία (καίτοι πολλῷ μείζων χηρείας [illegible]νία) ἀλλ' ἀπῆλθον, σβεσθέντος αὐταῖς [illegible] τῶν λαμπάδων, ἠτιμωμέναι, ὅτι [illegible] φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης οὐκ ἔ[illegible] καρπόν, πολλῷ μᾶλλον αἱ χῆραι. [illegible] D χούσας τῆς παραβολῆς ὁ Παῦλος, καὶ [illegible] ὑπὲρ τούτων, πολλὴν ὑπὲρ τοῦ [illegible] ποιεῖται τὴν ἀκριβολογίαν, ἵνα μή τι [illegible] θαρροῦσαι τῆς λοιπῆς ἀρετῆς [illegible] διὰ τοῦτό φησιν, Ἐν ἔργοις καλοῖς [illegible]νη. ὥσπερ γὰρ καλὸς [illegible] πων ἄκαρπος [illegible] κλείσει· οὕτω καλὸν ἡ χηρεία, χωρὶς δὲ τῆς [illegible] ἀρετῆς μάταιόν ἐστι [illegible] γει τοῦ μὴ [illegible] προσδέχεσθαι [illegible] ραίνεσθαι [illegible] ὁ Παῦλος, [illegible] πλείονα καὶ μείζονα ἀπαιτεῖ παρὰ [illegible]

οἱ καθοπλίζοντες τοὺς στρατιώτας, καταλέγοντες σώματος ζητοῦσιν εὐεξίαν· οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ στρατὸν αὐτὴν καταλέγων, ψυχῆς εὐεξίαν ζητεῖ καὶ ἀνδρείαν καὶ τὴν ἐν ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις σπουδὴν, οὕτω λέγων· Εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. τούτων γὰρ ἕκαστον δοκεῖ μὲν εἶναι ῥῆμα ψιλὸν, πολλὴν δὲ ἐν ἑαυτῷ συνέχει τὴν ζωήν. καὶ εἰ δοκεῖ, περὶ τοῦ πρώτου ἐξετάσωμεν, ὃ πρῶτον αὐτὸς τέθεικεν· Εἰ ἐτεκνοτρόφησε. τροφὴν γὰρ ἐνταῦθα λέγει οὐ ταύτην τὴν ψιλὴν, καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένην, τὸ μὴ λιμῷ φθειρομένους περιιδεῖν τοὺς παῖδας (τοῦτο γὰρ οὐδὲ αὐτὴ τῆς φύσεως ἡ ἀνάγκη ἐάσειε παραμεληθῆναί ποτε· ὅθεν οὐδὲ προστάγματος ὑπὲρ τούτου χρεία καὶ νόμου, ἵνα τὰ ἔκγονα τρέφωσιν αἱ χῆραι) ἀλλὰ τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐπιμέλειαν, τὴν ἀνατροφὴν τὴν μετ᾽ εὐσεβείας τοῦτο φησίν· ὡς αἵ γε μὴ οὕτω τρέφουσαι, παιδοκτόνοι μᾶλλον εἰσὶν ἢ μητέρες. τοῦτο δὲ πρὸς γυναῖκας οὐ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄνδρας. καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις τῶν πατέρων, ὅπως μὲν ἵππος γένοιτο καλὸς τῷ παιδὶ, καὶ ὅπως οἰκία λαμπρὰ, καὶ ἀγρὸς πολυτελὴς ἀγρὸς, πάντα ποιοῦσι καὶ πραγματεύονται· ὅπως δὲ αὐτῷ ψυχὴ γένοιτο καλὴ καὶ προαίρεσις εὐσεβὴς, οὐδένα ἔχουσι λόγον. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ τὴν οἰκουμένην ἀνατρέπει πᾶσαν, ὅτι τῶν οἰκείων ἀμελοῦμεν παίδων, καὶ τῶν μὲν κτημάτων αὐτῶν ἐπιμελούμεθα, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῶν καταφρονοῦμεν, ἐσχάτης ἀνοίας πρᾶγμα ὑπομένοντες. τὰ μὲν γὰρ κτήματα κἂν πολλὰ ᾖ καὶ πολυτελῆ, τοῦ δυναμένου μετ᾽ ἀρετῆς αὐτὰ οἰκονομεῖν οὐκ ὄντος [illegible], πάντα ἀπόλλυται καὶ οἴχεται μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ βλάβην ἐσχάτην ἐνεγκοῦσα τῷ κεκτημένῳ· ἂν δὲ ἡ ψυχὴ γενναία γένηται καὶ φιλόσοφος, κἂν μηδὲν ἔνδον ἀποκείμενον ᾖ, τὰ πάντων δυνήσεται μετ᾽ ἀδείας συνάγειν. δεῖ τοίνυν σκοπεῖν, οὐχ ὅπως αὐτοὺς πλουσίους ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ καὶ τοῖς τοιούτοις ποιήσωμεν, ἀλλ᾽ ὅπως ἐν εὐσεβείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ καὶ κτήσει τῆς ἀρετῆς πάντων γένοιντ᾽ ἂν εὐπορώτεροι· ὅπως μὴ πολλῶν δέωνται, ὅπως μὴ περὶ τὰ βιωτικὰ καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας ὦσιν ἐπτοημένοι· καὶ τὰς εἰσόδους αὐτῶν, καὶ τὰς ἐξόδους μετ᾽ ἀκριβείας περιεργάζεσθαι χρὴ, τὰς διατριβὰς, τὰς συνουσίας, εἰδότας ὅτι τούτων ἀμελουμένων,

A Et quemadmodū ij qui militum delectum habēt corporis bonā habitudinē requirūt: ita hic qui ad exercitū Christi hāc deligit, bonā animæ habitudinē requiſiuit, & fortitudinē, & in omnibus bonis operibus ſtudiū, ita dicens: Si filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſāctorū pedes lauit, ſi tribulationē patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonū ſectata eſt. Etenim vnumquodque iſtorum nudū quidem eſſe nomē videtur, ſed multā in ſeipſo vitam continet. Ac ſi videtur, primū excutiamus, quod ille primo loco poſuit. Si filios educauit. Educationē enim nō hāc ſimB plicem, quā vulgus cēſet, du fame cōfectos liberos nō negligim⁹ (hoc enim ne ipſa quidā naturæ neceſſitas vnquā omitti permittet, quo fit vt neq; mandatis hoc de cauſſa, ſit opus & legibus, vt ſuam prolem educent viduæ) ſed iuſtitiæ curam, educationē cum pietate hoc loco intelligit: quod alioquin eæ, quæ hoc pacto non educant, parricidę potius ſint, quā matres. Hoc non ad mulieres tantū à me dictum eſt, ſed etiam ad viros, ſiquidem multi patres, vt bonus equus filio obueniat, & vt ædes magnificę, vt prædiū magni pretij, C cuncta faciūt atque moliuntur: vt autem anima eius bona fiat, & pium propoſitum nullius penſi habēt: & hoc eſt quod totum mundum ſubuertit, quod noſtros liberos nō curemus, & poſſeſſionū opumq; ipſorum curā geramus, ſed ipſorum animā negligamus, & extremę dementię facinus admittamus. Nā poſſeſſiones quidē ſint licet multæ ac ſumptuoſę, ſi probus nō ſit ac ſtudioſus, qui cum virtute poſſit eas adminiſtrare, omnes cum ipſo peribūt & euaneſcēt, ac ſummū poſſeſſori damnum inferent: ſin autē generoſa fuerit & ſaD piens anima, licet nihil intus ſit in prōptuarijs recōditum, omniū bona tuto poterit retinere. Illud igitur ſpectādū eſt, nō quo pacto argento & auro & rebus huiuſmodi locupletes eos reddam⁹, ſed quo pacto pietate ac temperantia, virtutiſq; acquiſitione ditiſſimi omniū fiant: quo pacto fiat, vt multis nō indigeāt, vt res ſeculi huius, & nouas cupiditates non tanti faciant. Et ingreſſus eorū & egreſſus diligenter & curioſe cōſiderandus eſt, quibuscū verſentur, qui familiares illis ſint, cum intelligamus, ſi hæc à nobis neglecta fuerint,

Vidua in ēducādis liberis laus.

nullam nos à Deo veniam impetraturos. Nam ſi cum aliorũ curam non geſſerimus, pœnæ à nobis exiguntur (Nemo enim quod ſuũ eſt, quærat, inquit Apoſtolus, ſed quod alterius) quanto magis ſi liberorum curam non geſſerimus. Nonne ipſum tuis ædibus ab initio collocaui, inquit? nõne te præceptorem, præfectum & curatorem & iudicem illi te præfeci? omnem in illum poteſtatẽ in manus tuas transtuli? tenerum adhuc conformandũ ac fingendum commiſi: quia venia dignus eris ſi reluctantem illum neglexeris. Quid enim dicere poteris? refrenatu difficilẽ & aſperum illum eſſe: at hæc ab initio prævideri oportuit; & quando fræno cohiberi poterat, cũ iuuenis admodũ eſſet, eum diligenter frænari, & officio ſuo ſugi, aſſueſieri, informari, morbis eius animæ remediũ adhiberi. Quãdo facilior erat agricolatio, tum reſecari ſpinas oportuit, quãdo cũ tenera eſſet ætas, facilius euellebantur, neq. paſſiones neglectę, & auctę expignatu difficiles euaſiſſent. Idcirco dicit: Curua a pueritia ceruicem eius, quãdo facilius poteſt erudiri. Neq; vero præcipit tantum, ſed & ipſe tecũ opus aggreditur. Quo tãdem pacto? Qui maledicit patri vel matri, inquit, morte pereat. Vides quantũ illis timorẽ incuſſerit? quantam formidinẽ obiecerit? quam potenti imperio pollere te voluerit? quam nos igitur excuſationem obtendere poterimus, cum ipſe quidẽ ſi nos afficiamur iniuria, ne vitę quidem parcat ipſorũ: nos autem ſi ab illis Deo inferatur iniuria, ne ſuccenſere quidẽ illis velimus. Ego nec occidere illũ recuſe, qui te affecit iniuria: tu vero ne verbis quidẽ illos dignaris offendere, inquit, à quib⁹ leges meę violãtur. Quis hæc venia digna cenſeat? Vides affici cõtumelia creatorem, nec indignaris, oro te, neque terres, nec reprehendis, præſertim cũ intelligas hoc ipſũ à Deo fuiſſe prohibitum, non quod ille quippiã detrimenti patiatur, qui cõtumeliã accipit: (neque enim noxæ interitui eſt obnoxiũ) ſed propter ſalutẽ ipſius? Qui enim inique ſe gerit in Deum & ſtolidè, multo magis in patrẽ ſuũ & in ſuã ipſius animã contumelioſus & inſolens eſſe poterit. Ne igitur contemnamus, cum ſciamus fore, vt ſi erga Deũ rectè ſe geſſerint, etiã in his quæ ad hanc vitã pertinent celebres, [illegible]

1 Cor. 10. 24.

Eccli 7. 24

Exo. 21. 17

A [illegible] τεύξεσθαι [illegible] εἰ γὰρ τῆς τῶν ἄλλων προνοίας ἀμελοῦντες [illegible] δώσομεν, (Ἕκαστος γὰρ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, φησίν, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον) πόσῳ μᾶλλον τῆς τῶν παίδων; οὐ κατέστησά σοι, φησίν, αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς; [illegible] ἐπέστησά σε αὐτοῦ διδάσκαλον καὶ προστάτην καὶ κηδεμόνα καὶ ἄρχοντα; τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πᾶσαν φέρων εἰς τὰς σὰς ἐνέθηκα χεῖρας; ἁπαλὸν ὄντα διαπλάττειν ἐκέλευσα καὶ ῥυθμίζειν· τίνα ἂν ἔχοις συγγνώμην, εἰ περιίδοις αὐτὸν [illegible]; τί γὰρ ἂν εἴποις; ὅτι δυσήνιός ἐστι καὶ τραχύς; ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς ἔδει ταῦτα προορᾶν, ἡνίκα

B εὐήνιος ἦν, καὶ κομιδῆ νέος, χαλινοῦν μετ᾽ ἀκριβείας, ἐθίζειν πρὸς τὰ δέοντα, ῥυθμίζειν, [illegible] αὐτοῦ τὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς. ὅτε εὔκολος [illegible] ἐργασία, τότε τὰς ἀκάνθας ἐκτέμνειν ἔδει, ὅτε ἁπαλωτέρας οὔσης τῆς ἡλικίας εὐκολώτερον [illegible] ἀνεσπῶντο· καὶ οὐκ ἂν ἀμελούμενα τὰ πάθη [illegible] αὐξανόμενα, δυσκατέργαστα γέγονε. διὰ τοῦτό φησι, Κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτοῦ, [illegible] εὐκολωτέρα γένοιτ᾽ ἂν ἡ παιδαγωγία. [illegible] ἐπιτάττει δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς συνεφάπτεται [illegible] τοῦ ἔργου. καὶ πῶς, καὶ τίνι τρόπῳ; Ὁ κακολογῶν

C πατέρα ἢ μητέρα, φησί, θανάτῳ [illegible] ὁρᾷς πόσον αὐτοῖς ἐπέστησε φόβον, πόσην [illegible] ἀγωνίαν, πῶς δυνατήν σοι τὴν ἀρχὴν ἐποίησε; τίνα οὖν ἀπολογίαν ἕξομεν [illegible], ὅταν αὐτὸς μὲν ἐπειδὰν ὑμεῖς [illegible] δὲ τῆς ζωῆς αὐτῶν φείδηται· ἡμεῖς [illegible] τοῦ θεοῦ περὶ αὐτῶν μηδὲ ἀγανακτεῖν [illegible] ὑπομένωμεν; ἐγώ, φησίν, οὐδὲ ἀποκτεῖναι παραιτοῦμαι τὸν ὑβρίζοντά σε· σὺ δὲ οὐδὲ ῥήματι [illegible] ἀνέχῃ, φησί, τοὺς ἐμοὺς καταπατοῦντας νόμους; καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἄξια; [illegible] τὸν ὑβρίζοντα εἰς τὸν πεποιηκότα, καὶ οὐκ [illegible] ραίνεις, εἰπέ μοι, οὐδὲ φοβεῖς καὶ ἐπιτιμᾷς; καὶ ταῦτα εἰδώς, ὅτι καὶ τοῦτο αὐτὸς ὁ θεὸς ἐκώλυσεν, οὐχ [illegible] βλαβῇ τις εἰς ὑβριζόμενον [illegible] (ἀνεπηρέαστον γὰρ τὸ θεῖον) ἀλλ᾽ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας. ὁ γὰρ περὶ τὸν θεὸν ἀγνώμων γινόμενος καὶ ἀναίσχυντος, πολλῷ μᾶλλον εἰς τὸν γεγεννηκότα, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν [illegible] δυνήσεται. μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν, εἰδότες ὅτι τὴν κατὰ θεὸν αὐτοῖς εὐδοκιμήσασι, καὶ τὸν παρόντα βίον [illegible]

ἁμαρτίας δὲ, ἢ παντὸς δαίμονός ἐστι χαλεπωτέρα, συνεχῶς ἐνοχλούσης, οὐδὲν πλέον ποιεῖς; καὶ τὸ μὲν παρὰ δαίμονος ἐνοχλεῖσθαι, χαλεπὸν οὐδέν. οὐ γὰρ εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν τὸ δαιμόνιον δύναται πάντως, ἀλλ' ἐὰν νήφωμεν, καὶ στεφάνους ἡμῖν ὁ πειρασμὸς οὗτος οἴσει λαμπροὺς καὶ περιφανεῖς, ὅταν εὐχαρίστως φέρωμεν τὰς τοιαύτας ἐπηρείας. τὸν δὲ ἁμαρτίᾳ συζῶντα ἀμήχανον σωθῆναί ποτε, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως καὶ ἐνταῦθα ἐπονείδιστον εἶναι, καὶ ἀπελθόντα ἐκεῖ ἀθάνατα πάλιν κολάζεσθαι. ἀλλ' ὅμως ταῦτα εἰδότες, ὑπὲρ μὲν τῶν ἐλαττόνων πολλὴν ποιούμεθα σπουδὴν, ὑπὲρ δὲ τῶν μειζόνων οὐδὲ διεγερθῆναι βουλόμεθα· καὶ δαιμονῶντα μὲν ὁρῶντες θρηνοῦμεν, ἁμαρτάνοντα δὲ ὁρῶντες οὐδὲ αἰσθανόμεθα· δέον τότε κατακόπτεσθαι καὶ ὀδύρεσθαι, μᾶλλον δὲ οὐκ ὀδύρεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ κατέχειν καὶ χαλινοῦν, συμβουλεύειν, παραινεῖν, φοβεῖν, ἐπιτιμᾶν, παντὶ τρόπῳ θεραπείας τὴν ἀρρωστίαν ἀπελαύνειν ἐκείνην, καὶ τὴν χήραν μιμεῖσθαι ταύτην, περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν. Εἰ ἐτεκνοτρόφησεν. οὐ γὰρ πρὸς ἐκείνην μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοῦτον ἀποτείνει τὸν λόγον, καὶ πᾶσι παραινεῖ λέγων, Ἐκτρέφετε τὰ παιδία ἐν νουθεσίᾳ κυρίου. πρῶτον γὰρ τοῦτο καὶ μέγιστόν ἐστι τῶν ἀγαθῶν· ὅπερ οὖν καὶ παρὰ τῆς χήρας πρῶτον ἐπήτησεν. Εἶτα μετὰ τοῦτό φησιν, εἰ ἐξενοδόχησε. τί λέγεις, εἰπέ μοι, χήραν γυναῖκα ξενοδοχίαν ἀπαιτεῖς; οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ θρέψαι παιδία; οὐχί, φησιν· ἀλλὰ δεῖ καὶ τοῦτο προσεῖναι, καὶ μετὰ τὴν τῶν οἰκείων προστασίαν καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἔχειν πρόνοιαν χρὴ, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνοῖξαι τοῖς ξένοις. ἀπῆλθεν ὁ ἀνήρ· πᾶσαν τὴν περὶ ἐκεῖνον σπουδὴν περὶ τοὺς ξένους ἀνάλωσον. τί οὖν, φησιν, εἰ πένης εἴη; οὐκ ἔστιν ἐκείνης τῆς χήρας πενεστέρα τῆς ἐν ἀλεύρῳ μικρῷ καὶ ἐλαίου κυάθῳ τὸν μέγαν προφήτην ὑποδεξαμένης τὸν Ἡλίαν. καὶ γὰρ ἐκεῖ παιδία ἦσαν· ἀλλ' οὔτε ἡ σπάνις τῶν ὄντων, οὔτε ἡ τοῦ λιμοῦ τυραννὶς, οὔτε ὁ προσδοκώμενος θάνατος, οὐκ ἡ τῶν παιδίων φροντὶς, οὐχ ἡ χηρεία, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἐγένετο κώλυμα τῇ φιλοξένῳ γυναικί. οὕτω πανταχοῦ οὐ μέτρα οὐσίας, ἀλλὰ μέτρα διανοίας ζητεῖται. ὁ μεγαλόψυχος καὶ τῇ διανοίᾳ πλούσιος, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων πενέστερος ἐν χρήμασιν ᾖ, πάντας ὑπερβῆναι δυνήσεται καὶ φιλοξενίᾳ καὶ ἐλεημοσύνῃ,

A cum autem à peccato ſemper vexetur, quod dæmone quouis aſperius eſt, nihil tamen te commoues? At à dæmone quidem vexari, nihil graue eſt: neque enim vllo modo poteſt dæmonium in gehennam præcipitem agere, ſed ſi attenti ſimus ac vigiles, vbi cum gratiarũ actione contumelias eiuſmodi tulerimus, etiam coronas nobis inſignes & illuſtres illa tentatio cõparabit. Eum vero qui peccatis viuat addictus, impoſſibile eſt vnquam ſaluũ fieri, ſed plane neceſſe eſt & hic ignominioſum eſſe, & defunctũ rurſus illic immortali ſupplicio puniri. Veruntamen licet hęc ſciamus, multũ qui- *Peccator dæmoniaco miſerior.*
B dem ſtudij in ea quę ſunt minora cõferimus: at cũ de maioribus agitur, nolumus excitari: dúmque correptum à dęmone cernimus, lugemus: dum autem peccantem cernimus, ne percipimus quidem, cum plangere oporteret ac deflere: vel potius non deflere ſolum, ſed & cohibere ac refrænare, conſulere, cohortari, timorem incutere, reprehendere, omni medelæ genere morbum illum abigere, ac viduam iſtam imitari, de qua Paulus ait, ſi filios educauit. Neque enim ad illam tantum,
C ſed ad omnes quoque ſermonem hunc dirigit, omnéſque cohortatur dicens, Educate filios in correptione Domini. *Epheſ. 6. 4* Nam primum hoc quidem eſt, & maximum bonum, quod vtique primum à vidua exegit. Deinde poſt iſtud ait: Si hoſpitio recepit. Quid quæſo dicis? à muliere vidua requiris, vt hoſpitio recipiat? num hoc ſufficit, vt liberos nutriat? Nequaquam, inquit, ſed hoc quoque adiiciatur neceſſe eſt, & dum domeſticis præeſt, etiam alienorum curam gerat, ac peregrinis domum aperiat. Vita functus eſt maritus, om-
D nem operam quam olim in illum, in peregrinos impende. Quid ergo, ſi paupercula ſit, dicet aliquis? Non eſt vlla paupetior illa vidua, quæ modico illo farinæ, atque olei lecytho magnum prophetã Heliam excepit. Nam illi erãt liberi, ſed neque rei familiaris egeſtas, nec violentia famis, neque mors imminens, neq; liberorum cura, nec viduitas, nec aliud quicquã hoſpitali mulieri obſtaculo fuit. Sic vbique non facultatum menſura, ſed animi affectúſq; menſura quęritur. Qui magnanimus eſt & mente diues, licet pecunia ſit omnium pauperrimus, & hoſpitalitate, & eleemoſyna,

& omni reliquo genere liberalitatis omnes poterit ſuperare: qui vero parcus eſt ac mente pauper, atque humi ſerpit, ſit licet omnium locupletiſſimus, omniũ pauperrimus eſt & egentiſſimus, idcirco talia cuncta detrectat & refugit. Et quẽadmodum in paupere nullum poteſt paupertas ad eleemoſynã impedimentum afferre, propter mẽtis opulentiam: ſic nec diuitem poſſunt opes iuuare ad liberalitatẽ exercendam præ nimia mẽtis egeſtate. Nec longe erunt exempla petenda, ſiquidem vidua modico fari-
3.Reg.21.1. næ prophetam excepit: Achaab autem qui tot diuitias poſſidebat etiam aliena concupiuit. Ita nõ pecuniarum diuitiæ, ſed mentis diuitiæ facilitatem nobis ad eleemoſynam prębent: quandoquidem
Luc.21.2. illa etiam vidua duobus obolis innumeros diuites ſuperauit, nec paupertas impedimentum obiecit. Immo hæc ipſa paupertas eleemoſynam maiorem effecit: quod vtique Paulus his verbis ex-
2.Cor.8.2. preſſit: Altiſſima paupertas abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. Non enim hoc conſiderandum eſt duos illam obolos erogaſſe, ſed quod cum hos ſolos haberet, illis minimè pepercerit, ſed totam ſubſtãtiam ſuam contulerit, laudare illã oportet ac ſuſpicere. Non igitur opibus, ſed animi alacritate nobis eſt opus, quando excipiendi ſunt hoſpites. Nã quemadmodum ſi hæc adſit, nihil nocere poteſt paupertas: ſi hæc abſit, nihil proderit opulentia. Quid ais? curam liberorum gerit vidua, & idcirco peregrinos fouere non poteſt? immo vero hanc eandem ob cauſſam facilius id præſtare poterit, cum in conſortium officiorum exhibendorum filios poſſit aſciſcere, qui ſimul iuuent, & cum illa præclarum illud opus exequantur. Itaque non impedimentum, ſed auxilium hoſpitalitatis erit multitudo liberorum & multorum manus operi admotæ magnam afferent miniſterio facilitatem. Noli enim mihi ſuptuoſam menſam commemorare: ſi peregrinum tecto exceperit, ſi quæ ſuppetebant appoſuerit, ſi multam humanitatem & co-
Matth.10.42. mitatem exhibuerit, mercedem omnem hoſpitalitatis promeruit. Nam ſi ſolus aquæ frigidæ calix regnum cœlorum conciliat, ſuo tecto excipere, menſæ participem aſciſcere, ac reficere, quãtum quæſo fructum pariet? Ac vide, quàm accuratè rem Paulus exponat.

A καὶ τῇ λοιπῇ πάσῃ φιλοφροσύνῃ· ὁ μικρολόγος καὶ πτωχὸς τὴν διάνοιαν καὶ χαμαὶ ἕρπων, κἂν ἁπάντων εὐπορώτερος ᾖ, πάντων ἐστὶ πτωχότερος καὶ ἀπορώτερος. διὰ τοῦτο πρὸς τὰ τοιαῦτα ἅπαντα ὀκνεῖ καὶ ἀναδύεται. καὶ ὥσπερ οὐδὲν ἐπὶ τοῦ πένητος ἡ πενία γένοιτ' ἂν κώλυμα πρὸς ἐλεημοσύνην διὰ τὸν τῆς διανοίας πλοῦτον· οὕτως οὐδὲν ἐπὶ τοῦ πλουτοῦντος ἡ εὐπορία συμπαρέξαι δυνήσεται πρὸς τὴν φιλοφροσύνην διὰ τὴν τῆς διανοίας πενίαν. καὶ τὰ παραδείγματα ἐγγύθεν. ἡ μὲν γὰρ χήρα καὶ ἐν ἀλεύρῳ μικρῷ τὸν προφήτην ἐδέξατο· ὁ δὲ Ἀχαὰβ τοσοῦτον κε-
B κτημένος πλοῦτον, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμησεν. οὕτως οὐκ ἔστι χρημάτων πλοῦτος, ἀλλὰ πλοῦτος διανοίας ὁ παρέχων ἡμῖν εὐκολίαν περὶ τὴν ἐλεημοσύνην· ἐπεὶ καὶ ἡ χήρα ἐκείνη διὰ δύο μόνον ὀβολῶν μυρίους πλουσίους ὑπερηκόντισε, καὶ οὐκ ἐγένετο κώλυμα ἡ πενία. αὕτη μὲν οὖν ἡ πενία μείζονα τὴν ἐλεημοσύνην εἰργάσατο. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλός φησιν, Ἡ κατὰ βάθους πτωχεία ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. οὐ γὰρ τοῦτο χρὴ σκοπεῖν, ὅτι δύο κατέβαλεν ὀβολούς, ἀλλ' ὅτι μόνους ἔχουσα τούτους,
C οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὁλόκληρον τὴν οὐσίαν εἰσήνεγκε, θαυμάζειν αὐτὴν χρὴ καὶ στεφανοῦν. οὐ τοίνυν περιουσίας, ἀλλὰ προθυμίας ἡμῖν δεῖ, ὅταν ὑποδεχώμεθα ξένους. ὥσπερ γὰρ ταύτης παρούσης οὐδὲν βλάβος γένοιτ' ἂν ἀπὸ πενίας, οὕτως ἀπούσης οὐδὲν ὄφελος γένοιτ' ἂν ἐξ εὐπορίας. τί λέγεις; παιδίων ἐπιμελεῖται ἡ χήρα, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἂν δύναιτο θεραπεύειν ξένους; δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο εὐκολώτερον τοῦτο ἐργάσεται, κοινωνοὺς ἔχουσα τῆς θεραπείας τοὺς υἱούς, συναντιλαμβανομένους καὶ συνεφαπτομένους αὐτῇ τῆς καλῆς ταύτης πραγματείας.
D ὥστε οὐ κώλυμα, ἀλλὰ βοήθεια τῆς φιλοξενίας ἔσται τῶν παίδων τὸ πλῆθος, καὶ ἡ πολυχειρία πολλὴν τῇ διακονίᾳ παρέξει τὴν εὐκολίαν. μὴ γάρ μοι πολυτελῆ τράπεζαν εἴπῃς. ἂν εἰς τὴν οἰκίαν δέξηται τὸν ξένον, ἂν τὰ ὄντα παραθῇ, ἂν πολλὴν ἐπιδείξηται τὴν φιλοφροσύνην, ἀπήρτισται τῆς ξενοδοχίας ὁ καρπὸς ἅπας. Εἰ γὰρ ποτήριον ψυχροῦ μόνον βασιλείαν οὐρανῶν προξενεῖ, τὸ καὶ ὁμορρόφιον ποιῆσαι, καὶ τραπέζης κοινωνόν, καὶ ἀναπαῦσαι, πόσον οἴσει τὸν καρπόν, εἰπέ μοι; σκόπει δή μοι Παύλου τὴν ἀκρίβειαν.

A οὐ γὰρ ἁπλῶς ξενοδοχίαν ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τὴν μετὰ προθυμίας, καὶ ζεούσης ψυχῆς καὶ διανοίας θερμῆς. εἰπὼν γὰρ, εἰ ἐξενοδόχησεν, ἐπήγαγεν· εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν. οὐ θεραπαίναις ἐπιτρέπειν χρὴ αὐτὴν μετὰ τύφου καθημένην τοῦ ξένου τὴν θεραπείαν, ἀλλ' αὐτουργὸν γενέσθαι, καὶ τὸν καρπὸν ἁρπάζειν, καὶ μηδενὶ παραχωρεῖν τοῦ καλοῦ τούτου θησαυροῦ. καὶ πῶς τοῦτο γένοιτ' ἂν, φησιν; εἰ γὰρ εὐγενὴς εἴη καὶ περιφανὴς καὶ λαμπρὰ καὶ ἐπίσημος ἐκ προγόνων, αὐτὴ τοῦ ξένου νίψει τοὺς πόδας; καὶ πῶς οὐκ αἰσχρόν; αἰσχρὸν μὲν οὖν τὸ μὴ νίψαι, ἄνθρωπε. καὶ γὰρ μυριάκις αὐτῆς τὴν εὐγένειαν ἐπάρῃς καὶ τὴν περιφάνειαν, καὶ τὴν λαμπρότητα, τῆς αὐτῆς μετέχει τῷ νιπτομένῳ φύσεως, καὶ σύνδουλός ἐστι τοῦ θεραπευομένου καὶ ὁμότιμος. ἐννόησον τίς τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας ἔνιψε, καὶ παῦσαι μοι περὶ εὐγενείας διαλεγόμενος. ὁ κοινὸς τῆς οἰκουμένης δεσπότης, ὁ τῶν ἀγγέλων βασιλεὺς καὶ ἔνιψε καὶ λέντιον περιεζώσατο, καὶ οὐχὶ τῶν μαθητῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ προδότου. Εἶδες πόσον τὸ μέσον τοῦ νίπτοντος καὶ τῶν νιπτομένων, ἀλλ' ὅμως τὸ μέσον ἅπαν τοῦτο κατέβη, καὶ ὁ δεσπότης τὸν δοῦλον ἔνιψεν, ἵνα ἡ δούλη τὸν σύνδουλον μὴ ἐπαισχύνηται. διὰ τοῦτο καὶ τοῦ προδότου, ἵνα μὴ μέλλῃς λέγειν, ὅτι εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ὁ μέλλων ἀπολαύειν τῆς θεραπείας. Εἰ γὰρ καὶ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος, ἀλλ' οὔπω κατὰ τὸν Ἰούδαν ἐστὶν, οὐδὲ τοιαῦτά σε διέθηκεν, οἷα τὸν δεσπότην ἐκεῖνος, μετὰ τὰς μυρίας εὐεργεσίας ἐπὶ προδοσίαν ἐλθών. ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα προειδὼς ἔνιψεν, ἡμῖν νόμους τιθεὶς, ἵνα κἂν ἁπάντων ὦμεν ὑψηλότεροι, κἂν ἁπάντων λαμπρότεροι καὶ περιφανέστεροι, κἂν ἁπάντων χείρους οἱ μέλλοντες πρὸς ἡμᾶς κατάγεσθαι, μὴ διὰ τοῦτο αὐτῶν φεύγωμεν τὴν θεραπείαν, μηδὲ τὴν εὐτέλειαν ἐπαισχυνώμεθα. σὺ δὲ, ὦ γύναι, ἐὰν μέν τινα εἴδῃς ἐν τοῖς βιωτικοῖς σοι βοηθοῦντα πράγμασιν, ἢ ἐν δικαστηρίῳ συμπράττοντα, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ, καὶ ἀπαντᾷς, καὶ μετὰ πολλῆς δέχῃ τῆς εὐνοίας, καὶ χεῖρας καταφιλεῖς, καὶ ἀργύριον καταβάλλεις, καὶ τὰ τῶν θεραπαινίδων ποιεῖς· ἂν δὲ τὸν Χριστὸν εἰσελθόντα ἴδοις, ὀκνεῖς καὶ καταδύῃ πρὸς τὴν αὐτοῦ θεραπείαν; εἰ μὴ ὡς τὸν Χριστὸν δέχῃ τὸν ξένον, μὴ δέξῃ· Εἰ δὲ ὡς τὸν Χριστὸν δέχῃ, μὴ ἐπαισχυνθῇς τοῦ Χριστοῦ νίψαι τοὺς πόδας.

A Non enim ſimpliciter hoc loco hoſpitalitatem exigit, ſed eam quæ cum animi promptitudine, feruida mente, atque ardenti affectu exhibetur. Cum enim dixiſſet, ſi hoſpitio excepit, adiecit; ſi ſanctorum pedes lauit. Non illam cum faſtu ſedētem oportet obſequium erga peregrinum ancillis demandare, ſed ipſam operi manum admouere fructúmque ſibi arripere, nec vlli præclarum illum theſaurum cedere. Sed qui fieri poterit iſtud, dicet aliquis? Si enim ſit nobilis & illuſtris, ac celebris, & claris orta maioribus, an ipſa peregrini pedes lauabit? Nonne hoc turpe fuerit? B Turpe ſane fuerit ſi non lauet, mi homo. Quantumuis enim nobilitatem ipſius in cœlum efferas, & claritatem generis atque ſplendorem, eiuſdem particeps eſt naturæ, cum eo qui abluitur, & conſerua illius eſt & honore par illi cui defertur obſequium. Cogita quis erat ille qui diſcipulorū pedes lauit, ac de nobilitate verba facere deſine: communis orbis terrarum dominus, Rex angelorū & lauit, & linteo ſe præcinxit, nec diſcipulorum tantum, ſed & proditoris ipſius. Vides quantum inter eum C qui lauabat, & eos qui lauabantur eſſet interuallum? attamen toto hoc interuallo ſe demiſit, & dominus ſeruum lauit, vt ſerua conſeruum non erubeſcat. Idcirco etiā proditoris, ne forte dicere poſſes vilem & abiectū eſſe illū, cui cultus eſſet ille atq; obſequiū deferendum. Licet enim & vilis ſit & abiectus, nondum tamen Iudę ſimilis eſt, nec in te talia perpetrauit, qualia in dominum ille qui acceptis innumeris beneficiis ad proditionē venit. Attamē his omnibus prȩuiſis lauit, ac nobis legē conſtituit, vt licet ſublimiores omnibus ſimus, licet omnibus clariores & illuſtriores ſimus, D licet omnibus inferiores, qui apud nos diuerſaturi ſūt, ne idcirco illis inſeruire recuſemus, neq; vilitatis nos pudeat. At tu mulier ſi quempiam videris in ſecularibus tibi negotiis opem ferre, vel in iudicio ſuccurrere, vel in alia quapiā re ſimili, & occurris, & multa cum beneuolētia ſuſcipis, manus deoſcularis, pecunias erogas, & ancillarū munera obis. Chriſtū autem introeuntē ſi videas, pigritaris, & cultū ac miniſteriū illi exhibere detrectas. Si non vt Chriſtū ſuſcipis peregrinū, ne ſuſcipias: ſin autem vt Chriſtū ſuſcipis, lauare Chriſti pedes nō erubeſcas:

Exemplū Chriſti pedes lauantis.

Ioa.13.5.

Nõne vides, quam multi eorum, qui iniuriis afficiuntur ad ſtatuarũ pedes confugiãt? tametſi materia eſt ſenſu deſtituta, & æs animę expers: ſed quoniam Imperatorum ſunt illæ imagines, aliquam ſe à pedibus illis opem impetraturos cõfidunt. At tu quæ non ſenſu carẽtes pedes, neque materiam expertem animæ, ſed imaginem intus apud ſe Regem geſtantem domum tuam ingredi videas, nõ accurris quæſo, nec pedes amplecteris, atque omni ratione colis? quis hoc facinus venia dignum iudicet? quis non potius omni plectẽdum ignominiæ nota cenſeat? Cogita cui cõmunices, dum inflaris & arroganter efferris, atque inſeruire peregrino erubeſcis. Haud dubium, quin Diabolo. Illius enim morbus eſt ſuperbia. Sin autem accurras; cogita quẽ imiteris. Dominum tuum, & opus Chriſti perficis. Quis ergo pudor, quæ ignominia quæſo fieri Chriſti conſortem? immo vero pudor eſt, ſi iſtorum nos pudeat, & ignominiã id quod Chriſtus fecerit, arbitremur. Multa poſſunt domũ introeuntes ſanctorũ pedes; pauimentum ipſum ſanctificant, innumerorum theſaurũ bonorum inuehũt: mutilatam naturam inſtaurant, famem pellunt, multas opes inducunt. Ita quoque pedes Heliæ viduæ domum ingreſſi nouum quendã & admirabilem vbertatis annonæ modum intulerũt. Viduæ domum in agrum cõuertit, & hydriã in aream: nouum quoddã ſementis ac meſſis genus tũc apparuit. In os iuſti ſemen iactabat, & quæ ſata fuerant multa cum vbertate ex hydria metebat: ſeminabat farinam, & farinam metebat; non indiguit bobus, & iugo, & aratro, & ſulco, nec pluuia & aëre ac falce, nec area & manipulis, neq; ventis, qui paleas à granis diſcernerent, neque mola, quæ tereret: ſed vno temporis momẽto in hydria finem omnium iſtorum inuenit: ac duos fontes, vnum farinæ alterum olei vox prophetæ perennes effudit. Talia ſunt dona ſanctorum, & vbertatem & facilitatem ingentem in ſe continent. Nam ea quidem, quę decerpuntur è terra, cõſumuntur: at illi fontes hauſti quotidie, non exhauriebãtur, ſed cũ illis, qui euacuabant, pari ſucceſſu ſcaturigo pugnabat. Talia ſunt, quæ ſanctorũ pedes largiũtur, vel potius his multo plura: ac niſi fieret prolixior oratio, multa eiuſmodi dona numerando percenſerem.

Exemplũ viduæ. 3. Reg. 17. 1.

A οὐχ ὁρᾷς πόσοι τῶν ἐπηρεαζομένων εἰς ἀνδριάντων κατέφυγον πόδας, καίτοιγε ἀναίσθητος ἡ ὕλη, καὶ ἄψυχος ὁ χαλκός· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ βασιλέων εἰσὶν εἰκόνες, προσεδόκησάν τινα καρπώσασθαι παρὰ τῶν ποδῶν ἐκείνων ὠφέλειαν. σὺ δὲ οὐκ ἀναισθήτους πόδας, οὐδὲ ἄψυχον ὕλην, ἀλλ' εἰκόνα ἔνδον ἔχουσαν τὸν βασιλέα θεωροῦσα πρὸς σὲ εἰσιοῦσαν, οὐ προστρέχεις, εἰπέ μοι, καὶ τοὺς πόδας κατέχεις, καὶ πάντῃ θεραπεύῃ τρόπῳ; καὶ πῶς ταῦτα συγγνώμης ἄξια; πόσης δὲ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο αἰσχύνης; ἐννόησον τίνι κοινωνεῖς φυσωμένη, καὶ πρὸς ἀλαζονείαν ἐπαιρομένη, καὶ τοῦ ξένου τὴν θεραπείαν B αἰσχυνομένη. τῷ διαβόλῳ δηλονότι. ἐκείνου γὰρ ἡ ὑπερηφανία νόσημα. ἂν δὲ προσδράμῃς, ἐννόησον τίνα μιμῇ. τὸν δεσπότην τὸν σόν, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ποιεῖς ἔργον. ποία τοίνυν αἰσχύνη, ἢ ποῖον ὄνειδος τῷ δεσπότῃ κοινωνεῖν, εἰπέ μοι; αἰσχύνη μὲν οὖν τὸ ταῦτα ἐπαισχύνεσθαι, καὶ νομίζειν ὄνειδος εἶναι, ὅπερ ἐποίησεν ὁ Χριστός. μεγάλα δύνανται πόδες ἁγίων εἰς οἰκίας εἰσιόντες. αὐτὸ τὸ ἔδαφος ἁγιάζουσι, θησαυρὸν μυρίων εἰσάγουσιν ἀγαθῶν, φύσιν πεπηρωμένην διορθοῦνται, λιμὸν λύουσι, πολλὴν εἰσάγουσι τὴν εὐπορίαν. οὕτω καὶ C οἱ πόδες τοῦ Ἠλίου εἰς τὴν οἰκίαν τῆς χήρας εἰσελθόντες καινόν τινα καὶ παράδοξον εὐετηρίας ἐπεδείξαντο τρόπον. ἄρουραν τὴν οἰκίαν τῆς χήρας ἐποίησε, καὶ τὴν ὑδρίαν ἅλωνα. καινός τις τρόπος σπόρου καὶ ἀμητοῦ ἐγένετο τότε. ἔσπειρεν εἰς τὸ τοῦ δικαίου στόμα, καὶ καταβληθέντα μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας ἐκ τῆς ὑδρίας ἐθέριζεν· ἔσπειρεν ἄλευρον, καὶ ἐθέριζεν ἄλευρον· οὐκ ἐδεήθη βοῶν καὶ ζεύγους καὶ ἀρότρου καὶ αὔλακος, οὐδὲ ὑετοῦ καὶ ἀέρος καὶ δρεπάνης, οὐδὲ ἅλωνος καὶ δραγμάτων, οὐδὲ ἀνέμων διακρινόντων ἀπὸ τοῦ καρποῦ τὰ ἄχυρα, οὐδὲ μύλης τριβούσης· D ἀλλ' ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τὸ τῶν ἁπάντων τὸ τέλος εὗρεν ἐπὶ τῆς ὑδρίας. καὶ δύο πηγάς, τὴν μὲν ἀλεύρου, τὴν δὲ ἐλαίου διηνεκῶς ἀνῆκεν ἡ τοῦ προφήτου φωνή. τοιαῦτα τῶν ἁγίων τὰ δῶρα, καὶ δαψιλείαν καὶ εὐκολίαν ἔχει πολλήν. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς δρεπόμενα δαπανᾶται, ἐκεῖναι δὲ αἱ πηγαὶ ἀντλούμεναι καθημέραν οὐκ ἐκενώθησαν, ἀλλ' ἦν ἰσοστάσιος πρὸς τὴν ἐκκένωσιν τῆς ἐπιρροῆς ἡ μάχη. τοιαῦτα χαρίζονται πόδες ἁγίων, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλείονα τούτων. καὶ εἰ μὴ μακρὸν ἐποίουν τὸν λόγον, πολλὰς ἂν ἀπηριθμησάμην τοιαύτας δωρεάς.

A ἀλλ' ὥσπερ τιμώμενοι τοιαῦτα φέρουσι δῶρα, οὕτως ἀτιμαζόμενοι μεγάλην ἐπάγουσι κόλασιν καὶ πῦρ ἀπαραίτητον. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος τοῖς μαθηταῖς· Εἰς ἣν ἂν πόλιν ἢ οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐρωτήσατε τίς ἄξιός ἐστιν ἐν αὐτῇ, κἀκεῖ μείνατε, καὶ εἰσερχόμενοι λέγετε, εἰρήνη τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ. ἵνα γὰρ μὴ λέγῃς, δαπανῶ τὰ χρήματα, ἀναλίσκω τὴν οὐσίαν, τράπεζαν παρατιθεῖσα τοῖς ξένοις, αὐτὸν πρότερον τὸν εἰσιόντα παρασκευάζει σοι κομίσαι ξένια καὶ δῶρα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα περιουσίαν. ποῖα δὴ ταῦτα; τῆς εἰρήνης τὴν χορηγίαν. ταύτης γὰρ ἴσον οὐδέν. B ὁρᾷς μεθ' ὅσης εὐπορίας ὁ ἅγιος εἰσέρχεται εἰς τὴν οἰκίαν; τὸ ῥῆμα τοῦτο ψιλὸν μέν ἐστι, μυρίων δὲ ἀγαθῶν ὑπόθεσις. τί γὰρ ἀσφαλέστερον οἰκίας γένοιτ' ἂν εἰρήνης ἀπολαυούσης; εἰρήνην δὲ ἐπεύχονται οἱ ἅγιοι τοῖς ὑποδεχομένοις, οὐ τὴν πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. πολλάκις γοῦν πόλεμον ἐν τοῖς λογισμοῖς ἔχομεν, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος ταραττόμεθα, καὶ ἐπιθυμίαι πονηραὶ συνεχῶς ἡμῖν ἐπανίστανται. καὶ ταύτην οὖν καταστέλλει τὴν μάχην ἐκεῖνο τῶν ἁγίων τὸ ῥῆμα, καὶ πολλὴν ἔνδον ποιεῖ γαλήνην. C ὁμοῦ τε γὰρ ἐκεῖνος ἐφθέγξατο, καὶ πᾶσα ἐνθύμησις διαβολικὴ καὶ λογισμὸς ἄτοπος ἐδραπέτευσεν ἐκ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς· ὥστε μείζονα λαμβάνεις ἢ δίδως. Κἂν μὲν δέξωνται, φησιν, ὑμᾶς, ἐλθέτω εἰρήνη ἐπ' αὐτούς· ἐὰν δὲ μὴ δέξωνται, ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. ὁρᾷς ὅτι ἀτιμαζόμενοι πόδες ἁγίων πόσον ἐπάγουσι πῦρ; διὰ τοῦτο κελεύει νίπτειν αὐτούς, ἵνα θεραπευόμενοι πολλὴν ἡμῖν προξενήσωσι παρὰ τοῦ θεοῦ τὴν παρρησίαν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐκεῖνο D διὰ ταύτης ἡμᾶς παιδεύει τῆς παραινέσεως, τὰ τῆς φιλοξενίας ἔργα δι' ἑαυτῶν ἅπαντα ἐπιτελεῖν. μίμησαι τὸν Ἀβραάμ, γενοῦ θυγάτηρ ἐκείνου, ὃς τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ ἔχων οἰκογενεῖς, αὐτὸς μετὰ τῆς γυναικὸς διενείματο τῆς φιλοξενίας τὸν καρπόν· καὶ ὁ μὲν δάμαλιν ἔφερεν, ἡ δὲ ἔφυρασεν ἄλευρον. τούτους καὶ σὺ ζήλωσον. οὐ γὰρ τὸ δοῦναι χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ διακονῆσαι τοῖς δεομένοις πολὺν ἔχει τὸν μισθόν. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἀπόστολοι τοὺς ἑπτὰ ἐκείνους τοὺς περὶ Στέφανον ἐπέστησαν τῇ τοιαύτῃ διακονίᾳ.

Sed quemadmodum ij qui honorem illis deferunt, talia dona conſequuntur: ita qui deſpiciunt, magnum ſibi ſupplicium & ineuitabilem ignem accerſunt. vnde id conſtat? audi Chriſtum ipſum dicentem diſcipulis, in quamcunque ciuitatem, aut domum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus ſit, & ibi manete, & intrantes dicite, Pax huic domui. *Matth. 10. 11.* Vt enim non dicas, Pecunias expendo, facultates abſumo, dum peregrinis menſam appono, efficit, vt ille ipſe, qui domum intrat, prior tibi dona hoſpitalia muneráque largiatur, quæ diuitias omnes exuperant. Quænam illa porro ſunt? pacis largitatem. Nihil enim eſt, quod cum illa conferri poſſit. Vides quanta cum opum affluentia ſanctus domum introeat? Hoc verbum quidem nudum eſt, at infinitorum bonorum eſt occaſio. Quid enim ea domo tutius reperiri poſſit, quæ pace fruatur? Porro illis à quibus excipiuntur, ſancti pacem precantur, non cum inuicem tantum, ſed cum nobiſipſis. Sæpe namque fit, vt pugnam in noſtris cogitationibus ſentiamus, & nemine interpellante turbemur, atq; in nos aſſiduè prauę cupiditates inſurgant. Et hanc igitur pugnam verbum illud ſanctorũ ſedat, ac multam intus tranquillitatẽ creat. Nã ſimul atque loquutus eſt ille, diabolica cũcta cogitatio, prauumq; conſiliũ ex animo noſtro exulat: itaq; maiora recipis, quã largiaris. Et ſi quidẽ vos, inquit, receperint, veniat pax ſuper illos: ſi vero nõ receperint, excutite puluerẽ pedum veſtrorũ. *Matt. 10. 13.* Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die illa, quam illi ciuitati. Vides quantum ignẽ deſpecti pedes ſanctorum accumulent: & attrahant? propterea iubet, vt eos lauemus, vt cum eos noſtro miniſterio curauerimus, multã nobis apud Deum cõciliẽt gratiam: ſimúlq; nos illud hac admonitione docet, vt hoſpitalitatis opera pêr nos ipſi omnia exerceamus. Imitare Abrahamum, filia illius fias, qui trecentos decẽ & octo vernaculos cũ haberet, ipſe cum vxore fructũ hoſpitalitatis partitus eſt, & ipſe quidẽ vitulã adferebat, illa vero farinam pinſebat. Hos tu quoq; æmulare: non enim ſolũ pecunias erogare, ſed etiã pauperibus miniſtrare multã mercedem obtinet. Propterea etiam Apoſtoli ſeptem illos Stephani ſocios eiuſmodi miniſterio præfecerunt.

Tametſi nihil illi de ſuo pauperibus erogabant, ſed ab aliis data rectè diſpenſabant: magnam tamen retulere mercedem, quod à cæteris collata rectè diligenterque diſpenſarent. Eſto tu quoque rerum tuarum bonus diſpenſator, vt duplicem fructum accipias, & quod eroges, & quod rectè diſpenſes. Nec te pudeat manu tua pauperi inſeruire. Nō erubeſcit Chriſtus per pauperem manum extendere, atque accipere, tu vero manum extendere, ac largiri pecuniā erubeſcis? Quis hoc extremæ dementię facinus eſſe non dicat? Vnum ſolum eſt pudor & ignominia, nequitia nempe & crudelitas atque inhumanitas: comitas autem, eleemoſyna, & humanitas, ac pauperibus miniſtrare clariores nos efficit. Quanto enim ditior es ac locupletior, tanto te magis omnes laudabunt, cum ad mendicos & viles te demiſeris neque ſolum homines, ſed etiam angeli, & dominus angelorum: nec laudabit ſolum, ſed & duplici præmio remunerabitur. Non enim eleemoſynæ tantum, ſed humilitatis etiam multam tibi mercedem præparabit. Ne igitur in pauperes miniſterij nos pudeat, neque peregrinorum lauare pedes recuſemus, ſanctificantur enim tali famulatu manus noſtrę, quod ſi poſt miniſterium illud ad orationem illas extenderis, illis aſpectis facilius exoratur Deus, & poſtulata concedit. Nam pecunias quidem erogare, poſſunt plurimi: per ſe vero pauperibus inſeruire, & cum animi alacritate, & caritate, ac fraterno amore id agere magno indiget animo, & philoſophia prædito. Atque hoc illud eſt, quod omnium maximè Paulus requirit, umeis, qui tribulatione, paupertate & incommodis premuntur, compati iubet, quaſi in malis eiſdem verſemur. Vinctis inquit, tanquam ſimul vincti. Quam ob cauſam non hic ſolum orationem terminauit, ſed & aliud adiecit: Si tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſectata eſt. Quid eſt, ſi omne opus bonum ſectata eſt? Ita vt etiam in carcerem introiret, ac vinctos inuiſeret, & ægrotos viſitaret, & recrearet afflictos, & mœrentes conſolaretur, & quocunque modo poſſet, cuncta ſuppeditaret, ac nihil omnino detrectaret eorum, quæ ad ſalutem ac ſolatium noſtrorum fratrum

Pauperibus inſeruiendum eſt.

Hebr. 13. 3.

A καίτοιγε οὐδὲν οἴκοθεν ἐκεῖνοι παρεῖχον τοῖς πένησιν,
ἀλλὰ τὰ παρ' ἑτέρων διδόμενα ᾠκονόμουν καλῶς·
ἀλλ' ὅμως μέγαν ἀπηνέγκαντο τὸν μισθὸν, ὅτι τὰ
παρ' ἑτέρων διδόμενα καλῶς καὶ μετ' ἀκριβείας ᾠ-
κονόμουν ἁπάσης. γενοῦ τοίνυν καὶ σὺ τῶν σαυτοῦ κα-
λὸς οἰκονόμος, ἵνα διπλοῦν λάβῃς τὸν καρπὸν, καὶ τοῦ
δοῦναι, καὶ τοῦ καλῶς οἰκονομῆσαι. μὴ ἐπαισχυνθῇς
διὰ τῆς σαυτοῦ χειρὸς θεραπεῦσαι τὸν πένητα. ὁ
Χριστὸς οὐκ ἐπαισχύνεται χεῖρα ἐκτεῖναι καὶ λα-
βεῖν διὰ τοῦ πένητος, καὶ σὺ χεῖρα ἐκτεῖναι καὶ δοῦναι
ἀργύριον ἐπαισχύνῃ; καὶ πῶς τοῦτο οὐκ ἐσχάτης
ἀνοίας; ἓν μόνον ἐστὶν αἰσχύνη, πονηρία καὶ ὠμότης
B καὶ ἀπανθρωπία· φιλοφροσύνη δὲ καὶ ἐλεημοσύ-
νη καὶ φιλανθρωπία καὶ τὸ διακονεῖσθαι τοῖς δεομέ-
νοις λαμπροτέρους ἡμᾶς ἐργάζεται. ὅσον γὰρ ἂν
ᾖς πλουσιώτερος καὶ εὔπορος, τοσοῦτον ἐπαινέσονταί σε
πάντες, ὅταν πρὸς τοὺς πτωχοὺς καὶ εὐτελεῖς κα-
ταβαίνῃς, οὐκ ἄνθρωποι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄγγε-
λοι, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων δεσπότης· οὐκ ἐπαινέσεται δὲ
μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀμείψεται διπλαῖς δωρεαῖς. οὐ γὰρ
τῆς ἐλεημοσύνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ταπεινοφρο-
σύνης πολλούς σοι παρασκευάσει τοὺς μισθούς. μὴ
τοίνυν ἐπαισχυνώμεθα τὰς τῶν πενήτων θεραπείας
C μηδὲ παραιτώμεθα νίπτειν τῶν ξένων τοὺς πόδας.
ἁγιάζονται γὰρ ἡμῶν αἱ χεῖρες διὰ τῆς τοιαύτης δια-
κονίας. κἂν εἰς εὐχὴν αὐτὰς ἀνατείνῃς ἀπὸ τῆς θε-
ραπείας ἐκείνης, ὁρῶν αὐτὰς ὁ θεὸς δυσωπεῖται
μᾶλλον, καὶ τὴν αἴτησιν δίδωσι. τὸ μὲν γὰρ χρήμα-
τα δοῦναι, πολλῶν ἂν εἴη· τὸ δὲ δι' ἑαυτῶν θερα-
πεῦσαι τοὺς δεομένους καὶ μετὰ προθυμίας τοῦτο
ποιῆσαι καὶ ἀγάπης καὶ φιλαδελφίας, πολλῆς καὶ
μεγάλης δεῖται ψυχῆς καὶ φιλοσόφου. καὶ τοῦτό ἐστιν,
ὃ μάλιστα πάντων ὁ Παῦλος ἐπιζητεῖ, τοῖς ἐν θλί-
ψει καὶ πενίᾳ καὶ περιστάσεσιν οὕτω κελεύων συναλ-
D γεῖν, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντας δεινοῖς. Τοῖς γὰρ δεσμίοις,
φησὶν, ὡς συνδεδεμένοι. διόπερ οὐδὲ ἐνταῦθα τὸν λό-
γον ἔστησε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπήγαγεν· Εἰ θλι-
βομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκο-
λούθησε. τί ἐστιν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολού-
θησεν; ὥστε καὶ εἰς δεσμωτήριον εἰσιέναι, καὶ τοὺς
δεδεμένους ἐπισκέπτεσθαι, καὶ ἀρρωστοῦντας ἐπι-
σκοπεῖν, καὶ θλιβομένους παραμυθεῖσθαι, καὶ ὀδυ-
νωμένους παρακαλεῖν, καὶ πάντα τρόπον τὰ κατὰ
δύναμιν εἰσφέρειν ἅπαντα, καὶ μηδὲν ὅλως
παραιτεῖσθαι τῶν εἰς σωτηρίαν καὶ ἀνάπαυ-
σιν τῶν ἀδελφῶν γινομένων τῶν ἡμετέρων.

A Εἰ δὲ χήραν γυναῖκα τοσαῦτα ἀπαιτεῖ κατορθώματα, τίνος ἂν εἴημεν ἀπολογίας ἄξιοι οἱ ἄνδρες ἡμεῖς ταῦτα μὴ ποιοῦντες, ἃ γυναῖκας χήρας ποιεῖν ἐνομοθέτησεν ὁ Παῦλος; ἀλλ' ἴσως ἂν εἴποι τις· καὶ πῶς χήραν γυναῖκα τοσαύτην ἀπαιτεῖν ἀκρίβειαν· ὅτε δὲ περὶ παρθενίας ἐπέστελλεν, οὐδὲν διελέχθη τοιοῦτον; πλείονα μὲν τούτων φιλοσοφίαν αὐτὰς ἀπήτησεν. ὅταν γὰρ εἴπῃ, Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος· καὶ, Ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ κυρίῳ· καὶ πάλιν, Τοῦτο δὲ λέγω διὰ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως, οὐδὲν ἄλλο διὰ τούτων αἰνίττεται τῶν ῥημάτων, ἀλλ' ἢ B ὅτι τῶν βιωτικῶν ἁπάντων πραγμάτων καθάπαξ ἑαυτὴν ἀπορρήξασαν τὴν παρθένον ὁλόκληρον ἀναθεῖναι δεῖ τῷ θεῷ τὴν ψυχήν, καὶ μηδὲν πρὸς τὴν γῆν ἔχειν κοινόν, μηδέ ποτε μὲν τούτοις, ποτὲ δὲ ἐκείνοις σχολάζειν, ἀλλὰ καθόλου τούτοις ἀποταξαμένην ὅλην εἰς τὰ πνευματικὰ πράγματα ἀναλίσκειν τὴν σχολήν. καὶ ἡ παραβολὴ δὲ τῶν δέκα παρθένων αὐτὸ τοῦτο ἐδήλωσεν ἡμῖν. διὰ τοῦτο γοῦν ἀπεκλείσθησαν τοῦ νυμφῶνος, ὅτι ἔλαιον οὐκ εἶχον. ἔλαιον δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ φιλανθρωπία καὶ ἐλεημοσύνη καὶ C φιλοφροσύνη καὶ προστασία τῶν ἀδικουμένων καὶ παράκλησις τῶν ὀδυνωμένων· ὅπερ οὐκ ἔχουσαι ἀπῆλθον ἐκεῖναι, καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐξέπεσον. ταῦτ' οὖν εἰδότες ἅπαντα καὶ γυναῖκες, καὶ ἄνδρες, καὶ παρθένοι, καὶ γεγαμημέναι, καὶ χῆραι πολλὴν τῆς ἐλεημοσύνης ποιώμεθα σπουδήν· καὶ μὴ λέγωμεν, ὅτι ὁ δεῖνα πονηρὸς καὶ οὐκ ἄξιος εὖ παθεῖν, ὁ δεῖνα εὐτελής, ὁ δεῖνα ἀπερριμμένος. μὴ πρὸς τὴν ἀξίαν ἴδῃς τοῦ δεομένου τῆς θεραπείας, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν μόνον. κἂν γὰρ εὐτελὴς ᾖ καὶ ἀπερριμμένος, κἂν εὐκαταφρό- D νητος, ὁ Χριστὸς οὕτω σοι λογίζεται τὸν μισθόν, ὡς αὐτὸς εὖ παθὼν δι' ἐκεῖνον. ἵνα γὰρ μὴ πρὸς τὴν ἀξίαν βλέπωμεν τῶν εὐεργετουμένων, ἄκουσον τί φησι· Πεινῶντά με εἴδετε, καὶ ἐθρέψατε. εἶτα ἐκείνων λεγόντων, Πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἐπήγαγε λέγων, Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· ὥστε οὐδεμία ἡμῖν καταλέλειπται πρόφασις. ἵνα γὰρ μὴ λέγωμεν, ὅτι ποῦ νῦν κατὰ τὸν Ἠλίαν εὑρεῖν;

pertinerent. Quod ſi à muliere vidua tam multa requirat bona opera, qua nos excuſatione cenſeri dignos æquum erit, qui cum viri ſimus, ea non agamus, quę mulieribus Paulus agenda præſcripſit? Sed fortaſſe dicet aliquis: Quo tandem pacto à muliere vidua tantam diligentiam requirit, cum vero de virginitate ſcriberet, nihil tale loquutus eſt? Ac maiorem quidem his philoſophiam ab ipſis exegit. Nam cum dicit: Diuiſa eſt vxor & virgo: & Quæ innupta eſt, ſolicita eſt de iis, quæ ſunt Domini, quomodo placeat Domino: & rurſus: Hoc autem dico propter id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandi: nihil aliud per hæc ſignificat, niſi virginem, quæ ſecularibus negotiis omnibus nuntium ſemel remiſerit, totam animam conſecrare Deo oportere, neque quicquam habere commune cum terra, nec aliquando his, aliquando illis vacare, ſed cum in vniuerſum illis abrenunciarit, totum in res ſpirituales debere ſtudium ſuum impendere. Sanè quidem ipſa quoque decem virginum parabola nobis hoc ipſum declarauit. Hanc nimirum ob cauſſam conclaui ſponſi excluſæ ſunt, quod oleum nō haberēt: oleum vero nihil aliud eſt, quam miſericordia & eleemoſyna, benignitas, & ſubleuatio eorum qui patiuntur iniuriam, & eorum qui dolore premuntur, conſolatio: quod cum illis deeſſet, abierunt illæ, atque à thalamo exciderunt. Hęc igitur omnia cum ſciamus & vxores & viri, & virgines & matrimonio iunctæ & viduæ multum ad eleemoſynam ſtudium conferamus, neque dicamus, ille improbus eſt, & indignus, qui beneficiū accipiat, ille vilis eſt, ille abiectus. Ne dignitatem ſpectes eius, qui miniculu & ſubſidio indiget, ſed inopiam tantum. Quamuis enim vilis & abiectus ſit, & deſpectus, ita tibi Chriſtus mercedem imputat, ac ſi per eum ipſe beneficium accepiſſet. Ne enim eorum, qui beneficiis afficiuntur, dignitatis rationem haberemus, audi quid dicat: Eſurientem me vidiſtis, & aluiſtis. Deinde cum illi dicerent, Quando te vidimus eſurientem, & aluimus? adiecit dicens: Quandiu feciſtis vni de his paruis, mihi feciſtis. Itaque nullus nobis prætextus relictus eſt. Siquidem ne dicere poſſemus, vbi nunc Heliæ ſimilem in-

1. Cor. 7. 34.

Matt. 25.

Ad eleemoſynam adhortatio.

Matt. 25. 35.

ueniemus? vbi ſimilem Eliſſæo? Item, Da mihi tales viros, & ſumma cum animi alacritate ſuſcipiam illos, neque lauare pedes recuſabo, & omni officiorũ genere colam: ne hæc diceremus, quod multo maius eſt, ipſe Heliæ & Eliſſęi & prophetarum omnium dominus per pauperes ad nos ſe ingreſſurum promiſit, cum dixit: Quandiu feciſtis vni de his paruis, mihi feciſtis. Sed quod dictum eſt, ne prætereas. Illud enim, Eſurientem me aluiſtis, quatuor exhibet eleemoſynę neceſſitates: Quod fide dignus ſit is qui petit: quod dominus ſit is qui petit, quod vrgeat inopia, dum fames premit. quod facile ſit largiri, cum alimenta poſtulet, & ſolum panem non delicias petat: quod magna remuneratio expectetur, cum pro exiguis iſtis promiſſum ſit regnũ. Inhumanus, crudelis, & immiſericors es? reuerere, inquit, dignitatem eius qui poſtulat. At reſpectu dignitatis non exoraris? calamitate ſaltem flectere. Sed neque calamitatis ratio te ad miſericordiam inflectit? ob petitionis facilitatem concede. Neque dignitas, neque inopiæ neceſſitas, neque largitionis facilitas commouere te poteſt? ſaltem igitur ob eorum bonorũ, quæ promiſſa ſunt, magnitudinem egeno præbe. Vides quatuor cauſſas, quæ poſſent vel lapidem ipſum, & auarum, & excæcatum, & immiſericordẽ hominem, & omnium ſtupidiſſimum excitare? Quam igitur veniam ſperare poterunt, qui poſt tãtam cohortationem & conſilium egenos deſpicient? Dicam & aliud præterea quiddam: audiant, qui myſteriis ſunt initiati. Cum ali te opus fuerit, ne carni quidem ſuæ parcit ipſe: cum tibi potum dari opus fuerit, ne ſanguini quidem ſuo parcit, nec illum inuidet: tu vero ne panem quidem impertis, nec calicem? quam tandem veniam obtinebis, qui tot bonis, tam precioſis acceptis, tam vilibus parcas? vide ne frequenter cum Chriſto largiri ad lucrum recuſaueris, ad damnum Diabolo largiaris. Cum enim pauperibus nõ demus, impoſtoribus damus: fures plerumq; vel malefici famuli abripientes abeunt vel etiam aliquis alius rerum caſus aufert. Et vero poſtquã hæc euitauerimus omnia, mors interueniẽs nudum abducet. Ne igitur iſtæc eueniant, prius Chriſto petenti largiamur,

Quatuor ob cauſas Chriſti nomine dandum.

De myſterio Euchariſtiæ agit.

A ποῦ δὲ κατὰ τὸν Ἐλισσαῖον; καί, δός μοι τοιούτους ἄνδρας, καὶ μετὰ πάσης αὐτοὺς ὑποδέξομαι τῆς προθυμίας, καὶ οὐ παραιτήσομαι νίψαι τοὺς πόδας, καὶ πάντῃ θεραπεῦσαι τρόπῳ· ἵνα μὴ ταῦτα λέγωμεν, ὃ πολλῷ μεῖζόν ἐστιν, αὐτὸς ὁ τοῦ Ἠλίου καὶ τοῦ Ἐλισσαίου καὶ τῶν προφητῶν δεσπότης ἁπάντων διὰ τῶν πενήτων ὑπέσχετο πρὸς ἡμᾶς εἰσιέναι λέγων· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν μικρῶν, ἐμοὶ ἐποιήσατε. ἀλλὰ μὴ παραδράμῃς τὸ εἰρημένον. τὸ γάρ, πεινῶντά με εἴδετε καὶ ἐθρέψατε, τέσσαρας ἀνάγκας ἐφίστησιν ἐλεημοσύνης· τὸ ἀξιόπιστον τοῦ αἰτοῦντος, B ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὁ αἰτῶν· τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας, ὅτι πεινᾷ· τὸ εὔκολον τῆς δόσεως, ὅτι τροφὴν ζητεῖ καὶ ἄρτον αἰτεῖ μόνον, οὐχὶ τρυφήν. τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς, ὅτι βασιλείαν ἀντὶ τούτων τῶν μικρῶν ἐπαγγέλλεται. ἀπάνθρωπος εἶ καὶ ὠμὸς καὶ ἀνηλεής; αἰδέσθητι, φησί, τὸ ἀξίωμα τοῦ αἰτοῦντος. ἀλλ' οὐ δυσωπεῖ σε τὸ ἀξίωμα; πρὸς τὴν συμφορὰν ἐπικάμφθητι. ἀλλ' οὔτε τὰ τῆς συμφορᾶς εἰς ἔλεόν σε ἐπικάμπτει; διὰ τὸ τῆς αἰτήσεως εὔκολον δός. οὔτε τὸ ἀξίωμα, οὔτε τὸ ἀναγκαῖον τῆς χρείας, οὔτε τὸ εὔκολον τῆς δόσεως δύναταί σε πεῖσαι; C γοῦν διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν παράσχες τῷ δεομένῳ. ὁρᾷς τέσσαρας αἰτίας δυναμένας καὶ τὸν λίθον αὐτόν, καὶ τὸν μικρολόγον, καὶ τὸν τετυφωμένον, καὶ τὸν ἀνηλεῆ, καὶ τὸν νωθρότατον ἁπάντων ἀνθρώπων διαναστῆσαι; τίς οὖν ἔσται συγγνώμη τοῖς μετὰ τοσαύτην παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν τῶν δεομένων ὑπερορῶσιν; εἴπω δὴ καὶ ἕτερον πρὸς τούτοις. ἀκουέτωσαν οἱ μεμυημένοι. αὐτὸς ὅταν δέῃ σε θρέψαι, οὐδὲ τῆς σαρκὸς φείδεται τῆς ἑαυτοῦ· ὅταν δέῃ σε ποτίσαι, οὐδὲ τοῦ αἵματος φείδεται, οὐδὲ φθονεῖ· σὺ δὲ οὐδὲ ἄρτου D μεταδίδως, οὐδὲ ποτηρίου; καὶ ποίαν ἕξεις συγγνώμην τοιαῦτα λαμβάνων, οὕτω τίμια, καὶ τῶν εὐτελῶν φειδόμενος; ὅρα μὴ πολλάκις φειδόμενος τῷ Χριστῷ δοῦναι ἐπὶ κέρδει, δῷς ἐπὶ βλάβῃ τῷ διαβόλῳ. ὅταν γὰρ πένησι μὴ δῶμεν, συκοφάνταις δίδομεν· κλέπται πολλάκις, ἢ καὶ οἰκέται κακοῦργοι λαμβάνοντες ἀπῆλθον, ἢ καὶ ἑτέρα πραγμάτων περίστασις. καὶ ταῦτα δὲ ὅταν διαφύγωμεν ἅπαντα, θάνατος ἐπελθὼν γυμνὸν ἀπήγαγεν. ἵν' οὖν μὴ ταῦτα γίνηται, προλαβόντες δῶμεν αἰτοῦντι τῷ Χριστῷ,

καὶ εἰς τὸν ἄσυλον ἀποθώμεθα θησαυρὸν, ἵνα καὶ ὑπὲρ τῆς φυλακῆς καὶ ὑπὲρ τῆς προσόδου θαῤῥῶμεν. οὐ γὰρ διατηρεῖ μόνον, ἅπερ ἔλαβε, μετὰ ἀκριβείας· ἀλλὰ μετὰ πλείονος αὐτὰ ἀποδίδωσί σοι τῆς προσθήκης πάλιν. μὴ τοίνυν νομίζωμεν ἡμῖν ἐλαττοῦσθαι τὴν οὐσίαν, ὅταν ἐλεημοσύνην παρέχωμεν· οὐ γὰρ ἐλαττοῦται, ἀλλ᾽ αὔξεται· οὐ δαπανᾶται, ἀλλὰ πλεονάζει, καὶ πραγματεία τίς ἐστι καὶ σπόρος τὸ γινόμενον· μᾶλλον δὲ ἀμφοτέρων τούτων κερδαλεώτερον καὶ ἀσφαλέστερον. ἡ μὲν γὰρ ἐμπορία καὶ πνεύμασι καὶ κύμασι θαλάσσης ὑπόκειται καὶ ναυαγίοις πολλοῖς, καὶ τὰ σπέρματα καὶ αὐχμοῖς καὶ ἐπομβρίαις καὶ ἑτέραις ἀέρων ἀνωμαλίαις· τὰ δὲ εἰς τὴν χεῖρα τοῦ Χριστοῦ καταβαλλόμενα χρήματα ἀνώτερα πάσης ἐστὶν ἐπιβουλῆς. οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ λαβόντος τὰ δοθέντα ἅπαξ· ἀλλὰ μένει πολὺν ἡμῖν καὶ ἄφατον ἐργαζόμενα τὸν καρπὸν, καὶ τὸν ἀμητὸν ἐν καιρῷ φέροντα πλούσιον. Ὁ σπείρων γὰρ φειδομένως, φησὶ, φειδομένως καὶ θερίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ᾽ εὐλογίαις, ἐπ᾽ εὐλογίαις καὶ θερίσει. σπείρωμεν τοίνυν μετὰ δαψιλείας, ἵνα καὶ οὕτω θερίσωμεν, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσωμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A & in theſauro nullis prædonibus obnoxio reponamus, vt & de cuſtodia & de prouentu confidamus. Non enim ſolum quę accepit, diligenter aſſeruat, ſed & maiori tibi rurſus cum acceſſione reſtituit. Ne igitur imminui nobis facultates arbitremur, cum eleemoſynam erogamus. Non enim minuuntur, ſed augentur; non abſumuntur, ſed multiplicantur, & negotiatio quædam res iſta & ſemētis: eſt vel potius vtroque iſtorum quæſtuoſius quiddam & tutius. Nā mercatura quidem ventis ac fluctibus multiſque naufragiis eſt obnoxia, itemque ſemina ſiccitatibus aëris, imbribus, B cæteriſque iniuriis & inæqualitatibus aëris: quæ vero in manus Chriſti conferuntur pecunię, ab inſidiis omnibus ſūt immunes. Nemo rapere poteſt de manu eius cū acceperit ea quę ſemel ei ſūt tradita: ſed manent, multumque nobis & immenſum fructum pariunt, & vberem in tempore meſſem proferunt. Qui enim parcè ſeminat, inquit, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus etiā metet. Gopioſè itaque ſeminemus, vt ita quoque metamus, & vita fruamur æterna: quam C nos omnes vtinam conſequamur gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri ſimulque Spiritu ſancto gloria, imperium honor nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

Εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα, καὶ εἰς τὸ πάσχα, καὶ εἰς τὴν παράδοσιν τῶν μυστηρίων, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πεντάδι.

In proditionem Iudæ, & in Paſcha, & in traditionem myſteriorum, & quod non oporteat iniuriarum meminiſſe. habita feria quinta hebdomadæ ſanctæ.

Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰπεῖν. ὀλίγα δὲ ἀνάγκη εἰπεῖν, οὐκ ἐπειδὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων ὑμεῖς βαρύνεσθε· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἑτέραν πόλιν εὑρεῖν οὕτως ἐρωτικῶς πρὸς τὴν ἀκρόασιν τῶν πνευματικῶν λογίων διακειμένην. οὐ τοίνυν διὰ τοῦτο ὀλίγα λέγομεν, ἐπειδὴ ἀποκναίομεν ὑμᾶς τῷ πλήθει, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἀναγκαία τῆς βραχυλογίας σήμερον ἡ αἰτία· καὶ γὰρ ὁρῶ πολλοὺς τῶν πιστῶν ἐπειγομένους πρὸς τὴν τῶν φρικτῶν μυστηρίων κοινωνίαν. ἵν᾽ οὖν μήτ᾽ ἐκείνης τῆς τραπέζης ἀποτύχωσι, μήτε ταύτης ἐκπέσωσιν, ἀνάγκη σύμμετρον ποιήσασθαι τὴν ἑστίασιν, ἵν᾽ ἑκατέρωθεν ὑμῖν τὸ κέρδος γένηται, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐφοδιασθέντες καὶ τῶν παρ᾽ ἡμῶν λογίων, οὕτως ἀπέλθητε, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου καὶ τῆς προσηκούσης εὐλα-

Incerto interprete.

Paueis hodie neceſſariū eſt fratres tractare vobiſcum, & ideò paucis, D non quia vobis latus ſermo ſacerdotis horreſcit, nec enim aliam vrbem tam auidam ſpiritaliū reperies lectionū: ſed quia ad myſteriorum ſacrā ac venerabilem celebrationem feſtinare multos inſpicio. Vt igitur & cœleſtis menſæ ſatietate perfruantur, & noſtro ſermone non careant, tractatus congruè temperetur, vt mea verba veſtris cordibus ſociantes, cum debita reuerē-

tia myſterij Deitatis arcanum audiatis. Hodie dilectiſſimi fratres, dominus noſter Ieſus Chriſtus traditus eſt: nã proximante veſpera Iudæi eum ceperunt. Sed te non verbum traditionis contriſtet auditum. nec cum perceperis quod Ieſus traditus eſt, dolore mouearis: imo vt doleas ſuadeo, vt lacrymeris & vt nimia te lamentatione contriſtes exhortor. Sed ne proditum Ieſum lugeas, ne traditum fleas, ſed ob proditoris factũ ingemiſce, & futura eius lamentare ſupplicia. Nam proditus Chriſtus orbem liberauit vniuerſum: proditor gehennam meruit poſſidere. Traditus in cœlis patris ſedet in dextera: traditor autem apud inferos collocatus, tormenta debita ſceleratus expectat, & ideo lugendus eſt. Nam & dominus noſter illius delictum lachrymatus eſt, vt ait euangeliſta: Et cùm vidiſſet eum, turbatus eſt, & dixit: Vnus ex vobis tradet me.

Ioan.13.21. Quanta miſericordia Domini? traditus pro traditore dolet, proditus pro proditore turbatur. Et cum vidiſſet eum, dixit: Vnus ex vobis tradet me. Simul & ſuæ miſericordiæ oſtendit poteſtatem, & nos docet non eos qui mala patiuntur, ſed eos qui mala committunt, debere miſeros & dignos fletibus æſtimari. Hoc enim peius eſt, imò illud penitus malum non eſt. Nam malum pati, malum non eſt: malum facere, malum eſt. Et ideò malorum ſuſtentatio, cœlorũ regnum nobis pollicetur: malorum autem commiſſio gehennam minatur, & tormenta promittit. *Matt.5.10.* Beati namque, ait, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Vides, quòd malorum perpeſſio mercedẽ ſperat, & ſufferentiæ ſuæ præmium cœlorum meruit regnum? Audi malum cõmittere quanta ſupplicia pręparare conſueuit. *1 Cor 10.* *1.Theſ.2.14.* Nam Paulus dicens de Iudęis, quoniam quidem Dominum occiderunt, & prophetas perſecuti ſũt, in ſequentibus ait: Quorum finis erit ſecundũ opera illorum. Vides quòd regnum perſecutionem perpeſſi ſortiũtur, & iram perſecutores promerentur, & hæc non ſine ratione proceſſit oratio: nec inaniter verba prolata ſunt, ſed vt circa aduerſarios noſtros iracundiam temperemus, & patiẽter eos toleremus, & magis eorum geſta doleamus. *Non iraſcendum in aduerſarios.* Illi enim verè mala patiuntur, qui nobis mente inſidiantur aduerſa: ſed & pro illis diuinam clementiam exorare poterimus, ſi tamen talis anima noſtra præparatur,

A λείας τῇ φοβερᾷ καὶ φρικτῇ προσέλθητε κοινωνίᾳ. σήμερον, ἀγαπητοὶ, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παρεδόθη. τῇ γὰρ ἐπιούσῃ ἑσπέρᾳ ταύτῃ, λαβόντες αὐτὸν, ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι. ἀλλὰ μὴ γένῃ κατηφὴς, ἀκούσας, ὅτι Ἰησοῦς παρεδόθη· μᾶλλον δὲ γενοῦ κατηφὴς, καὶ κλαῦσον πικρῶς, ἀλλὰ μὴ ὑπὲρ τοῦ παραδοθέντος Ἰησοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ προδότου Ἰούδα. ὁ μὲν γὰρ παραδοθεὶς, τὴν οἰκουμένην ἔσωσεν· ὁ δὲ προδοὺς, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπώλεσε. καὶ ὁ μὲν προδοθεὶς, ἐν δεξιᾷ κάθηται τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὁ δὲ παραδοὺς, ἐν ᾅδου νῦν ἐστι, τὴν ἀπαραίτητον ἀναμένων κόλασιν. B διὰ τοῦτον τοίνυν κλαῦσον καὶ στέναξον, διὰ τοῦτον πένθησον. ἐπεὶ καὶ ὁ δεσπότης ἡμῶν διὰ τοῦτον ἐδάκρυσεν. Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ἐταράχθη, καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. ὢ πόση φιλανθρωπία τοῦ δεσπότου; ὁ προδοθεὶς ὑπὲρ τοῦ προδόντος ἀλγεῖ. ἰδὼν γὰρ αὐτὸν ἐταράχθη, φησὶ, καὶ εἶπεν· εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. τίνος ἕνεκεν ἠθύμησεν; ὁμοῦ καὶ τὴν φιλοστοργίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδεικνύμενος, καὶ διδάσκων ἡμᾶς, ὅτι οὐ τὸν πάσχοντα κακῶς, ἀλλὰ τὸν ποιοῦντα κακῶς τοῦτον θρηνεῖν πανταχοῦ δίκαιον. τοῦτο γὰρ C ἐκείνου χεῖρον, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο μὲν οὐ κακὸν, τὸ κακῶς παθεῖν, κακὸν δὲ τὸ ποιῆσαι κακῶς. τὸ μὲν γὰρ κακῶς παθεῖν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν προξενεῖ· τὸ δὲ κακῶς ποιῆσαι, αἴτιον ἡμῖν τῆς γεέννης καὶ τῆς κολάσεως γίνεται. Μακάριοι, γὰρ, φησὶν, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ὁρᾷς πῶς τὸ κακῶς παθεῖν, ἔχει μισθὸν καὶ ἔπαθλον, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; ἄκουσον πῶς τὸ κακῶς ποιῆσαι, κόλασιν φέρει καὶ τιμωρίαν. Εἰπὼν γὰρ ὁ Παῦλος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι τὸν κύριον ἀπέκτειναν, καὶ τοὺς προφήτας ἐδίωD ξαν, ἐπήγαγεν· ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Εἶδες πῶς οἱ μὲν διωκόμενοι τὴν βασιλείαν λαμβάνουσιν· οἱ δὲ διώκοντες, τὴν ὀργὴν κληρονομοῦσι; ταῦτα δέ μοι οὐχ ἁπλῶς νῦν εἴρηται· ἀλλ' ἵνα μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὀργιζώμεθα, ἀλλ' ἐλεῶμεν αὐτοὺς, καὶ θρηνῶμεν, καὶ συναλγῶμεν αὐτοῖς. ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ κακῶς πάσχοντες, οἱ ἐχθραίνοντες ἡμῖν. ἂν οὕτω παρασκευάσωμεν τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν.

διωνησόμεθα αὐτῶν καὶ ὑπὲρ εὔχεσθαι. διὰ γὰρ τοῦτο τετάρτην ἡμέραν ταύτην ἔχω διαλεγόμενος ὑμῖν περὶ εὐχῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα μόνιμος γένηται τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος, τῇ συνεχείᾳ τῆς παραινέσεως ῥιζωθείς. διὰ τοῦτο συνεχῶς ἀπαντλοῦμεν τοῖς ῥήμασιν, ὥστε τὸ οἴδημα τῆς ὀργῆς ὑποστῆσαι, καὶ καταστεῖλαι τὴν φλεγμονήν, ὥστε καθαρὸν ὀργῆς εἶναι τὸν εὐχῇ προσιόντα. οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα προσέταξε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀφιέντων ἐκείνοις τὰ ἁμαρτήματα. μείζονα γὰρ λαμβάνεις ἢ δίδως, ἀφιεὶς τὴν ὀργὴν τῷ ἐχθρῷ. καὶ πῶς μείζονα λαμβάνω, φησίν; ἐὰν ἀφήσῃς τὰ εἰς τὸν ἐχθρὸν ἁμαρτήματα, συγχωρεῖταί σοι τὰ εἰς τὸν δεσπότην πλημμελήματα. ἐκεῖνα ἀνίατά εἰσι καὶ ἀσύγγνωστα, ταῦτα πολλὴν ἔχει παραμυθίαν καὶ συγγνώμην. ἄκουσον γοῦν τοῦ Ἠλὶ λέγοντος πρὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ· Ἐὰν ἁμαρτάνων ἁμάρτῃ ἄνθρωπος εἰς ἄνθρωπον, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ· ἐὰν δὲ εἰς θεὸν ἁμάρτῃ, τίς προσεύξεται περὶ αὐτοῦ; ὥστε ἐκεῖνο τὸ τραῦμα οὔτε εὐχῇ ῥᾳδίως λύεται. εὐχῇ μὲν οὐ λύεται, συγχωρήσει δὲ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν εἰς τὸν πλησίον λέλυται. διὸ ἐκεῖνα μὲν μυρία τάλαντα ἐκάλεσεν ὁ Χριστός, τὰ εἰς τὸν δεσπότην ἁμαρτήματα· ταῦτα δέ, ἑκατὸν δηνάρια. ἄφες οὖν ἑκατὸν δηνάρια, ἵνα ἀφεθῇ σοι μυρία τάλαντα. ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς εὐχῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἱκανῶς εἴρηται. ἐπὶ δὲ τὸν τῆς προδοσίας, εἰ δοκεῖ, ἐπανέλθωμεν λόγον, καὶ ἴδωμεν πῶς παρεδόθη ἡμῶν ὁ δεσπότης. τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, Ἰούδας ὁ λεγόμενος Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπε· τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; καὶ δοκεῖ μὲν σαφὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, καὶ μηδὲν πλέον αἰνίττεσθαι· εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ ἓν ἕκαστον τῶν λεγομένων, πολλὴν ἔχει τὴν θεωρίαν, καὶ πολὺ τὸ βάθος τῶν νοημάτων. καὶ πρῶτον, ὁ καιρός. οὐ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸν ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστής. οὐ γὰρ εἶπε, πορευθείς, ἁπλῶς, ἀλλὰ προσέθηκε τό, τότε πορευθείς. τότε; εἰπέ μοι, πότε; καὶ τίνος ἕνεκεν ἐπισημαίνει τὸν χρόνον; τί με βούλεται διδάξαι; οὐ γὰρ ἁπλῶς εἴρηται τό, τότε· καὶ γὰρ πνεύματι φθεγγόμενος οὐδὲ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ φθέγγεται. τί οὖν ἐστι τό, τότε; πρὸ αὐτοῦ τοῦ χρόνου, πρὸ αὐτῆς τῆς ὥρας προσῆλθε πόρνη·

A vt poſſit conuerſationis ſuæ merito aliis quoque prodeſſe. Et vt pro inimicis veſtris oretis, quatriduana commonitione depoſco, vt aſſidua perſuaſione verba mea cordibus veſtris inhæreant, vt continuatione ſermonis pectoribus veſtris ira ſublata, furoris tumore ſedato, benignitatis, remedio temperetur. nam Chriſtus non tantum inimicis noſtris conſuluit, ſed & nobis voluit eſſe conſultum, cum aduerſariis noſtris peccata laxamus: maius enim beneficium, cùm concedis, agnoſcis. & cùm de inimici culpa diſſimulas, de tuis delictis, quæ ſanari minimè poſſunt & dimitti,
B ſolita benignitate Dominus exoratur, & inimici peccata ſolatium veniæ promerentur. Et audi Heli dicentem ad *1. Reg. 2.*
filios ſuos: Si peccans peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: ſi autem in Deum peccauit homo, quis orabit pro eo? Vides, quòd illud vulnus facilè nec oratione ſanatur, & quod oratione non ſoluitur, cùm peccatum conceſſeris inimico, tibi quoque donatur? Vnde decem mil- *Mat. 18*
lia talentorum in Deum peccata dicta ſunt, & centum denarij iſta nuncupan-
C tur. Dimitte, igitur, centum denarios, vt decem millia talenta dimittantur tibi. Veruntamē de oratione pro inimicis abundanter hucuſque proceſſit oratio: ſed ſi placet, ad tractatum proditionis redeamus. Tunc abiit vnus de duode- *Mat. 26. 14*
cim Iudas Iſcariotes ad principes ſacer- *Mar. 14.*
dotum, & ait illis: Quid vultis mihi *& Luc. 22.*
dare, & ego vobis tradam eum? Hæc verba percepta ſimpliciter, aperta monſtrantur, & auribus minùs curioſis ingeſta, plana putantur. Sed ſi quis ea diligenti ſolicitudine ſcrutari tentauerit, in ſingulis multam reperiet quæſtionem,
D & primùm tēpus inſpiciendum eſt: nec enim illud inaniter euangeliſta monſtrauit. Nō enim ſimpliciter dixit: abiit: ſed addidit, & tunc. Tunc inquit, abiit. *Qua occaſione inſtitutus ſermo de proditione.*
Tunc, quando audiam? tunc, quando cognoſcam, & cur tempus diligenter oſtendis? quid me docere diſponis? non enim, Tunc, verbum inaniter addidiſti, ſpiritus admonitione loqueris, diuino prouocaris inſtinctu, nec à te verba paſſim funduntur. Quid igitur, Tunc, eſt? Ante proditionis tempus, ante *Mat. 26.*
traditionis horam acceſſit meretrix,

alabaſtrum vnguenti manibus portans, & oleum illud ſupra Domini caput effudit. Grandem fidem, multam reuerentiã, mirandam correptionem oſtendit. Paulò antè meretrix, ſubitò pudica proceſſit, & profundis obruta peccatis, portum ſerenitatis agnouit. Et quando proſtituta lupanar exiuit, tunc diſcipulus gehennam intrauit: quando illa mercedem ſui corporis abdicabat, tunc iſte precium magiſtri ſanguinis poſtulabat: quando illa oſculabatur pedes vt ſuciperetur, tunc iſte Domini labia oculabatur, vt proderet. Ideò dixit, tunc, vt non magiſtrum infirmitatis accuſes, quando diſcipulum reperis proditorem. Magis etenim virtutem doctoris oſtendit, qui & meretricem ad obediendum ſuo magiſterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricum mores valuit commutare, diſcipulum non potuit retinere? Valde, inquam, & incunctanter valuit retinere, ſed neceſſitate nolebat bonum efficere, nec vi trahere ad ſe curabat. Tunc abiit, & hoc dat nimiam difficultatis quæſtionem, & ignaros profunda diſputatione conturbat. Abiit, inquit, non inuitatus à principibus ſacerdotum, nulla neceſſitate conſtrictus, ſponte proceſſit, & propria malignitate conſilium genuit ſceleratæ mentis nullo participe conuocato. Tunc abiit vnus ex duodecim. Et hoc auget delictum deteſtabile proditoris. Nam & alij diſcipuli erant, qui fuerunt numero ſeptuaginta, ſed illi non tam manifeſtè, nec tanta confidentia ſociati, nec illis interiora decreta commiſſa ſunt. Iſti autem duodecim fuerunt probati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egreſſus eſt, de hac conuerſatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quẽlibet diſcipulum arbitreris, dicto numero, gradum diſcipulatus oſtendit. Et non pudet Matthæum iſta conſcribere, vt diſcas eum in omnibus ſeruare veritatem, nec celare ea, quæ iniuriam referre putantur. Ea verò quæ vel iniurioſa demonſtrantur, ipſam Domini miſericordiam clementiámque declarant: qui proditorem ſuum, latronem ſceleratum, ac furem tantis beneficiis ampliauit, & vſque ad ipſum proditionis tempus ſolitis admonitionibus tolerauit.

Quo Iudas abierit

A ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα, καὶ κατέχεε τὸ ἔλαιον ἐκεῖνο ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κυρίου· ἐπεδείξατο πολλὴν θεραπείαν, ἐπεδείξατο πολλὴν πίστιν, πολλὴν ὑπακοὴν καὶ εὐλάβειαν. μετεβλήθη ἀπὸ τοῦ προτέρου βίου, ἐγένετο βελτίων καὶ σωφρονεστέρα. καὶ ὅτε ἡ πόρνη μετενόησεν, ὅτε τὸν δεσπότην ἐπεσπάσατο, τότε ὁ μαθητὴς τὸν διδάσκαλον παρέδωκε. διὰ τοῦτο εἶπε, τότε· ἵνα μὴ κατηγορήσῃς τοῦ διδασκάλου ἀσθένειαν, ὅταν ἴδῃς τὸν μαθητὴν προδιδόντα τὸν διδάσκαλον. τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ δύναμις τοῦ διδασκάλου, ὡς καὶ πόρνας ἐπισπᾶσθαι εἰς τὴν οἰκείαν ὑπα-
A καὶ ἐπάγει, Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. καὶ δοκεῖ μὲν ἀσαφὲς εἶναι τὸ εἰρημένον, γίνεται δὲ σαφέστερον διὰ τῶν ἑξῆς ἐπαγομένων. Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι. ὁρᾷς πῶς ἑαυτοῦ οὐκ ἐπιλανθάνεται, οὐδὲ καλεῖ οἰκίαν τὸ σῶμα τοῦτο, ἀλλὰ σκῆνος πάλιν; ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι. ἐνταῦθα τοῖς τοῦ σώματος διαβάλλουσι τὴν φύσιν καὶ τῆς σαρκὸς τῆς ἡμετέρας κατηγοροῦσι καιρίαν ἔδωκε πληγήν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι στενάζομεν καὶ ἐκδύσασθαι βουλόμεθα, B ἵνα μὴ νομίσῃ, ὅτι ὡς κακὸν φεύγει τὸ σῶμα καὶ πονηρίας αἴτιον καὶ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, ἄκουσον πῶς διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν· πρότερον μὲν τῷ εἰπεῖν, ὅτι στενάζομεν τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. ὁ γὰρ ἐπενδυόμενος τῷ ὄντι ἕτερον ἐπενδύεται. ἔπειτα τῷ εἰπεῖν, στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ τὴν σάρκα ἀποθέσθαι βουλόμεθα, φησὶν, ἀλλὰ τὴν φθοράν· οὐ τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὸν θάνατον. ἄλλο σῶμα, καὶ ἄλ- C λο θάνατος· ἄλλο σῶμα, καὶ ἄλλο φθορά. οὔτε τὸ σῶμα φθορά, οὔτε ἡ φθορὰ σῶμα. καὶ φθαρτὸν μὲν τὸ σῶμα, οὐ φθορὰ δὲ τὸ σῶμα· καὶ θνητὸν μὲν τὸ σῶμα, οὐ θάνατος δὲ τὸ σῶμα. ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα ἔργον ἐγένετο τοῦ θεοῦ, ἡ δὲ φθορὰ καὶ ὁ θάνατος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰσῆλθε. τὸ γοῦν ἀλλότριον ἀποδύσασθαι βούλομαι, φησὶν, οὐ τὸ οἰκεῖον. ἀλλότριον δὲ, οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἡ φθορά. διὰ τοῦτό φησιν, ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, τουτέστι, τὸ σῶμα, ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι τῷ σώματι τὴν ἀφθαρσίαν. μέσον ἐστὶ τὸ σῶμα φθο- D ρᾶς καὶ ἀφθαρσίας. ἀποδύεται τὴν μὲν φθορὰν, καὶ ἐπενδύεται ἀφθαρσίαν· ἀποβάλλει ὅπερ ἔσχεν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ κτᾶται ὅπερ ἔδωκεν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐκδύσασθαι οὐ περὶ τοῦ σώματός φησιν, ἀλλὰ περὶ τῆς φθορᾶς καὶ τοῦ θανάτου, ἄκουσον τῶν ἐπαγομένων εὐθέως. Εἰπὼν γὰρ, οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ᾽, ἐπενδύσασθαι, οὐκ εἶπεν, ἵνα καταποθῇ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ἀσωματότητος, ἀλλὰ τί; ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς, τουτέστιν, ἵνα ἀφανισθῇ, ἵνα ἀπόληται. ὥστε ἀπώλειαν οὐ τοῦ σώματος λέγει, ἀλλὰ θανάτου καὶ φθορᾶς.

ἐπαγομένη

ἐπερχομένη γὰρ ἡ ζωὴ οὐχὶ τὸ σῶμα ἀφανίζει καὶ δαπανᾷ, ἀλλὰ τὴν ἐπιγινομένην αὐτῷ φθορὰν καὶ τὸν θάνατον. ὁ τοίνυν στεναγμὸς οὐ διὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπικειμένην φθοράν. καὶ γὰρ τὸ σῶμα βαρύ ἐστι καὶ φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ὕστερον αὐτῷ προσγενομένην θνητότητα. ἀλλ' οὐχὶ σῶμα φθαρτὸν, ἀλλ' ἄφθαρτόν ἐστι. τοσαύτη γὰρ αὐτοῦ ἐστιν ἡ εὐγένεια, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ φθορᾷ τὴν ἀξίαν ἐπιδείκνυσθαι τὴν αὐτοῦ. αἱ γοῦν σκιαὶ τῶν ἀποστόλων τὰς ἀσωμάτους ἀπήλασαν δυνάμεις, καὶ ἡ κόνις καὶ ἡ τέφρα δαιμόνων περιεγίνετο, καὶ τὰ ἱμάτια τὰ ὁμιλήσαντα τοῖς σώμασιν αὐτῶν νόσους ἤλαυνον καὶ ὑγείαν ἐπήγαγον. μὴ γάρ μοι φλέγμα καὶ χολὴν εἴπῃς, καὶ ἱδρῶτα, καὶ ῥύπον, καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ οἱ κατηγοροῦντες τοῦ σώματος λέγουσιν. οὐ γὰρ τῆς τοῦ σώματος φύσεως ταῦτα ἦν, ἀλλὰ τῆς ὕστερον ἐπιγινομένης φθορᾶς. Εἰ δὲ θέλεις αὐτοῦ καταμαθεῖν τὴν ἀρετὴν, ἐξέταζε τῶν μελῶν ἁπάντων τὴν διάπλασιν, τὸ σχῆμα, τὰς ἐνεργείας, τὴν πρὸς ἄλληλα συμφωνίαν· καὶ πάσης πόλεως εὐνομουμένης καὶ φιλοσόφους ἅπαντας τοὺς πολίτας ἐχούσης ἀκριβεστέραν ὄψει τὴν τῶν μελῶν τούτων πρὸς ἄλληλα πολιτείαν. εἰ δὲ καὶ κάτω ταῦτα παρατρέχων, τὸ φθαρτὸν αὐτοῦ καὶ τὸ θνητὸν μόνον προτείνοις, οὐδὲ ἐντεῦθεν ἀπορήσομεν ἀπολογίας. ὅτι γὰρ οὐ μόνον οὐδεμία γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ βλάβη, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸ κέρδος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, δῆλον ἐκεῖθεν. οἵ τε γὰρ ἅγιοι πάντες μετὰ τούτου ζῶντες, τὴν ἀγγελικὴν ἐκείνην ἐπεδείξαντο πολιτείαν, καὶ οὐδεμία τις αὐτοῖς ἐντεῦθεν ἐγίνετο βλάβη πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς δρόμον· οἵ τε πρὸς ἀσέβειαν βλέποντες οὐ μικρὸν εἶχον κώλυμα, τοῦ σώματος τὴν φθορὰν, πρὸς τὸ μὴ πορρωτέρω προελθεῖν τῆς οἰκείας παρανομίας. εἰ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο καὶ παθητὸν σῶμα περικείμενοι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἰσοθεΐας ἐφαντάσθησαν, καὶ ὑπὲρ τοῦ τοιαύτην ἑαυτοῖς περιθεῖναι δόξαν, πολλὰ ἐπραγματεύσαντο· εἰ μὴ παθητὸν εἶχον τὸ σῶμα καὶ φθαρτὸν, ἔλεγχον αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν, τίνας οὐκ ἂν ἠπάτησαν τῶν ἀνοητοτέρων; ὥστε ἐπὶ τῆς ἀσεβείας, ὅπερ ἐστὶν ἔσχατος ὅρος κακίας, κώλυμα φαίνεται γενόμενον,

A Adueniens enim vita non corpus abolet & abſumit, ſed mortem & corruptionem quæ illud inuaſerant. Gemitus ergo ille, non propter corpus eſt, ſed propter corruptionem & mortẽ, quæ illi ineſt. *Cur ingemiſcamus in hac vita.* Etenim corpus graue eſt & onerosum, ac moleſtum: non ſecundum ſuam naturam, ſed ſecundum mortalitatem, quæ poſtea illi ſuperuenit, veruntamen corpus non eſt corruptibile, ſed incorruptibile & immortale. Tanta quippe ipſius eſt nobilitas, vt in ipſa corruptione ſuam dignitatem oſtenderit. Nam Apoſtolorum vmbrę incorporeas expulerunt virtutes: item B cinis & puluis eorum, & amicula, quæ illorum adhæſerant corporibus, morbos fugarunt, ſanitatémque contulerunt. Nihil ergo mihi de phlegmate, & cholera, & ſudore, & ſordibus, ac aliis dixeris, quæ corporis accuſatores narrant: *Vnde corporũ ſordes ac vitia.* neque enim ex natura corporis hæc fuerũt, ſed à poſteriore corruptione inuecta ſunt. Nam ſi, quæ ſit eius natura, addiſcere voles: conſidera membrorum omnium formationem, figuram, operationes, mutuámque concordiam: & accuratius quauis ciC uitate diſpoſitam optimis legibus gubernata, quæ nonnũ ſapientes ciues habeat, videbis diligentem membrorum inter ſe adminiſtrationem. Sin ſurſum deorſum, obitérque hæc prætercurris, & obiicis ſolam paſſibilitatem, & corruptibilitatem, ne ſic quidem deerit nobis reſponſio. Nam quòd hinc humano generi non ſolum nihil damni, ſed etiam plurimum commodi acceſſerit, inde liquet: ſancti enim omnes in corpore viuentes, declararunt, quum gubernarint ſenſus ſuos, nullo per D eos, quantum ad virtutis curſum attinet, affecti incommodo. Quin & alij qui ad impietatem propenſi erant, attendentes corporis imbecillitatem, minùs in præuaricationibus ſuis progreſſi ſunt. Cum enim homines nonnulli etiam mortali, & patibili hoc corpuſculo circundati, *Corruptibilitas corporis quid proſit.* æquales ſe Deo eſſe ſibi viſi ſint, & ob hoc tanta ſe gloria obſeruari curauerint: quos non ex ſtolidioribus decepiſſent, ſi non paſſioni corruptioniquę obnoxium corpus, vtpote certum infirmitatis ſuæ indicium ſortiti fuiſſent? Quia ergo corpus obſtat impietati, quæ ſumma eſt malitia, & ſanctis præſtat,

vt animæ fortitudinem declarent: quam veniam conſequentur hi qui ipſum accuſant, & malum clamãt? Nõ enim hæc ſolùm nobis de illo dicenda ſuppetunt; ſed etiam quòd hinc nobis ad Dei notitiam patet via. Si enim in-

Rom. 1.20 uiſibilia eius, quæ à conditione mundi in facturis conſiderata conſpiciuntur, & fides ex auditu eſt: *Ibid. 10.* ſatis manifeſtum, quòd per oculos & aures manuducitur anima, vt agnoſcat Deum qui illam fecit. Idcirco iſtuc ipſum Paulus *1. Cor. 15.* amat & clamat, ac dicit: Nolumus illud exui, ſed ſuperindui ipſi immortalitatem. Neque verò mihi illud obiicias, quo poſſit modo reſurgere corpus, fieríque corruptionis immune: cùm enim Dei potẽtia operatur, illud, Quomodo, non eſt addendum. Sed quid de Deo inquam? Teipſum fecit Deus, vt reſurrectionis eſſes opifex, id quod patet in ſeminibus, artibus, materiíſque metallorum. *Exempla reſurrectionis in creaturis.* Etenim ſemina niſi priùs moriantur, & putreſcant & corrumpantur, non pariunt ariſtam. Sicut igitur qui vides ibi granũ quod corrumpitur & diſſoluitur, non dubitas de reſurrectione, ſed certiſſimam demonſtrationẽ facis: nam ſi ita maneret, & non corrũperetur, vel diſſolueretur; certum quòd nunquã reſurgeret: Sic cogita & de corpore tuo, cũ vides corruptionem, tunc potiſſimùm de reſurrectione philoſophare. Nam mors nihil aliud eſt quàm plena corruptionis conſũptio. Neq; enim mors ſimpliciter corpus, ſed corruptionem corporis abſumit. Hoc etiã in metallorum materiis vides euenire. Rudem enim glebam in qua aurum, accipiunt eius artis gnari, & in cõflatorium mittentes, faciunt aurũ: & ex arena aliáque materia paruum vitrum conficiunt. Iam ſi tantum poteſt ignis potentia, cur non & diuina? dic queſo, an nõ multo magis poteſt? Et quis mẽtis cõpos de his dubitaret? *Hominis creatio reſurrectionẽ probat.* Cogita, quomodo te à principio fecit, nec erit quod de reſurrectione ambigas. Nõne terrã accepit, & formauit: tametſi operoſius videatur, formari è terra carnẽ, & venas, & cutẽ, & oſſa, & neruos, & arterias, & inſtrumẽtalia, & ſimplicia corpora, oculos, aures, nares, pedes, manus, & vbique horũ tam propriã quã communẽ indi operationẽ, quã corruptibilia facta, efficere incorruptibilia?

A καὶ τοῖς ἀγίοις παρέχῃ τῆς ψυχῆς τὴν ἀνδρείαν ἐπιδείκνυσθαι, τίνος ἂν τύχοιεν συγγνώμης οἱ διαβάλλοντες αὐτὸ καὶ κακίζοντες; οὐ γὰρ δὴ ταῦτα ἂν ἔχοιμεν περὶ αὐτοῦ μόνα εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι καὶ θεογνωσίας ἡμῖν αἴτιον γέγονεν αὐτό. εἰ γὰρ τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, καὶ ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς, εὔδηλον ὅτι δι' ὀφθαλμῶν καὶ ὤτων χειραγωγηθεῖσα ἡ ψυχὴ τὸν ποιήσαντα αὐτὴν ἐπέγνω θεόν. διὰ τοῦτο αὐτὸ φιλεῖ Παῦλος, καὶ βοᾷ λέγων, ὅτι οὐ θέλομεν αὐτὸ ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι αὐτῷ τὴν ἀθανασίαν. καὶ μή μοι λέγε, Πῶς δύναται ἀνα-

B στῆναι τὸ σῶμα πάλιν καὶ γενέσθαι ἄφθαρτον; ὅταν γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις ἐργάζηται, τὸ, πῶς, μὴ περισκεπτέσθω. καὶ τί λέγω ἐπὶ θεοῦ; σὲ δημιουργὸν αὐτὸν ἐποίησεν ἀναστάσεως γενέσθαι· τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν σπερμάτων, τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν τεχνῶν, τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ὑλῶν τῶν μεταλλικῶν. καὶ γὰρ τὰ σπέρματα ἂν μὴ πρότερον ἀποθάνῃ καὶ σαπῇ καὶ διαφθαρῇ, οὐ τίκτει τὸν ἄσταχυν· ὥσπερ οὖν ὁρῶν ἐκεῖ τὸν κόκκον σηπόμενον καὶ διαλυόμενον, οὐκ ἀμφιβάλλεις περὶ τῆς ἀναστάσεως, ἀλλ' ἀπόδειξιν σαυτοῦ ποιῆσαι σαφεστάτην (ἂν γὰρ μὴ μεί-

C νῃ σηπόμενος μηδὲ φθειρόμενος, οὐκ ἂν ἀνασταίη ποτὲ) οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σώματος λογίζου τοῦ σοῦ· ὅταν ἴδῃς τὴν φθορὰν, τότε μάλιστα περὶ τῆς ἀναστάσεως φιλοσόφει. ὁ γὰρ θάνατος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ τῆς φθορᾶς λοιπὸν ἀναίρεσις. οὐ γὰρ δὴ τὸ σῶμα ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν φθορὰν αὐτοῦ δαπανᾷ ὁ θάνατος. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν μεταλλικῶν ἐστιν ἰδεῖν ὑλῶν συμβαῖνον. τὴν γοῦν χρυσῖτιν γῆν λαμβάνουσιν οἱ περὶ ταῦτα ἔμπειροι, καὶ τῷ χωνευτηρίῳ παραδιδόντες χρυσίον ἐργάζονται, καὶ ἄμμον καὶ ἑτέραν ὕλην ἀναμιγνύον-

D τες, ὕελον καθαρὰν ἐποίησαν. εἶτα ὅταν ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, τοῦτο ἡ τοῦ θεοῦ οὐ δυνήσεται χάρις, εἰπέ μοι; καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι τῶν ὁπωσοῦν νοῦν ἐχόντων; πῶς σε παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἐννόησον, καὶ μηκέτι ἀμφίβαλλε περὶ τῆς ἀναστάσεως. οὐχὶ γῆν ἔλαβε καὶ ἔπλασε; καίτοι τί δυσκολώτερον, ἀπὸ γῆς ποιῆσαι σάρκας καὶ φλέβας καὶ δέρμα καὶ ὀστᾶ καὶ ἶνας καὶ νεῦρα, καὶ ἀρτηρίας, καὶ τὰ ὀργανικὰ, καὶ τὰ ἁπλᾶ σώματα, ὀφθαλμοὺς, ὦτα, ῥῖνας, πόδας καὶ χεῖρας, καὶ ἑκάστῳ τούτων καὶ ἰδίαν καὶ κοινὴν ἐνθεῖναι τὴν ἐνέργειαν, ἢ φθαρτὰ γενόμενα ἀθάνατα ἐργάσασθαι;

οὐχ ὁρᾷς πῶς μονοειδὴς μὲν ἡ γῆ, ποικίλον δὲ καὶ πολυειδὲς τὸ σῶμα, καὶ κατὰ τὰς ἐνεργείας, καὶ κατὰ τὰ χρώματα, καὶ κατὰ τὴν διάπλασιν, καὶ κατὰ τὰς οὐσίας, καὶ κατὰ τὰ ἄλλα πάντα; πῶς οὖν περὶ τῶν μελλόντων ἀμφιβάλλεις, εἰπέ μοι; καὶ τί χρὴ λέγειν περὶ σωμάτων; τὰς γὰρ ἀπείρους δυνάμεις, καὶ τοὺς δήμους τῶν ἀγγέλων, τοὺς ἀρχαγγέλους, τὰ ἀνώτερα τάγματα τούτων, πῶς ἐποίησεν, εἰπέ μοι; ἐγὼ μὲν γὰρ τὸν τρόπον οὐκ ἂν ἔχοιμι λέγειν· ὅτι δὲ ἤρκεσεν αὐτῷ τὸ θελῆσαι μόνον. Εἶτα ὁ τοσαύτας στρατιὰς ἀσωμάτους ἐργασάμενος, ἀνθρώπου σῶμα διεφθαρὲν ἀνανεῶσαι πάλιν οὐ δύναται, καὶ εἰς μείζονα ἀναγαγεῖν ἀξίαν, καὶ τίς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς περὶ τούτων ἀμφιβάλλειν, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀναιρεῖν; Εἰ γὰρ μὴ ἀνίσταται σῶμα, οὐκ ἀνίσταται ἄνθρωπος. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι ψυχὴ μόνον, ἀλλὰ ψυχὴ καὶ σῶμα. εἰ τοίνυν ψυχὴ μόνον ἀνίσταται, ἐξ ἡμισείας τὸ ζῶον ἀνίσταται, ἀλλ' οὐχ ὁλόκληρον. ἄλλως δὲ, ἐπὶ ψυχῆς οὐκ ἂν λεχθείη κυρίως ἀνάστασις. ἀνάστασις γάρ ἐστι τοῦ πεσόντος καὶ διαλυθέντος· ψυχὴ δὲ οὐ διαλύεται, ἀλλὰ σῶμα. τί δέ ἐστι τὸ, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα; μυστήριον μέγα καὶ ἀπόρρητον ἡμῖν ἐνταῦθα αἰνίττεται. ποῖον δὴ τοῦτο; ὃ καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ φησιν· ὅτι Πάντες ἀναστησόμεθα, ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. τί δέ ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι καὶ Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος καὶ αἱρετικὸς καὶ πᾶς ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον τοῦτον παρελθὼν, κατ' ἐκείνην ἀναστήσεται τὴν ἡμέραν. καὶ τοῦτο αὐτὸ δηλῶν ἔλεγε, Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. ἐπεὶ οὖν καθολικὴ πᾶσίν ἐστιν ἡ ἀνάστασις, καὶ κοινὴ καὶ εὐσεβῶν καὶ ἀσεβῶν, καὶ πονηρῶν καὶ χρηστῶν ἀνθρώπων, ἵνα μὴ ἀπὸ τούτου νομίσῃς ἄδικόν τινα γίνεσθαι κρίσιν, μηδὲ λέγῃς πρὸς σεαυτόν· τί ποτε τοῦτό ἐστιν; ἐγὼ ὁ σπουδαῖος καὶ τοσαῦτα πονέσας καὶ ταλαιπωρηθεὶς ἀνίσταμαι, καὶ ὁ Ἕλλην καὶ ὁ ἀσεβήσας καὶ προσκυνήσας εἰδώλοις καὶ τὸν Χριστὸν ἀγνοήσας, καὶ αὐτὸς ἀνίσταται ὁμοίως, καὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύει τιμῆς; ἵνα μὴ ταῦτα λέγων θορυβηθῇς, ἄκουσον τί φησιν· Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. καὶ πῶς ἐστι, φησιν, ἐνδυσάμενον ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν γυμνὸν εὑρεθῆναι;

A An non vides quomodo vniformis quidem terra, corpus autem multiforme & varium, nempe in operationibus, coloribus, figuratione, eſſentiis & aliis omnibus? Dic igitur quid ita de futuris dubitas. Et quid opus eſt dicere de corporibus? dic mihi quomodo fecerit virtutes immenſas, turmas cœleſtes, angelos, ſuperioráque his agmina? Dic, oro, modum, quo fecit. Hic nihil dicere aliud poſſum, quàm quòd ſola voluntas ad hæc ſufficerit.. Ergóne qui tot incorporeos formauit exercitus, hominis corpus corruptum renouare iterum, & in ma- B iorem prouehere dignitatem nequit? Et quis ſic inſenſatus eſt, qui de his dubitet & reſurrectionem fore inficiatur? Ad hæc, ſi non reſurgit corpus, non reſurgit homo. Homo enim non eſt anima ſola, ſed corpus & anima. Si ergo anima ſola reſurget, dimidium animal reſurget, & ita non integrum. Sed & de anima non propriè dicitur reſurrectio. Reſurrectio enim eius eſt quod cecidit, & quod diſſolutum eſt. Anima autem nō diſſoluitur, ſed corpus. Quid ergo id eſt, quod ait? Si quidem & induti non nudi inueniamur? C Sacramentum magnum & ineffabile nobis ibi adumbratur. Quale autem hoc? nempe id quod & in epiſtola ad Corinthios dicit: Omnes quidem reſurgemus, vnuſquiſque autem in ſuo ordine. *1 Cor. 15.* Quid autem eſt, quod hîc dicitur? hoc videlicet quòd Græcus, & Iudæus, & hæreticus, & omnis homo qui venit in hunc mundum, in illo die reſurget: & hoc eſt quod manifeſtat, dicens: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur, in atomo, in momento oculi, in illa vltima tuba. *1. Cor. 15. g* Quia ergo communis eſt omnibus reſurrectio, & piis & impiis, & D malis & bonis hominibus, vt ne putes iniuſtum quoddam fieri iudicium, neque dicas apud te ipſum, Quidnā hoc eſt? ego, qui multo ſtudio & labore & in miſeria vixi, reſurgo, & Græcus, & impius, & idololatra, & qui ignorat Chriſtum, etiam ipſe reſurgit, & ſimili honore mecum fruitur. *1. Cor. 15. g* *Inæqualitas in reſurrectione.* Vt ne talia dicens conturberis, audi quid dicit, Siquidem induti non nudi inueniamur. Et quomodo dicit, qui indutus eſt corruptionem & immortalitatem, vt inueniatur nudus?

Videlicet ſi gloria priuamur, & fiducia ad Deum deſtituimur. Etenim peccatorum quoque corpora incorruptibilia reſurgunt, & immortalia: ſed hic honor fomentum & viaticum ipſis erunt ſuppliciorum & vltionis: incorruptibilia enim reſurgunt, vt ſemper vrantur. Nam cum ille ignis ſit inextinguibilis, opus eſt illis corporibus, quę & ipſa nunquam conſumãtur. Eapropter dicit: Si quidem & induti, nõ nudi inueniamur. *2.Cor.5.a.* Non enim hoc ſolum eſt quod quæritur, vt reſurgamus, & immortalitatem induamus: ſed vt cum reſurrexerimus, indutique fuerimus immortalitatem, non inueniamur nudi à gloria, fiduciáque erga Deum, né ve igni illi tradamur, & ob hoc dicit: Si quidem & induti, nõ nudi inueniamur. Poſt hęc iterum fide digniorem de reſurrectione ſermonẽ reddit: *Ibidem.* & cum dixit, futurum quod abſorbeatur mortale hoc à vita, adiicit, Qui autem nos fecit ad hoc ipſum Deus à principio. Propter hoc hominem formauit, inquit, vt non pareat, ſed vt ad incorruptionem pergat. *Mors cur fuerit permiſſa.* Ita vt quando mortem permiſit, hoc ipſam cõſilio permiſerit, vt vltione prudentior factus homo & melior, poſſit denuò ad immortalitatem reduci. Ratum atque firmum hoc conſilium, & hæc ſentẽtia ab initio apud Deum, atque hac ratione primum hominem formauit, idque ſtatim nobis ex procemiis ipſis declarauit. Niſi enim voluiſſet ab initio nobis reſurrectionis ianuas aperire, nõ permiſiſſet Abelem omni virtute præditum, factumque ſibi amicũ, quæ paſſus eſt pati. Nunc autem nobis vt demonſtraret, quod ad aliam vitam pergimus, & aliud quoddam ſeculum iuſtis relictum eſt, in quo coronas & retributiones ſibi repoſitas accipiant: permiſit, vt is qui primum hic iuſtè vixerat, laborum ſuorum mercedes hic non acciperet: ſed hinc abiens, clamaret per ea quæ hic paſſus eſt, & ad omnes diceret. Poſt hanc vitam eſt aliqua, & merces & remuneratio. Propterea etiam Enoch tranſtulit, & *Gen 5 d. & 4.Re.2.b.* Eliam rapuit, docens per eos dogma reſurrectionis ſufficit igitur ad argumentorum copiam ſola conditoris potentia: at ſi quis eſt infirmior,

A πῶς; ὅταν δόξης ὦμεν ἔρημοι, καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίας ἀπεστερημένοι. καὶ γὰρ τὰ σώματα τῶν ἁμαρτωλῶν ἄφθαρτα ἀνίστανται καὶ ἀθάνατα, ἀλλ' ἡ τιμὴ αὕτη ἐφόδιον αὐτοῖς κολάσεως γίνεται καὶ τιμωρίας. ἄφθαρτα γὰρ ἀνίσταται, ἵνα διαπαντὸς καίηται. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πῦρ ἄσβεστόν ἐστιν ἐκεῖνο, τοιούτων αὐτῷ δεῖ καὶ σωμάτων μηδέποτε δαπανωμένων. διὰ τοῦτό φησιν· Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. οὐ γὰρ τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον μόνον, ἵνα ἀναστῶμεν καὶ ἐνδυσώμεθα ἀθανασίαν, ἀλλ' ἵνα ἀναστάντες καὶ ἐνδυσάμενοι τὴν ἀθανασίαν, μὴ γυ-
B μνοὶ δόξης εὑρεθῶμεν, καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίας· ἵνα μὴ τῷ πυρὶ παραδοθῶμεν. διὰ τοῦτό φησιν, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. Εἶτα πάλιν ἀξιοπιστότερον ποιεῖ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, εἰπὼν ὅτι μέλλει καταπίνεσθαι τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς, ἐπήγαγεν· Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο θεός. ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ἐξ ἀρχῆς διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, οὐχ ἵνα ἀπόληται, ἀλλ' ἵνα πρὸς ἀφθαρσίαν ὁδεύῃ. ὥστε καὶ ἡνίκα τὸν θάνατον συνεχώρησε, μετὰ τοιαύτης αὐτὸν
C συνεχώρησε γνώμης, ἵνα σωφρονισθεὶς ἀπὸ τῆς κολάσεως, καὶ βελτίων γενόμενος, δυνηθῇ πρὸς τὴν ἀθανασίαν ἀξιωθῆναι πάλιν. καὶ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς αὕτη παρὰ τῷ θεῷ ἐκράτει ἡ βουλὴ καὶ ἡ γνώμη, καὶ μετὰ ταύτης τῆς ψήφου τὸν πρῶτον διέπλασεν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ εὐθέως καὶ ἐξ αὐτῶν ἡμῖν ἠνίξατο τῶν προοιμίων. Εἰ γὰρ μὴ ἐβούλετο τὰς θύρας ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς τῆς ἀναστάσεως ἀνοῖξαι, οὐκ ἂν ἀφῆκε τὸν Ἄβελ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιδειξάμενον, καὶ φίλον αὐτῷ γεγενημένον, παθεῖν ἅπερ ἔπαθε. νυνὶ δὲ ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, ὅτι πρὸς ἑτέραν ζωὴν
D ὁδεύομεν, καί τις αἰὼν ἕτερος ὑπολέλειπται τῶν δικαίων, ἔχων τὰς ἀμοιβὰς καὶ τοὺς στεφάνους ἀποκειμένους, τὸν πρῶτον γενόμενον δίκαιον μὴ λαβόντα ἐνταῦθα τοὺς μισθοὺς, ὧν ἐπόνεσεν, ἀφῆκεν ἀπελθεῖν βοῶντα, δι' ὧν ἔπαθε, πᾶσι καὶ λέγοντα, ὅτι μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ζωὴν ἐστὶν ἀνταπόδοσίς τις καὶ μισθὸς καὶ ἀμοιβή. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἐνὼχ μετέθηκε, καὶ τὸν Ἡλίαν ἀνήρπασεν, αἰνιττόμενος ἡμῖν τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως δόγμα. ἀρκεῖ μὲν οὖν εἰς πληροφορίαν ἡ τοῦ ποιοῦντος δύναμις. Εἰ δὲ ἀσθενέστερος τίς ἐστι,

καὶ βούλεται ἀπόδειξιν ἑτέραν λαβεῖν καὶ ἐνέχυρον τῆς μελλούσης ἀναστάσεως, καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας ἔδωκεν ὁ θεός, τὴν τοῦ πνεύματος χάριν μετὰ πολλῆς ἐπαφεὶς τῆς ἀφθονίας. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ποιήσας ἀξιόπιστον τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἀπὸ τοῦ θεὸν εἶναι τὸν δημιουργοῦντα, ἐπάγει καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν, λέγων· Ὅτι καὶ ἀῤῥαβῶνα ἡμῖν ἔδωκεν, οὐ χρημάτων, οὐδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, ἀλλ' ἀῤῥαβῶνα πνεύματος. ὁ δὲ ἀῤῥαβὼν, μέρος ἐστὶ τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὲρ τοῦ παντὸς πιστός. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν συμβολαίων, ὁ τὸν ἀῤῥαβῶνα δεξάμενος ὑπὲρ τοῦ παντὸς θαῤῥεῖ λοιπὸν καὶ πεπίστευκεν, οὕτω καὶ σὺ λαβὼν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος, τὰ χαρίσματα λέγω, μηκέτι ἀμφίβαλλε περὶ τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν. ὁ γὰρ νεκροὺς ἀναστὰς, ὁ τυφλοὺς θεραπεύων, ὁ δαίμονας ἀπελαύνων, ὁ λεπροὺς καθαίρων, ὁ νοσήματα διορθούμενος, ὁ θάνατον λύων, ὁ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα δυνάμενος ἐν ἐπικήρῳ καὶ θνητῷ σώματι, ποίας τεύξῃ συγγνώμης ἀμφιβάλλων περὶ τῆς ἀναστάσεως; εἰ γὰρ μηδέπω τοῦ καιροῦ τῆς ἀντιδόσεως παραγενομένου, ἀλλ' ἔτι τῶν παλαισμάτων ἑστώτων, τοσούτοις ἡμᾶς ἠμείψατο στεφάνοις ὁ θεὸς, ἐννόησον ἅπερ σοι κατὰ τὸν καιρὸν τὸν τῶν βραβείων δώσει τὰ ἀγαθά. εἰ δὲ λέγοι τις, ἀλλ' οὐχ ὁρῶμεν ταῦτα νῦν γινόμενα τὰ σημεῖα, οὐδὲ ἡμεῖς τοσαύτην ἔχομεν δύναμιν· ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐδὲν διαφέρει, εἴτε νῦν, εἴτε πρότερον ταῦτα γεγένηται. ὅτι γὰρ ἔμπροσθεν ἐγένετο παρὰ τῶν ἀποστόλων, μαρτυροῦσιν αἱ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαι, καὶ δῆμοι, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη προσδραμόντα τοῖς ἰδιώταις καὶ ἁλιεῦσιν. οὐ γὰρ ἂν τῆς οἰκουμένης ἐκράτησαν οἱ ἀγράμματοι καὶ πτωχοὶ καὶ πένητες καὶ εὐτελεῖς, εἰ μὴ τὴν τῶν σημείων εἶχον βοήθειαν. πλὴν ἀλλ' οὔτε σὺ τῆς τοῦ πνεύματος ἔρημος γέγονας χάριτος, ἀλλὰ πολλὰ ἔτι καὶ νῦν μένει τῆς δωρεᾶς ἐκείνης σύμβολα, αὐτῶν τούτων τῶν ἀπηριθμημένων πολλῷ μείζονα καὶ θαυμαστότερα. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον σῶμα τελευτῆσαν ἀναστῆσαι, καὶ ψυχὴν νεκρωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλάξαι τῆς ἀπωλείας ἐκείνης, ὃ διὰ τοῦ βαπτίσματος γίνεται. οὐκ ἔστιν ἴσον νοσήματα ἀπελάσαι σαρκὸς, καὶ ἁμαρτιῶν φορτίον ἀποθέσθαι. οὐκ ἔστιν ἴσον ὄμμα πεπηρωμένον διορθῶσαι, καὶ ψυχὴν ἐσκοτισμένην φωτὶ καταλάμψαι. εἰ γὰρ μὴ ἦν ἀῤῥαβὼν τοῦ πνεύματος καὶ νῦν, οὐκ ἂν συνέστη τὸ βάπτισμα, οὐκ ἂν ἁμαρτημάτων ἄφεσις ἐγένετο, οὐκ ἂν δι-

& aliam inſuper demonſtrationem habere vult, & pignus futuræ reſurrectionis etiam idipſum nobis Deus magna liberalitate dedit, ſpiritus ſcilicet gratiam. Quocirca cùm Paulus de reſurrectione ſermonem habuiſſet fideliſſimum, de Chriſti reſurrectione, eo quod Deus eius author eſſet, adducit & hoc tertium. Et arrabonem nobis dedit, non auri nec argenti, ſed arrabonem ſpiritus. Arrabo autem pars eſt totius, & de toto fides. Nam ſicut in conuiuiis, qui acceperit arrabonem, fidem habet, & ſecurus eſt de toto reliquo: ita & tu cum acceperis arrabonem ſpiritus, dona inquam, non iam dubitare debes de cæteris bonis tibi repoſitis. Qui enim excitauit mortuos, curauit cœcos, dæmones expulit, leproſos mundauit, morbos emendauit, mortem ſoluit, & tanta ac talia potens eſt facere, & incredulus es? tu in fragili & mortali corpore, quam aſſequêris veniam, de reſurrectione dubitans? Si enim cùm nondum reſurrectionis tempus aduenit, ſed cùm adhuc certatur, tantas reddit tibi coronas Deus: cogita, quanta præmiorum tempore bona daturus ſit. At ſi quis dicat, ſed non videmus hæc ſigna nunc fieri, neque nobis tanta virtus concredita eſt? illud reſponderim quod nihil differt, ſiue nunc, ſiue olim hæc facta ſint. Nam quæ prius ab Apoſtolis ſunt facta, teſtantur per omnem orbem Eccleſiæ, & populi, & ciuitates, & gentes, quæ ad idiotas ac piſcatores recurrerunt. Neque enim toti orbi præualuiſſent illiterati, & inopes, & pauperes, & viles, niſi miraculis adiuti. Verùm nec tu gratiæ ſpiritus factus es expers. Etiamnum multa ſunt donationis illius ſymbola, atque his quæ enumerata multò maiora, & magis admiranda. Non enim æquale eſt, corpus mortuum & animam à peccatis occiſam ab interitu liberare, quod per baptiſmum fit. Non æquale eſt, pellere morbum carnis, & abiicere pondus animæ. Non eſt æquale, oculum cæcatum reſtituere, & animam obtenebratam illuſtrare. Niſi enim nunc etiam eſſet arrabo ſpiritus, neque baptiſma adhibitū eſſet, neque peccatorū remiſſio, neque

2. Cor. 5.

2. Cor. 5. 5.

Arrabo quid.

Cur miracula iam non fiant.

iuſtitia & ſanctificatio facta eſſet, neque adoptionem filiorum Dei accepiſſemus: neque percepiſſemus myſteria. Corpus enim & ſanguis myſticus non fiunt abſque ſpiritus gratia. Neque ſacerdotes habuiſſemus, neque has ordinationes ſine tali viſitatione fieri poſſibile. Sed multa poſſemus dicere gratiæ ſpiritus ſymbola, & quòd etiam tu ſpiritus arrabonem habes, & mortem animæ pellis, cæcitatémque cogitationum, & vitæ exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præſertim cùm talia accepimus pignora, ſed vndequaque de reſurrectione ſermonem ſolidum colligentes, vitam tantis dogmatis dignam exhibeamus, vt & aſſequamur hîc bona incorruptibilia, quæ ſermonem ac mentem humanam tranſcendunt. Quæ omnibus concedat, gratia miſericordia ſua Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per quem, & cum quo patri gloria, ſimúlque ſpiritui ſancto, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς, οὐκ ἂν υἱοθεσίας ἐτύχομεν, οὐκ ἂν μυστηρίων ἀπηλαύσαμεν (σῶμα γὰρ καὶ αἷμα μυστικὸν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος χωρίς) οὐκ ἂν ἱερέας ἐσχήκαμεν· οὐδὲ γὰρ ταύτας δυνατὸν τὰς χειροτονίας δίχα ἐκείνης τῆς ἐπιφοιτήσεως γίνεσθαι. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος σύμβολα. ὥστε καὶ σὺ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἔχεις, καὶ νέκρωσιν ἀπωθοῦ ψυχῆς, καὶ πήρωσιν λογισμῶν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον ἀποδύσω βίον. μὴ τοίνυν ἀσχάλλωμεν περὶ τῶν μελλόντων, τοιαῦτα λαβόντες ἐνέχυρα· ἀλλὰ πανταχόθεν τὸν B περὶ τῆς ἀναστάσεως συλλέξαντες λόγον, καὶ βίον ἄξιον τῶν δογμάτων ἐπιδειξώμεθα τούτων ἵνα καὶ τῶν ἀκινήτων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, τῶν πάντα λόγον ὑπερβαινόντων καὶ νοῦν ἀνθρώπινον· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ ἡ δόξα τῷ πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Κατὰ μεθυόντων καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν λόγος, λεχθεὶς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα.

Aduerſus ebrietatem & de Reſurrectione ſermo habitus in ſancta magna Dominica Paſchæ.

Interprete Frontone Ducæo Societ. Ieſu Theologo.

Ex edit. Ingolſtad. 1595. apud Dan. Sartor.

IEiunij ſarcinam depoſuimus, ſed ne fructum ieiunij deponamus: poſſumus enim ieiunij ſarcinam deponere & ieiunij fructum decerpere. Præterit labor certaminum, ſed non prætererit ſtudiũ rectè factorum: ieiunium abiit, ſed religio maneat: imò verò ne ieiunium quidem abiit. Veruntamen nolite timere: hoc enim dixi, non vt alteram vobis quadrageſimam promulgarem, ſed vt vobis eandem virtutem annunciarem: ieiunium præteriit corporale: ſed ieiunium non præterijt ſpirituale: hoc melius eſt illo, & illud propter hoc eſt inſtitutum. Quemadmodum, cùm ieiunaretis, dicebam vobis fieri poſſe, vt quis ieiunando non ieiunet. Ænigma fortaſſe videtur id quod dictum eſt; verùm ego quæſtioni ſolutionem adiungam. qui fieri poteſt vt quis ieiunando non ieiunet? cùm quis à cibis quidem abſtinet, non abſtinet autem à peccatis. qui poteſt fieri, vt non ieiunando quis ieiunet?

C Ἀπεθέμεθα τῆς νηστείας τὸ φορτίον, ἀλλὰ μὴ ἀποθώμεθα τῆς νηστείας τὸν καρπόν. ἔστι γὰρ φορτίον ἀποθέσθαι νηστείας, καὶ καρπὸν δρέπεσθαι νηστείας. παρῆλθεν ὁ πόνος τῶν ἀγώνων, ἀλλὰ μὴ παρέλθῃ ἡ σπουδὴ τῶν κατορθωμάτων. ἀπῆλθεν ἡ νηστεία, ἀλλὰ μενέτω ἡ εὐλάβεια· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡ νηστεία ἀπῆλθεν. ἀλλὰ μὴ φοβηθῆτε· τοῦτο γὰρ εἶπον οὐχ ἵνα ἑτέραν ὑμῖν κηρύξω τεσσαρακοστὴν, ἀλλ' ἵνα τὴν αὐτὴν ὑμῖν ἀρετὴν καταγγέλλων. παρῆλθεν ἡ νηστεία ἡ D σωματικὴ· ἀλλ' οὐ παρῆλθεν ἡ νηστεία ἡ πνευματική. αὕτη βελτίων ἐκείνης, κἀκείνη διὰ ταύτην ἐγένετο, ὥσπερ, ὅτε ἐνηστεύετε, ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἔνι νηστεύοντα μὴ νηστεύειν· οὕτω καὶ νῦν λέγω, ὅτι ἔνι μὴ νηστεύοντα νηστεύειν. τάχα αἴνιγμα εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἐγὼ τὴν λύσιν ἐπάγω τῷ αἰνίγματι· πῶς ἔστι νηστεύοντα μὴ νηστεύειν; ὅταν τις βρωμάτων μὲν ἀπέχηται, ἁμαρτημάτων δὲ μὴ ἀπέχηται. πῶς ἔστι μὴ νηστεύοντα νηστεύειν,

ὅταν τις τροφῆς μὲν ἀπολαύῃ, ἁμαρτίας δὲ μὴ γεύηται. αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ νηστεία· οὐ βελτίων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κουφοτέρα. ἐπ' ἐκείνης τῆς νηστείας ἀσθένειαν προεβάλλοντο πολλοὶ σωματικὴν, κνησμὸν χαλεπόν. ψώρας ἐμπέπλησμαι φησὶν, ἀλουσίαν οὐχ ὑπομένω· ἡ ὑδροποσία με διαφθείρει· λαχάνων ἀπογεύεσθαι οὐ δύναμαι· πολλὰ τοιαῦτα ἤκουον τότε λεγόντων πολλῶν· ἐπὶ τῆς νηστείας ταύτης οὐδὲν τοιοῦτον ἔστιν εἰπεῖν. ἀπόλαυε λουτρῶν· μέτεχε τραπέζης· οἰνοποσίᾳ κέχρησο συμμέτρῳ· κἂν κρεῶν ἀπογεύεσθαι μέλλῃς, ὁ κωλύων οὐδείς· πάντων ἀπόλαυσον· μόνον ἁμαρτίας ἀπόστηθι. εἶδες πῶς πᾶσιν αὕτη ῥᾳδία ἡ νηστεία; οὐκ ἔστι σώματος ἀσθένειαν προβαλέσθαι· τῆς ψυχῆς καθαρόν ἐστι τὸ κατόρθωμα. ἔστι καὶ μὴ πίνοντα οἶνον μεθύειν, καὶ πίνοντα οἶνον σωφρονεῖν· καὶ ὅτι ἔστιν ἄνευ οἴνου μέθη, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. καὶ πῶς ἐστιν ἄνευ οἴνου μεθύειν; ὅταν τὸ ἄκρατον τῶν παθῶν μὴ κεράσῃς εὐσεβεῖ λογισμῷ. ἔστι καὶ πίνοντα οἶνον μὴ μεθύειν· καὶ ἐὰν μὴ τοῦτο ᾖ, οὐκ ἂν τοῦτο ἐπέταξεν ὁ Παῦλος τῷ Τιμοθέῳ γράφων οὕτως· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας. μέθη γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἀλλ' ἡ ἔκστασις τῆς κατὰ φύσιν φρενῶν, παραφροσύνη λογισμῶν, ἐρημία διανοίας, πενία συνέσεως· ταῦτα δὲ οὐχ ἡ μέθη ποιεῖ μόνον ἐξ οἴνου, ἀλλὰ καὶ μέθη ἐξ ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπου. καθάπερ γὰρ πυρετὸν μὲν ποιεῖ ἀγρυπνία· ποιεῖ δὲ κόπος· ποιεῖ δὲ ἀθυμία· ποιεῖ δὲ χυμὸς διεφθαρμένος· καὶ διάφορος μὲν ἡ ὑπόθεσις, ἓν δὲ τὸ πάθος καὶ τὸ νόσημα· οὕτω καὶ ἐπὶ τούτων· ποιεῖ μὲν οἶνος μέθην· ποιεῖ δὲ ἐπιθυμία· ποιεῖ δὲ χυμὸς διεφθαρμένος· καὶ διάφορος μὲν ἡ ὑπόθεσις, ἓν δὲ τὸ πάθος καὶ τὸ νόσημα. ἀπεχώμεθα μέθης· οὐ λέγω ἀπεχώμεθα οἴνου, ἀλλ' ἀπεχώμεθα μέθης· οὐκ οἶνος ποιεῖ μέθην· κτίσμα γάρ ἐστι θεοῦ· θεοῦ δὲ κτίσμα οὐδὲν ποιεῖ πονηρὸν, ἀλλὰ προαίρεσις πονηρὰ ποιεῖ μέθην. καὶ ὅτι ἔστι καὶ ἄλλως μεθύειν οὐχὶ οἴνῳ μόνῳ, ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, δεικνὺς ὅτι ἔστι καὶ ἄλλως μεθύσκεσθαι· μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν

A cùm quis alimentis quidem fruitur, peccatum verò non guſtat. hoc melius eſt illo ieiunium, neque melius tantùm, ſed etiam leuius. illius ieiunii tempore multi corporis imbecillitatem obtendebant, moleſtum pruritum: Scabie repletus ſum, inquit, illuuiem non fero: aquæ potus me enecat: olera deguſtare non poſſum: multa eiuſmodi qui tum dicerent audiebam multos: de hoc ieiunio nihil tale dici poteſt, fruere balneis: menſæ particeps eſto: vini vtere potu moderato, licet deguſtare carnes pares: eſt qui prohibeat nemo: omnibus frue- B re, tantùm abſtine à peccato. Vides vt omnibus facile ſit hoc ieiunium? non corporis imbecillitatem licet obtendere: merum eſt animæ rectè factum. Poteſt etiam quiſpiam non bibendo vinum ebrius eſſe, & vinum bibendo ſobrius eſſe. Atque ebrietatem eſſe abſque vino diſce ex Propheta dicente, Væ qui ebrij eſtis abſque vino. *Eſa. 5. 22.* & quomodo fieri poteſt vt abſque vino quis inebrietur? cùm perturbationum merũ religioſa ratione, pia cogitationi minimè temperaris. Poteſt & aliquis bibendo vinũ ebrius non eſſe: ac C ne ita eſſet, nũ hoc Timotheo Paulus imperaſſet, ad eũ ſcribens in hæc verba: Modico vino vtere propter ſtomachum & frequentes tuas infirmitates. *1. Tim. 5. 23.* nihil quippe aliud eſt ebrietas, quàm animi de natiua ſanitate deturbatio, deprauatio ratiocinationum, mentis penuria, vacuitas intellectus. iſta verò non ebrietas efficit tantum ex vino, verùm ebrietas etiam ex ira & cupiditate à ratione aliena. Nam quemadmodum febrem gignunt vigiliæ, gignit & fatigatio, gignit triſtitia, gignit quoque vitiatus chymus, & diuerſa D quidem eſt cauſa, vna verò paſſio & ægritudo: ſic & in iſtis ebrietatẽ parit quidem vinum, parit & cupiditas, parit & chymus corruptus; & diuerſa quidem eſt materia, vna verò paſſio & ægritudo. Abſtineamus ab ebrietate: non dico, abſtineamus à vino, ſed, ab ebrietate abſtineamus. non vinũ efficit ebrietatem: eſt enim Dei creatura. Dei porrò creatura nihil efficit mali, ſed voluntas maligna efficit ebrietatem. Atque vt ſcias aliter etiam poſſe quempiam ebrium fieri non ſolo vino, audi quid dicat Paulus: Nolite inebriari vino, indicans aliter etiam ebrios eſſe nos poſſe Nolite inebriari vino, in quo eſt

A luxuria: mirabili quadā ratione paucis verbis omnē ebrietatis accuſationem cōplexus eſt. Quid eſt, Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria? Luxurioſos inter iuuenes eos vocamus, qui cùm paternam creuerint hæreditatē, cuncta confeſtim dilapidant, nec perpendunt cui dandum ſit, & quando ſit dandum, ſed nullo delectu & veſtes & aurum & argentum omnéſque paternas opes in meretrices & impudicos diſtribuunt. tale quiddam eſt ebrietas: tanquam iuuenem luxurioſū inuadens mentem ebriorum, ratione ſeruituti mancipata, noſtras omnes animi ſenſorum opes inconſideratè ac B ſine vlla animi attentione cogit effundere. Qui ebrius eſt, neſcit quid dicēdum ſit, quid tacendum; ſed perpetuo patēs nullaque obſtructum ianua eſt os eius: non vectis appoſitus eſt labris, non ianua. qui ebrius eſt diſponere ſermones ſuos in iudicio neſcit: mentis diuitias adminiſtrare neſcit: non nouit hæc quidem recondere, illa verò expendere, ſed omnia illa ad impenſas & effuſiones traducuntur. Spontaneus eſt furor ebrietas, proditio cogitationum, ebrietas ridicula C calamitas, morbus ſannis expoſitus, voluntarius dæmon & ipſa moleſtior inſania. Vin tu diſcere, quo pacto dæmoniaco ebrius ſit deterior? miſeremur eius qui à dæmonio vexatur, at hunc odiſſe ſolemus. illi condolemus, huic autem iraſcimur & indignamur. quid ita? illius enim morbus iniuria, huius verò negligētia eſt appellādus: in illo inſidiæ inimicorum, in hoc inſidiæ conſiliorum. nec aliter affectus eſt ebrius ac dæmoniacus: pariter circūagitur: pariter de ſtatu mentis deiectus eſt: pariter concidit: pariter oculorū D pupillas contorquet: pariter iacens in terra pedes iactat: ſpumā ex ore proiicit, & ita fœtentem ſaliuam effundit atque os eius intolerabili fœtore repletum eſt. iniucundus amicis eſt vir eiuſmodi, ridiculus inimicis, contemptibilis famulis, vxori ingratus, omnibus odioſus, ipſis beſtiis moleſtior: beſtiæ eouſque bibunt quouſque fert ſitis, & cupiditatem ſiſtunt neceſſitate. hic temperātia cupiditatem tranſilit, & ratione carentibus à ratione alienior apparet. Verum illud multo intolerabilius eſt, quod morbus tot malis redundans, totque ſecum inuehens calamitates, ne crimen quidem cenſetur, ſed in diuitum

Epheſ. 5. 18.

Ebrius dæmoniaco deterior.

ἀσωτία. θαυμασίως ἐν βραχεῖ ῥήματι πᾶσαν τῆς μέθης τὴν κατηγορίαν εἶπε. τί ἐστι, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία; ἀσώτους τῶν νέων ἐκείνους καλοῦμεν τοὺς πατρῷον διαδεξαμένους κλῆρον, καὶ πάντα ἀθρόον ἐκφοροῦντας, καὶ μὴ λογιζομένους, τίνι χρὴ δοῦναι, καὶ πότε δοῦναι, ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ ἱμάτια, καὶ χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ πάντα τὸν πατρῷον πλοῦτον διανέμοντας εἰς πόρνας καὶ λάγνους. τοιοῦτόν ἐστιν ἡ μέθη· ὥσπερ ἄσωτον λαβοῦσα νέον τὴν διάνοιαν τῶν μεθυόντων, καὶ αἰχμαλωτίσασα τὸν λογισμόν, ἅπασαν ἡμῶν τὴν οὐσίαν τῶν νοημάτων ἀπερισκέπτως καὶ χωρίς τινος B ἀκριβείας ἐκχέειν καταναγκάζει. ὁ μεθύων οὐκ οἶδε τί μὲν εἰπεῖν χρή, τί δὲ σιγῆσαι, ἀλλ' ἀθύρωτον αὐτοῦ τὸ στόμα διηνεκῶς· μοχλὸς οὐκ ἐπίκειται, οὐδὲ θύρα τοῖς χείλεσιν. ὁ μεθύων οὐκ οἶδεν οἰκονομῆσαι τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει. οὐκ οἶδε διαθεῖναι τὸν πλοῦτον τῆς διανοίας· οὐκ οἶδε τὰ μὲν ἀποθέσθαι, τὰ δὲ ἀναλῶσαι· ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα δαπάνη καὶ ἔξοδος. ἑκούσιος μανία, μέθη, προδοσία λογισμῶν, μέθη συμφορὰ καταγελωμένη, νόσημα χλευαζόμενον, δαίμων αὐθαίρετος, καὶ παραφροσύνης χαλεπωτέρα. βού- C λει μαθεῖν πῶς ὁ μεθύων τοῦ δαιμονῶντός ἐστι χείρων; τὸν δαιμονῶντα πάντες ἐλεοῦμεν, τὸν δὲ μεθύοντα μισοῦμεν· ἐκείνῳ συναλγοῦμεν, τούτῳ δὲ ὀργιζόμεθα καὶ ἀγανακτοῦμεν. τί δήποτε; ἐκείνῳ μὲν ἐπήρεια, τούτῳ δὲ ῥᾳθυμία τὸ πάθος· ἐκείνῳ ἐπιβουλὴ ἐχθρῶν, τούτῳ δὲ ἐπιβουλὴ λογισμῶν. καὶ τοιαῦτα πάσχει τῷ δαιμονῶντι ὁ μεθύων· ὁμοίως περιφέρεται· ὁμοίως ἐξέστηκεν· ὁμοίως καταπίπτει· ὁμοίως διαστρέφει τὰς κόρας· ὁμοίως σπαίρει κείμενος ἐπὶ τῆς γῆς· ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος προΐεται, καὶ οὕτως ἐκχεῖ σίελον σεσηπότα, καὶ D δυσωδίας ἐμπέπλησται τὸ στόμα ἀφορήτου. φίλοις ἀηδὴς ὁ τοιοῦτος, ἐχθροῖς καταγέλαστος, οἰκέταις εὐκαταφρόνητος, γυναικὶ ἀτερπής, πᾶσι φορτικός, τῶν ἀλόγων αὐτῶν ἀτερπέστερος. τὰ ἄλογα μέχρι τότε πίνει ἕως ἂν διψῇ, καὶ τῇ χρείᾳ τὴν ἐπιθυμίαν ἵστησιν· οὗτος δὲ τῇ ἀκολασίᾳ παρέρχεται τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ γέγονε τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι νόσημα τοσούτων γέμον κακῶν καὶ τοσαύτας ἔχον συμφορὰς οὐδὲ ἔγκλημα εἶναι νομίζεται· ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν

πλουτούντων τραπέζαις ἅμιλλα καὶ ἀγὼν ὑπὲρ τῆς ἀσχημοσύνης γίνεται ταύτης· καὶ φιλονεικοῦσι μειζόνως πρὸς ἀλλήλους τίς ἑαυτὸν παραδειγματίσῃ· τίς πλείονα παράσχῃ γέλωτα· τίς μᾶλλον διαλύσῃ τὰ νεῦρα· τίς μᾶλλον καταλύσῃ τὴν δύναμιν· τίς τὸν κοινὸν δεσπότην παροξυνῇ πλέον· καὶ ἔστιν ἰδεῖν στάδιον καὶ ἅμιλλαν διαβολικήν. ὁ μεθύων τῶν νεκρῶν ἀθλιώτερος· ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἀναίσθητος κεῖται, καὶ πρὸς τὰ καλὰ καὶ πρὸς τὰ κακὰ ἀνενέργητος· οὗτος δὲ πρὸς τὴν τῶν κακῶν ἐργασίαν ἐστὶν ἐπιτήδειος· καὶ καθάπερ ἐν μνήματι τῷ σώματι τὴν ψυχὴν κατορύξας, νεκρὸν περιφέρει τὸ σῶμα. Εἶδες πῶς τοῦ δαιμονῶντός ἐστιν ἀθλιώτερος; πῶς τῶν νεκρῶν ἀναισθητότερος; βούλει τὸ πάντων τούτων μεῖζον εἴπω καὶ χαλεπώτερον; οἱ μεθύοντες εἰς βασιλείαν οὐρανῶν εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. τίς ταῦτά φησι; Παῦλος. μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοί, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ κληρονομήσουσιν. ἤκουσας εἰς ποῖον αὐτὸν ἔταξε χορόν; μετὰ τῶν ἠσελγηκότων, μετὰ τῶν πορνευσάντων, μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, μετὰ τῶν μοιχῶν, μετὰ τῶν λοιδόρων, μετὰ τῶν πλεονεκτῶν, μετὰ τῶν ἁρπάγων. τί οὖν, φησιν, ὁ μεθύων καὶ ὁ ἠσελγηκὼς τὸ αὐτό; ὁ μεθύων καὶ ὁ εἰδωλολάτρης τὸ αὐτό; μή μοι λέγε ταῦτα ἄνθρωπε· νόμους ἀνέγνων θείους· ἐμὲ τὰς εὐθύνας μὴ ἀπαίτει. Παῦλον ἐρώτησον, καὶ αὐτὸς ἀποκρίνεται. εἰ μὲν γὰρ σὺν αὐτοῖς ἢ μὴ μετ᾽ αὐτῶν καταττάτεται τῇ κολάσει, οὐκ ἔχω λέγειν· ὅτι δὲ καὶ ὁμοίως τῷ εἰδωλολάτρῃ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐκπίπτει, τοῦτο σφόδρα ἂν διϊσχυρισαίμην. τούτου δὲ ὁμολογουμένου τί λοιπὸν ἐμὲ εὐθύνας ἀπαιτεῖς τοῦ μέτρου τῆς ἁμαρτίας; ὅταν γὰρ ἔξω μείνῃ τῶν θυρῶν· ὅταν ἐκπέσῃ τῆς βασιλείας· ὅταν ἔρημος γένηται τῆς σωτηρίας· ὅταν εἰς τὴν κόλασιν αἰώνιον παραπεμφθῇ· τί μοι μέτρα ἁμαρτημάτων καὶ ζυγὰ καὶ σταθμία προτείνεις; οὕτως ἀνεπιτήδειον ἡ μέθη καὶ χαλεπὸν πάνυ. οὐ πρὸς ὑμᾶς λέγω μὴ γένοιτο· πάνυ γὰρ πέπεισμαι, ὅτι καθαρεύει ὑμῶν ἡ ψυχὴ τοῦ νοσήματος καὶ τοῦ πάθους τούτου, καὶ τεκμήριον τῆς ὑγείας ἡ ἐνταῦθα διατριβή, ἡ μετὰ σπουδῆς σύνοδος, ἡ νήφουσα ἀκρόασις. οὐδεὶς γὰρ οἴνῳ μεθύων ἐπιθυμεῖν θείων λογίων

A mēſis huius turpitudinis gratia pugna oritur atque certamen, atque inter ſe maiori ſtudio contendunt, quis ſeipſum magis infamet, quis maiorem ſubſannandi occaſionem præbeat, quis neruos amplius infringat, quis vires amplius debilitet, quis communem dominum grauius irritet: ac videre eſt ſtadium certamenque diabolicum. ebrius mortuis miſerior eſt: ſiquidem ille ſenſu deſtitutus iacet, neq; bona vlla vel mala poteſt operari; hic verò ad mala exequenda prōptus eſt, & anima in corpore tanquā in monumēto defoſſa mortuum corpus circūfert. Vides vt miſerior ſit dæmoniaco, vt magis quā mortui ſenſu deſtitutus? Vin' tu dicā id quod his omnibus maius eſt & grauius; ebrius homo in regnum cœlorum intrare non poteſt. quis hæc dicit? Paulus. Nolite errare: neque fornicarij, neq; idolis ſeruiētes, neque adulteri neque molles, neque maſculorū concubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebūt. Audiſti qualem in turbā ipſum coniecerit? cum impudicis, cum ſcortatoribus, cum idololatris, cum adulteris, cum maledicis, cum auaris, cum rapacibus. Quid ergo? dicet aliquis, idemne eſt ebrius & impudicus? idē ebrius & idololatra? noli mihi hæc obiicere mi homo, leges diuinas ego recitaui, à me rationem ne exigas: Paulum interroga, tum ipſe reſpondebit: num enim cum ipſis aut ſeorſim ab ipſis ſupplicio addicatur, non poſſum dicere: porro, non minus quam idololatram, illum à regno cœlorum excludere, id verò oppido confirmabo. Cùm igitur hoc in cōfeſſo ſit, quid à me deinceps rationem repoſcis de peccati menſura? cum enim extra fores remaneat, cùm à regno excidat, cùm expers fiat ſalutis, cùm ad ſupplicium amandetur æternum, quid tu mihi peccatorum menſuras & bilāces & trutinas profers? Indigna prorſus res eſt ebrietas, dilectiſſimi, & importuna valde non mea vos ſpectat oratio: abſit: planè ſiquidem credo veſtram animam ab ægritudine hac & morbo eſſe immunem: ac veſtræ ſanitatis argumentum eſt, quod hic verſemini, quod huc diligenter cōueniatis, quod attente audiatis: nemo, qui vino inebrietur, diuinorum eſſe cupidus eloquiorū poteſt. 1. Cor. 6. 9.

Ephe. 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu: præclara eſt hæc ebrietas: hac Spiritus crapula tuam animam ſopora, ne ebrietate ſopores: præoccupa mentem & cogitationes, ne locum impudens ille morbus inueniat. Propterea nõ dixit, participes eſtote Spiritus, ſed implemini Spiritu: ad ſummum vſque mentem tanquã calicem imple Spiritu, ne quicquam deinceps inijcere poſſit diabolus: non enim quouis modo participes nos fieri Spiritu iam oportet, ſed Spiritu impleri, pſalmis, hymnis, canticis ſpiritualibus, quibus hodie repleti eſtis: quapropter de temperãtia veſtra confido. Præclarus eſt nobis ebrietatis calix: eſt calix ebrietatis, qui tẽperantiam gignit, non paralyſim. Quisnam ille porro? calix Spiritualis, calix ſalutaris, calix impollutus dominici ſanguinis: non gignit ebrietatem ille calix, non paralyſim gignit. Non enim vires diſſoluit, ſed vires excitat; ille nõ non neruos infringit: ſobrietatẽ quippe affert; ille angelis venerandus eſt, hominibus pretioſus, domino amabilis. Vides quid dicat Dauid de ſpirituali calice iſto, qui propoſitus eſt in

Pſ. 22. 5. hac menſa? Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulãt me: Impinguaſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quàm præclarus eſt. Etenim ne audito nomine ebrietatis ſubito metueres, & eiuſmodi putares eſſe, vt infirmitatem inducat, adiunxit eſſe præclarum & firmum: nouum ebrietatis genus, robur immittit & validum reddit ac potentem: quippe quod ex ſpirituali petra profluxerit: non eſt deprauatio cogitationum, ſed ſpiritualium cogitationum accumulatio: hac ebrietate ebrij ſimus, ab illa vero abſtineamus, ne præſentem ſolennitatem dedecore afficiamus: nõ enim terræ tãtùm, ſed & cœli eſt præſens ſolennitas: hodie gaudium eſt in

Luc. 15. terra: hodie gaudium in cœlo: ſi enim vno peccatore conuerſo gaudium eſt in terra & cœlo; multo magis extorto de diaboli manibus toto orbe terrarum gaudium erit in cœlo. Nunc exultant angeli: nunc lætantur archangeli: nunc Cherubim & Seraphim hoc nobiſcum feſtum celebrant: non illos pudet conſeruorum, ſed noſtris bonis gratulantur:

A δυνάμει. μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι· αὕτη ἡ καλὴ μέθη· κάρωσον σου τὴν ψυχὴν τῷ πνεύματι, ἵνα μὴ καρώσῃς τῇ μέθῃ· προκατάλαβε τὴν διάνοιαν καὶ τοὺς λογισμοὺς, ἵνα μὴ εὕρῃ χώραν ἐκεῖνο τὸ πάθος τὸ ἀναίσχυντον. διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, μετέχετε πνεύματος, ἀλλὰ πληροῦσθε πνεύματος. ἕως ἄνω τὴν διάνοιαν καθάπερ ποτήριον τοῦ πνεύματος πλήρωσον, ἵνα μηδὲν ἐμβαλεῖν δυνηθῇ λοιπὸν ὁ διάβολος. οὐ γὰρ ἁπλῶς δεῖ μετέχειν λοιπὸν τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ πληροῦσθαι πνεύματος· ψαλμοῖς, ὕμνοις, ᾠδαῖς πνευματι-

B καῖς, ὧν ἐπληρώθητε σήμερον. διὰ τοῦτο θαρρῶ περὶ τῆς σωφροσύνης ὑμῶν. ἔστιν ἡμῖν ποτήριον μέθης καλόν. ἔστι ποτήριον μέθης σωφροσύνην ποιοῦν οὐ παράλυσιν. ποῖον δὲ τοῦτο; τὸ ποτήριον τὸ πνευματικὸν, τὸ ποτήριον τὸ σωτήριον, τὸ ποτήριον τὸ ἄχραντον τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ. ἐκεῖνο οὐ ποιεῖ μέθην, ἐκεῖνο οὐ ποιεῖ παράλυσιν. οὐ γὰρ παραλύει δύναμιν, ἀλλ' ἐγείρει δύναμιν· ἐκεῖνο οὐ καταλύει τὰ νεῦρα· ἐκεῖνο γὰρ νῆψιν ποιεῖ· ἐκεῖνο αἰδέσιμον ἀγγέλοις, φοβερὸν δαίμοσι, τίμιον τοῖς ἀνθρώποις, ἐπέραστον τῷ δεσπότῃ. ὁρᾷς πῶς φη-

C σιν ὁ Δαβὶδ περὶ τοῦ ποτηρίου τούτου τοῦ πνευματικοῦ τοῦ ἐν τῇ τραπέζῃ ταύτῃ κειμένου; ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡσεὶ κράτιστον. ἵνα γὰρ μὴ ἀκούσας μέθης ὄνομα φοβηθῇς εὐθέως, καὶ νομίσῃς ἀσθενείας εἶναι ποιητικὸν, ἐπήγαγεν ὅτι κράτιστόν ἐστι καὶ ἰσχυρόν. καινὸς τρόπος μέθης, ἰσχὺν ἐντίθησιν, ἐγκρατῆ ποιεῖ καὶ δυνατόν. ἀπὸ γὰρ τῆς πέτρας ἐρρύη τῆς πνευματικῆς. οὐκ ἔστι παρατροπὴ λογισμῶν, ἀλλὰ προσθήκη λο-

D γισμῶν πνευματικῶν. ταύτην μεθυσκώμεθα τὴν μέθην· ἐκείνης δὲ ἀπεχώμεθα, ἵνα μὴ καταισχύνωμεν τὴν παροῦσαν ἑορτήν· ἑορτὴ γὰρ ἡ παροῦσα οὐχὶ τῆς γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ οὐρανοῦ. σήμερον ἐν γῇ χαρὰ, σήμερον ἐν οὐρανῷ χαρά. εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιστρέφοντι χαρὰ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ, πολλῷ μᾶλλον τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἐξαρπασθείσης τῶν χειρῶν τοῦ διαβόλου. χαρὰ ἔσται ἐν οὐρανῷ. νῦν σκιρτῶσιν ἄγγελοι· νῦν χαίρουσιν ἀρχάγγελοι· νῦν τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ μεθ' ἡμῶν ἑορτάζει τὴν παροῦσαν ἑορτήν. οὐκ ἐπαισχύνονται τοὺς συνδούλους, ἀλλὰ συγχαίρουσι τοῖς ἡμετέροις ἀγα-

εἰ γὰρ ἡμετέρα ἡ χάρις ἡ παρὰ τοῦ δεσπότου, ἀλλὰ κοινὴ καὶ ἐκείνων ἡ ἡδονή. καὶ τί λέγω τοὺς συνδούλους; αὐτὸς ὁ δεσπότης αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν οὐκ ἐπαισχύνεται συνεορτάζειν. καὶ τί χρὴ λέγειν, ὅτι οὐκ ἐπαισχύνεται; Ἐπιθυμία, φησὶν, ἐπεθύμησα τὸ πάσχα τοῦτο μεθ' ὑμῶν φαγεῖν· εἰ δὲ τὸ πάσχα ἐπεθύμησεν ἡμῖν συνεορτάσαι, δῆλον ὅτι καὶ τὴν ἀνάστασιν. ὅταν οὖν ἄγγελοι χαίρωσι, καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων ὁ δεσπότης ἡμῖν συνεορτάζει, τίς λείπεται λοιπὸν εἰς ἀθυμίαν λόγος; μηδεὶς πένης ἔστω κατηφὴς διὰ τὴν πενίαν· ἑορτὴ γὰρ αὕτη πνευματική· μηδεὶς πλούσιος ἐπαιρέσθω διὰ τὸν πλοῦτον· οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τῶν χρημάτων εἰς τὴν ἡδονὴν τῆς ἑορτῆς εἰσενεγκεῖν δύναται ταύτης. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν ἑορτῶν τῶν βιωτικῶν, ἔνθα πολὺς ἄκρατος, ἔνθα τράπεζα πλήθουσα καὶ ἀδηφαγία, ἔνθα ἀσχημοσύνη, καὶ γέλως, ἔνθα πᾶσα πομπὴ Σατανική, εἰκότως ὁ μὲν πένης κατηφὴς, ὁ δὲ πλούσιος ἐν φαιδρότητι. τί δήποτε; ὅτι ὁ μὲν πλούσιος δαψιλῆ παρατίθεται τράπεζαν καὶ μᾶλλον ἀπολαύει τρυφῆς· ὁ δὲ πένης ἀπὸ τῆς πενίας κωλύεται τὴν αὐτὴν φιλοτιμίαν ἐπιδείξασθαι· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον· μία τράπεζα καὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ πένητι· κἂν πλούσιός τις ᾖ, οὐδὲν τῇ τραπέζῃ προσθεῖναι δύναται· κἂν πένης, οὐδὲν ἔλαττον παρὰ τῆς πενίας τὰ τῆς κοινωνίας διακείσεται· θεία γάρ ἐστιν ἡ χάρις. καὶ τί θαυμάζεις εἰ πλουσίῳ καὶ πένητι; αὐτῷ γὰρ τῷ βασιλεῖ τῷ τὸ διάδημα περικειμένῳ, τῷ τὴν ἁλουργίδα ἔχοντι, τῷ τὴν ἐξουσίαν ἐγκεχειρισμένῳ τῆς γῆς, ἐκείνῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῷ πτωχῷ τῷ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθεζομένῳ μία τράπεζα πρόκειται. τοιαῦτα τὰ δῶρα τὰ Δεσποτικά· οὐ τοῖς ἀξιώμασι διαιρεῖ τὴν κοινωνίαν, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει καὶ τῇ διανοίᾳ. μετὰ τῆς αὐτῆς παρρησίας καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πένης πρὸς τὴν τράπεζαν ἔρχονται ταύτην· μετὰ τῆς αὐτῆς τιμῆς· πολλάκις δὲ ὁ πένης καὶ μετὰ πλείονος τιμῆς. τί δήποτε; ὅτι ὁ μὲν βασιλεὺς μυρίοις ἐμπεπλεγμένος πράγμασιν, ὥσπερ ναῦς πανταχόθεν περιρραντίζεται, καὶ πολλὰ περιτρίβεται ἁμαρτήματα· ὁ δὲ πένης ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας φροντίζων μόνον τροφῆς, καὶ τὸν ἀπράγμονα καὶ ἥσυχον ἐπανῃρημένος βίον, ἠρεμῶν, ὥσπερ ἐν λιμένι καθήμενος μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφα-

A etſi enim noſtrum eſt quod à Domino accepimus donum, communis eſt tamen & cum illis voluptas. ſed quid ego conſeruos commemoro? ipſum dominum illorum ac noſtrum nobiſcum celebrare feſtum non pudet: at quid ego rurſus non eum pudere dico? Deſiderio, inquit, deſiderauit hoc paſcha manducare vobiſcum: quòd ſi Paſchæ feſtum celebrare deſiderauit nobiſcū, haud dubium quin reſurrectionē celebrare. Quando igitur angeli gaudent, & archangeli, omniúmque dominus cœleſtium virtutum nobiſcum feſtum concelebrat, quæ tandem ſu- B pereſſe occaſio triſtitiæ poteſt? nullus pauper ob paupertatē ſit mœſtus, hæc enim celebritas eſt ſpiritualis: nullus diues efferatur ob diuitias; nihil enim ex pecuniis ad huius celebritatis voluptatem poteſt conferre. Nam in externis quidem & ſecularibus feſtis, vbi multum merum, vbi menſa referta & ad ſatietatē comeſſatio, vbi turpitudo & riſus, vbi omnis pompa Satanica; meritò pauper quidem ſubtriſtis, hilaris autem eſt diues: quid ita? quia diues quidem opiparam menſam C apponit, deliciiſque ampliùs fruitur: pauper autem à paupertate prohibetur, ne tantam magnificentiam præ ſe ferat: hîc verò nihil tale eſt: vna diuiti & pauperi menſa eſt: licèt diues ſit quiſpiam, nihil adiicere mēſæ poteſt: licèt pauper ſit, nihilo deteriori conditione ob paupertatem in iis quæ ad communionem pertinent, erit: diuina enim eſt gratia: & quid miraris ſi diuiti & pauperi? ipſi enim Imperatori diademate redimito, purpura conueſtito, cui mundi regimen eſt commiſſum, illi Imperatori, & pauperi ad eleemoſynam ſedēti vna eſt menſa pro- D poſita: talia ſunt Dominica dona, non pro ratione dignitatum diſtinguit cōmunicandi rationem, ſed pro conditione voluntatis ac mētis: cum eadem fiducia & Imperator & pauper ad hāc menſam accedunt cum eodem honore: imò etiam perſæpe cum honore pauper ampliori: quid ita? quòd Imperator quidem ſexcētis negotiis implicatus tanquā nauis vndique aſpergatur, ac multa contrahat peccata: pauper autem de neceſſario tantum victu ſollicitus, negotiorum expertem ac tranquillam tranſigens vitam, velut in portu ſedens, cum multa ſecuritate ad men-

Luc. 22. 15.

Sacrorum conuiuiorum & profanorum diſcrimen.

Heli ſenex vir fuit aliàs quidem æquus & probus, ſed qui filiorum improbitatem neſciret corrigere, verum vltra modum liberos amaret. audite quotquot filios habetis, vt amori veſtro pudorique modum faciatis: hinc enim Heli cùm Deum irritaſſet, in *1. Reg. 3.* tantam illum iracundiam inpulit, vt totam gentem fuerit auerſatus. Itaque vt indicaret is, qui hæc ſcripſit, Deum illos admodum auerſatum eſſe, dicebat: Verbum erat pretioſum: & non erat viſio diſtinguens: pretioſum hoc loco rarum appellans: per hæc enim oſtendit rarum fuiſſe tum donum prophetiæ: ac rurſus lugens alius & lamen- *Dan. 3.38.* tans ob iram Dei dicebat, Et non eſt in hoc tempore princeps neque propheta, & rurſus ait Euangeliſta: Nondum enim erat Spiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus. Quoniam enim nondum fuerat crucifixus, *Ioan. 7.39.* non erat Spiritus ſanctus in hominibus datus. Illud quippe, glorificatus, idem valet, quod crucifixus. nam etſi res eſt natura ſua ignominioſa, quia tamen eorum cauſa fiebat quos amabat, gloriam illam Chriſtus appellat. Quære verò, dic quæſo, ante paſſionem non eſt Spiritus datus? quoniam in peccatis erat orbis terrarum, in offenſionibus, odio & ignominia, cum nondum oblatus agnus eſſet, qui mundi tollit peccatum: quoniam igitur nondum crucifixus fuerat Chriſtus, reconciliatio nondum facta erat: cum vero nondum eſſet facta reconciliatio, meritò neque Spiritus mittebatur, ita vt reconciliationis indicium Spiritus mitteretur. Propterea *Ioan. 16.* dicit etiam Chriſtus, Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, ille non veniet: ſi non abiero, & patrem reconciliauero, inquit, Paracletum vobis non mittam. Videtis quam multis ex locis vobis demonſtrarim illud iræ diuinæ ſignum eſſe, quod non ſit in hominibus Spiritus ſanctus? Verbum erat pretioſum, & viſio non erat diſtinguens: Non enim eſt princeps neque propheta in tempore iſto: Nondum enim erat Spiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus: Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim ego non abiero, ille nõ veniet. Itaque ſignum eſt iræ diuinæ, quod non ſit Spiritus ſanctus: cũ copioſe miſſum videris Spiritum ſanctum, nihil de reconciliatione dubites amplius

Ipſe deſcendet de cœlis, in iuſſione, in voce Archangeli: & nos qui viuimus, & reſidui ſumus, obuiam rapiemur in nubibus, in occurſum Domini, in aëra, at non omnes. Quod autem non omnes rapiemur: ſed qui permanſerint, illi ſolum rapientur obuiam, audi quid dicat Chriſtus, Tunc inuenientur duæ molentes in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur: duo in lecto vno erunt, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Quid ſibi vult ænigma iſtud? quid denotat myſterium hoc reconditum? Per molam, omnes in paupertate, & miſeria viuentes, nobis demonſtrat: Per lectum autem ac requiem, cunctos diuitiis affluentes, & honoribus conſpicuos innuit: voléſque oſtēdere etiam ex pauperibus ſaluandos fore atque perdendos, dixit quòd in mola, vna aſſumetur, & vna relinquetur: Et eorum qui in lecto erunt, vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. Per hoc quippe declarare volens, quòd peccatores quidem hic relinquantur, ſupplicium expectantes: Iuſti autem in nubes rapientur. Sicut enim Rege aliquo in ciuitatem cum equitatu, introeunte, alij quidem in dignitatibus atque honoribus conſtituti, & qui plurimum gratia apud illum volent, extra ciuitatum ei progrediuntur obuiam: rei autem & criminibus obnoxij, intus ſeruantur, ſententiam à Rege expectátes: Ita etiam quando Dominus aduenerit, alij quidem qui fiduciam habent, in medium ei occurrent aërem: damnati verò, & qui multorum ſibi conſcij fuerint peccatorum, hîc præſtolabuntur iudicem. Tunc & nos rapiemur obuiam, non equidem meipſum in numerum ac calculum rapiendorum referēs, non equidem ita ſum expers ſenſus ac rationis, vt propria ignorem peccata. Et niſi iam metuerem conturbare lætitiam præſentis feſtiuitatis, flerem ſanè amariſſimè iſtius dicti memor, & mea peccata in memoriam reuocans. Cum autem præſentis feſti lætitiam confundere nolim, hîc ſermonem finiam, vigentem ac recentem vobis illius diei memoriam relinquens, ne glorietur diues in diuitiis ſuis, neque pauper ſeipſum defleat in paupertate ſua: ſed quiſque prout ſibi conſcius fuerit, ſiue hoc, ſiue illud egerit expectet. Neque enim diues felix, neque pauper miſerabilis:

Margin notes: 1. Theſſ. 4. & 1. Cor. 15. — Matt. 24. 41. Luc. 17. — A ſimili. — 1. Theſſ. 4. — Hierem. 9.

A Αὐτὸς καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου· καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, ἀλλ' οὐ πάντες. ὅτι γὰρ οὐ πάντες ἁρπαγησόμεθα, ἀλλ' οἱ μὲν μένουσιν, οἱ δὲ ἁρπαγήσονται, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός· Τότε εὑρεθήσονται δύο ἐν τῷ μύλωνι ἀλήθουσαι· μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται· καὶ δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης μιᾶς· εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται. τί βούλεται τὸ αἴνιγμα τοῦτο; τί βούλεται τὸ μυστήριον τοῦτο τὸ ἀπόρρητον; διὰ τοῦ μύλου, τοὺς ἐν πενίᾳ ζῶντας B καὶ ταλαιπωρίᾳ πάντας ἡμῖν ἐδήλωσε· διὰ δὲ τῆς κλίνης καὶ τῆς ἀναπαύσεως, τοὺς ἐν πλούτῳ καὶ τιμῇ πάντας ᾐνίξατο. καὶ βουλόμενος δεῖξαι ὅτι καὶ ἀπὸ πενήτων σώζονται καὶ ἀπόλλυνται, εἶπεν, ὅτι καὶ τῶν ἐν τῷ μύλωνι μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται· καὶ τῶν ἐν τῇ κλίνῃ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ εἷς ἀφίεται, δηλῶν ὅτι οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ ἀφίενται ἐνταῦθα καὶ μένουσι τὴν τιμωρίαν· οἱ δὲ δίκαιοι ἁρπάζονται εἰς τὰς νεφέλας. καθάπερ γὰρ βασιλέως εἰς πόλιν εἰσελαύνοντος οἱ μὲν ἐν ἀξιώμασι καὶ ἀρχαῖς, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὸν C παῤῥησίαν ἔχοντες, πρὸ τῆς πόλεως ἐξελθόντες ἀπαντῶσιν, οἱ δὲ καταδίκοι καὶ οἱ κατακεκριμένοι ἔνδον φυλάττονται τὴν ψῆφον τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως ἀναμένοντες· οὕτω καὶ ἐπειδὰν ὁ κύριος παραγίνηται, οἱ μὲν παῤῥησίαν ἔχοντες εἰς μέσον αὐτῷ ἀπαντῶσι τὸν ἀέρα, οἱ δὲ καταδίκοι καὶ πολλὰ ἑαυτοῖς συνειδότες ἁμαρτήματα ἐνταῦθα ἀναμένουσι τὸν δικαστήν. τότε καὶ ἡμεῖς ἁρπαγησόμεθα. οὐκ ἐμαυτὸν ἀριθμῶν εἰς τὴν ψῆφον τῶν ἁρπαζομένων εἶπον, ἡμεῖς· οὐχ οὕτως ἀναίσθητός εἰμι καὶ ἀγνώμων, ὡς ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα D ἁμαρτήματα. εἰ γὰρ μὴ συνταράξαι ἐφοβούμην τὴν ἡδονὴν τῆς παρούσης ἑορτῆς, κἂν ἐδάκρυσα μικρὸν ταύτης ἀναμνησθεὶς τῆς φωνῆς, ἐπειδὴ καὶ τῶν οἰκείων ἁμαρτιῶν ἐμνήσθην. ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλομαι συγχεῖν τῆς παρούσης ἑορτῆς τὴν εὐφροσύνην, ἐνταῦθα καταλύσω τὸν λόγον, ἀκμάζουσαν ἡμῖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν μνήμην ἐπαφείς· ἵνα μήτε ὁ πλούσιος ἐπὶ τῷ πλούτῳ χαίρῃ, μήτε ὁ πένης ἐπὶ τῇ πενίᾳ ταλανίζῃ ἑαυτόν· ἀλλ' ἕκαστος, ἀφ' ὧν ἑαυτῷ σύνοιδεν, ἢ τοῦτο ἢ ἐκεῖνο ποιῇ. οὔτε γὰρ ὁ πλούσιος μακάριος, οὔτε ὁ πένης ἐλεεινός·

ἀλλ᾽ ὃς ἐὰν τῆς ἁρπαγῆς ἐκείνης καταξιωθῇ A τῆς ἐν νεφέλαις, μακάριος καὶ τρισμακάριος, κἂν ἁπάντων πενέστατος ᾖ· ὥσπερ οὖν ὁ ἐκπεσὼν, ἐλεεινὸς καὶ τρισάθλιος, κἂν ἁπάντων εὐπορώτατος ᾖ. διὰ τοῦτο λέγω, ἵνα οἱ μὲν ἐν ἁμαρτήμασιν ὄντες, θρηνῶμεν ἑαυτούς· οἱ δὲ ἐν κατορθώμασι ζῶντες, θαῤῥείτωσαν ἅπαντες· μᾶλλον δὲ, μὴ θαῤῥείτωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλιζέσθωσαν· μήτε ἐκεῖνοι θρηνείτωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ μεταβαλέσθωσαν. ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν ἐν κακίᾳ, μεταστάντα τῆς πονηρίας, πρὸς ἀρετὴν ἐπιμεληθεῖν, καὶ δυνηθῆναι γενέσθαι τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ βεβιωκότων ἴσον. ὅπερ B καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν· καὶ οἱ μὲν ἀρετὴν ἑαυτοῖς συνειδότες, μενέτωσαν ἐπὶ τῆς εὐσεβείας, αὔξοντες ἀεὶ τοῦτο τὸ καλὸν κτῆμα, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ προστιθέντες τὴν προτέραν· οἱ δὲ ἀπαῤῥησίαστοι, καὶ συνειδότες ἑαυτοῖς ἁμαρτήματα πολλὰ, μεταβαλλώμεθα· ἵνα καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων παῤῥησίαν φθάσαντες, κοινῇ πάντες καὶ ὁμοθυμαδὸν μετὰ τῆς ὀφειλομένης δόξης τὸν τῶν ἀγγέλων ὑποδεξώμεθα βασιλέα, καὶ τῆς μακαρίας εὐφροσύνης ἀπολαύσωμεν ἐκείνης ἐν C Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A ſed beatus, imo beatiſſimus, qui raptu illo in nubibus habitus fuerit dignus, licet omniũ fuerit pauperrimus: quemadmodum viciſſim qui exciderit, miſer, imo miſerrimus, quamuis omnium ſit ditiſſimus. Propterea dico, & dicere non ceſſabo, vt qui peccatis obnoxij ſumus, lugeamus nos ipſos: At, qui bonis operibus clarent, confidant; imò non ſolùm confidant, ſed & confirmentur: neque illi lugeant ſolùm, ſed & mutentur ac conuertantur. Licet enim & ei, qui malè vitam traduxit, improba poſtpoſita vita, ad virtutem B tranſire, iiſque qui à principio benè vixerunt, ſimilẽ fieri, quod & nos ſtudeamus. Et qui bonæ ſibi conſcij fuerint vitæ, in pietate perſeuerent, bonam hanc paſſionem ſemper augentes, & priori fiduciæ aliquid continuò addentes. Qui autem diffidentes ſumus ac timidi, multorúmque nobis peccatorum conſcij, mutemur in melius, vt ad illorum quoque fiduciam pertingentes, pariter cuncti atque vnanimes, cum debita gloria, Angelorum Regem ſuſcipiamus, beatáque illa lætitia per- C fruamur: quam vtinam omnes nos conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti; quocum Patri ſit gloria, honor & poteſtas, vnà cum ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν, καὶ διὰ τί σημεῖα νῦν οὐ γίνεται, καὶ ὅτι τὰ πραττόμενα καὶ λεγόμενα παρ᾽ ἡμῶν ἀναγράφεται.

De ſancta Pentecoſte, & cur iam non fiant miracula, quodque ea, quæ geruntur, ac dicuntur à nobis, perſcribantur.

Interprete FRONTONE DVCÆO, Societatis Ieſu Theologo.

ΠΑλιν ἑορτὴ, καὶ πάλιν πανήγυρις, καὶ πάλιν ἡ ἐκκλησία τῷ πλήθει τῶν τέκνων κομᾷ, ἡ πολύτεκνος αὕτη καὶ φιλότεκνος. ἀλλὰ τί τῆς φιλοτεκνίας ὄφελος, ὅταν ἑορταῖς μόνον, ἀλλὰ μὴ διηνεκῶς βλέπῃ τὰ ποθούμενα πρόσωπα τῶν παιδίων· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἱμάτιον ἔχων καλὸν μὴ συγχωροῖτο αὐτῷ χρῆσθαι διηνεκῶς;

D RVrſus feſtiuitas, rurſuſque feſtus conuentus, ac rurſus Eccleſia filiorũ multitudine gloriatur, hęc multorũ pignorũ parens eadẽque filiorum amans: ſed quid prodeſt amor filiorum, quandoquidem in feſtis ſolum nõ perpetuò dilectos filiorũ vultus intuetur: non ſecus ac ſi quis pulchrã veſtem habeat, nec ei ſẽper illa vti permittatur?

ἡμεῖς δὲ μίαν πόλιν οἰκοῦμεν ἅπαντες, καὶ τοῖς αὐτοῖς τείχεσι καθήμεθα, καὶ πολλάκις οὐδὲ ἑνὶ στενωπῷ διειργόμεθα τῆς ἐκκλησίας, καὶ καθάπερ οἱ μακροῖς πελάγεσι διεστῶτες, οὕτως ὀλιγάκις πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην ἀπαντῶμεν σύνοδον. καὶ ἐκείνοις μὲν τρεῖς μόνους ἐκέλευσε καιροὺς ἑορτάζειν· ἡμᾶς δὲ ἀεὶ τοῦτο ποιεῖν ἐκέλευσεν· ἀεὶ γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἑορτή. καὶ ἵνα μάθητε ὅτι ἀεὶ ἑορτὴ, λέγω τὴν ἑορτῶν τὰς ὑποθέσεις, καὶ εἴσεσθε, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἑορτή ἐστι. πρώτη παρ' ἡμῖν ἑορτὴ τὰ ἐπιφάνια. τίς οὖν ἡ ὑπόθεσις τῆς ἑορτῆς; ἐπειδὴ θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· ἐπειδὴ ὁ θεὸς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ παῖς μεθ' ἡμῶν ἦν. ἀλλὰ τοῦτο ἀεί ἐστιν. ἰδοὺ γάρ φησι μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· διὰ πάσας τὰς ἡμέρας τὰ ἐπιφάνια δυνατὸν τελεῖν. τοῦ πάσχα ἑορτὴ τί βούλεται; τίς ἡ ὑπόθεσις αὐτῆς; τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλομεν τότε· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πάσχα· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο καιρῷ ὡρισμένῳ ποιοῦμεν. βουλόμενος γὰρ ἡμᾶς ἀπαλλάξαι ὁ Παῦλος τῆς τῶν καιρῶν ἀνάγκης, καὶ δεικνὺς ὅτι δυνατὸν ἀεὶ πάσχα ἐπιτελεῖν, ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητέ φησι τοῦτον τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. ἐπεὶ οὖν ἀεὶ δυνάμεθα τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλειν, ἀεὶ πάσχα δυνάμεθα ἐπιτελεῖν. βούλεσθε μαθεῖν, ὅτι καὶ αὕτη ἡ σήμερον ἑορτὴ δύναται καθ' ἑκάστην πληροῦσθαι, μᾶλλον δὲ καθ' ἑκάστην ἐστίν; ἴδωμεν τίς ἡ ὑπόθεσις τῆς παρούσης ἑορτῆς, καὶ τίνος ἕνεκεν αὐτὴν ἄγομεν. ὅτι τὸ πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς ἦλθε· καθάπερ γὰρ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ τῶν πιστῶν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ. πόθεν δῆλον; ὁ ἀγαπῶν μέ φησι τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ὥσπερ οὖν ὁ Χριστὸς εἶπε περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ δυνάμεθα ἀεὶ τὰ ἐπιφάνια ἐπιτελεῖν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ πνεύματος εἶπεν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα μεθ' ὑμῶν ἐστι, καὶ δυνάμεθα ἀεὶ πεντηκοστὴν ἐπιτελεῖν. καὶ ἵνα

A nos vero ciuitatem vnam habitamus omnes, intra eadem mœnia conſidemus, ac ſæpenumero ne vno quidem angiportu ab eccleſia diſtinguimur, & perinde ac ſi longa maria nos dirimerent, adeo raro conuentus iſtos celebramus. Atque illis quidem, tribus ſolum temporibus, vt feſtum agerent, imperauit; nobis autem vt ſemper id præſtemus imperauit: ſemper enim nobis eſt feſtiuitas. Vt igitur intelligatis feſtiuitatem nobis ſemper eſſe, feſtiuitatum dicam occaſiones, & diebus ſingulis feſtum eſſe cognoſcetis. Itaque prima feſtiuitas apud nos ſunt Epiphania: quæ B porro feſti eſt occaſio? quoniam Deus in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: quandoquidem vnigenitus Dei filius Deus nobiſcum fuit: at hoc eſt ſemper: Ecce enim inquit vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi: ideo ſingulis diebus Epiphania poſſumus celebrare. Quid ſibi vult feſtum Paſchæ, & quænam illius eſt occaſio? mortem Domini tuum annuntiamus, & hoc eſt Paſcha; ſed ne hoc quidem tempore definito agimus. Cum enim vel- C let nos Paulus à temporum neceſſitate liberare, atque oſtendens poſſe nos ſemper Paſcha celebrare: Quotieſcunque enim, inquit, manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis. quando igitur ſemper Domini mortem poſſumus annuntiare, Paſcha ſemper poſſumus celebrare. Vultis noſſe feſtiuitatem hanc etiam hodiernam ſingulis diebus impleri poſſe, immo vero ſingulis diebus eſſe? videamus, quænam illius ſit occaſio, & cuius rei gratia ipſam agamus. Quia nimirum Spiritus ſanctus ad nos venit: nam quem- D admodum cum fidelibus eſt hominibus vnigenitus Dei filius, ita quoque ſpiritus Dei. Vnde hoc conſtat? Qui diligit me, mandata mea ſeruabit: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis. Vt igitur de ſeipſo dixit Chriſtus, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, ac ſemper Epiphania poſſumus celebrare, ita quoque de Spiritu ſancto dixit, Vobiſcum eſt in æternum, ſemperque poſſumus Pentecoſten celebrare. Atque vt

Semper feſta poſſumus celebrare

Bar. 3. 38.

Matt. 28. 20

1. Cor. 11. 26.

Ioan. 14. 15

intelligaris nobis ſemper feſtum agita- A
1. Cor. 5. 8. re licere, neque determinatũ eſſe tempus, neque nos temporis neceſſitate coarctari, quid Paulus dicat, audite. Itaque feſtum agitemus: tametſi non erat tum feſtiuitas, cum hæc ſcriberet, non erat Paſcha: non erat Pentecoſte, ſed indicat non tempus, ſed conſcientiam mundam feſtum efficere: nihil enim aliud eſt feſtum quam lætitia: ſpiritualem verò lætitiam nihil aliud gignit, quam conſcientia bonorum operum: porro is, cui bona ſit conſcientia, & talia opera, feſtum agere ſemper poteſt. Hoc igitur ipſum indicans Paulus dice-
1. Cor. 5. 8. bat: Itaque feſtum agitemus non in B fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Vides vt temporum neceſſitate nequaquam te cõſtrinxerit, ſed ad puram habendam cõſcientiam fuerit cohortatus? Vellem equidem totum in hoc ſermonem conſumere: qui enim quoſdam poſt longum temporis interuallum in manus ſumpſerint, eos facile non dimittunt: quando igitur vos, qui poſt annum adeſtis, intra retia noſtra cepimus, hodie dimittere minimè volumus, ſed ne ſermonis de hoc feſto recedatis expertes, ab hac C cohortatione ad feſtiuitatis occaſionem oratio traducenda eſt. Multa quidem ſæpenumero de cœlo in terram generi humano delapſa ſunt bona: qualia vero demiſſa ſunt hodierno die, nunquam antea: cognoſcite igitur qualia prius & qualia hodierno die, vt & vtorumque diſcrimen animaduertatis. Pluit in terram manna Deus,
Pſal. 77. 24. & panem cœli dedit eis: Panem enim angelorum manducauit homo, res proculdubio magna eſt, Deique digna benignitate: poſtea de cœlo D demiſſus eſt ignis, & Iudaicum populum errantem correxit, ac ſacrificium abripuit ab altari. Omnibus rurſus fame
3. Reg. 18. 38. tabeſcentibus demiſſa eſt pluuia, multámque frugum attulit vbertatem: magna ſunt hæc & admirabilia, ſed multo maiora ſunt præſentia: nõ manna, ignis, & pluuia demiſſa eſt hodie, ſed imber ſpiritualium donorum, nimbi deſuper ſunt deiecti, quibus non iam ad fruges proferendas tellus excitatur, ſed naturæ perſuadetur humanæ, vt virtutis fructum hominũ agricolæ reddat, quique

A καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι ἔξεστιν ἡμῖν ἀεὶ ἑορτάζειν, καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς ὡρισμένος, οὐδὲ ἀνάγκῃ χρόνου συγκεκλείσμεθα· ἀκούσατε τοῦ Παύλου τί φησιν· ὥστε ἑορτάζωμεν. καίτοι οὐκ ἦν τότε ἑορτή, ὅτε ταῦτα ἔγραφεν· οὐκ ἦν πάσχα· οὐκ ἦν πεντηκοστή· ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι οὐ καιρὸς ποιεῖ ἑορτήν, ἀλλὰ συνειδὸς καθαρόν· ἑορτὴ γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἢ εὐφροσύνη· εὐφροσύνην δὲ πνευματικὴν καὶ νοερὰν οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἀλλ' ἢ συνειδὸς πράξεων ἀγαθῶν· ὁ δὲ συνειδὸς ἔχων ἀγαθὸν καὶ πράξεις τοιαύτας, ἀεὶ ἑορτάζειν δύναται. τοῦτο οὖν αὐτὸ δεικνὺς ὁ Παῦλος
B ἔλεγεν· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. ὁρᾷς πῶς οὐ καιρῶν σε κατέδησεν ἀνάγκῃ, ἀλλὰ συνειδὸς καθαρὸν ἔχειν παρεκελεύσατο; ἐβουλόμην πᾶσαν τὴν διάλεξιν εἰς τοῦτο καταναλῶσαι· οἱ γὰρ διὰ χρόνου τινὰς λαβόντες εἰς τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν οὐκ εὐκόλως αὐτοὺς ἀφιᾶσιν· ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμᾶς ἡμεῖς τοὺς δι' ἐνιαυτοῦ παραγινομένους εἴσω τῶν δικτύων ἐλάβομεν τῶν ἡμετέρων, οὐ βουλόμεθα ἀφεῖναι τήμερον· ἀλλ' ἵνα μὴ κενοὶ τῶν περὶ τῆς
C ἑορτῆς ἀναχωρήσητε λόγων, ἀπὸ τῆς παραινέσεως ταύτης ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἑορτῆς ἀγαγεῖν χρὴ τὴν διάλεξιν. πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν εἰς τὴν γῆν ἀγαθὰ τῷ κοινῷ τῶν ἀνθρώπων γένει· οἷα δὲ σήμερον, οὐδέποτε κατηνέχθη πρὸ τούτου. μάθετε γοῦν οἷα τὰ πρότερα, οἷα τὰ σήμερον ἵνα καὶ ἑκατέρων ἴδητε τὴν διαφοράν. ἔβρεξεν ὁ θεὸς μάννα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἄρτον γὰρ ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος· μέγα ὄντως καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας
D ἄξιον. μετ' ἐκεῖνο κατηνέχθη πῦρ καὶ πλανώμενον τὸν Ἰουδαϊκὸν δῆμον διώρθωσε, καὶ ἥρπασε τὴν θυσίαν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ· κατηνέχθη πάλιν ὑετὸς λιμῷ τηκομένων ἁπάντων, καὶ πολλὴν τὴν εὐετηρίαν εἰργάσατο. μεγάλα ταῦτα καὶ θαυμαστά· ἀλλὰ τὰ παρόντα πολλὰ μείζονα· οὐ γὰρ μάννα καὶ πῦρ καὶ ὑετὸς κατηνέχθη σήμερον· ἀλλ' ὄμβρος χαρισμάτων πνευματικῶν· νιφάδες κατηνέχθησαν ἄνωθεν· οὐχὶ τὴν γῆν πρὸς καρποφορίαν ἐγείρουσαι· ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπίνην πείθουσαι φύσιν τὸν καρπὸν τῆς ἀρετῆς τῷ τῶν ἀνθρώπων ἀποδοῦναι γεωργῷ καὶ

A ἐν ῥανίδα ἐκείνην δεξάμενοι εὐθέως τῆς φύσεως ἐπελανθάνοντο τῆς ἑαυτῶν, καὶ ἐξαίφνης ἀγγέλων ἐπληροῦτο πᾶσα ἡ γῆ· ἀγγέλων οὐκ ἐπουρανίων, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι τὴν ἀσωμάτων δυνάμεων τὴν ἀρετὴν ἐπιδεικνυμένων. οὐ γὰρ ἐκεῖνοι κάτω κατέβησαν, ἀλλ' ὃ θαυμαστότερον ἦν, οἱ κάτω πρὸς τὴν ἀρετὴν ἀνέβησαν τὴν ἐκείνων· οὐ γὰρ τὴν σάρκα ῥίψαντες γυμναῖς ταῖς ψυχαῖς περιῄεσαν, ἀλλὰ μένοντες ἐν τῇ προαιρέσει ἄγγελοι ἐγένοντο. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐδὲ ἡ προτέρα τιμωρία ἦν, ὅτε εἶπεν, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, διὰ τοῦτό σε ἀφῆκα μένειν ἐν τῇ γῇ, ἵνα μειζόνως ἡ τοῦ B πνεύματος δειχθῇ δύναμις, διὰ χοϊκοῦ σώματος τοιαῦτα ἐργαζομένη. ἦν γὰρ ἰδεῖν γλῶτταν πηλίνην δαίμοσιν ἐπιτάττουσαν· ἦν ἰδεῖν χεῖρα πηλίνην ἰωμένην νοσήματα· μᾶλλον δὲ οὐ χεῖρα πηλίνην μόνον ἦν ἰδεῖν, ἀλλ' ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, πηλίνων σωμάτων σκιὰς καὶ θανάτου καὶ δυνάμεων ἀσωμάτων περιγινομένας, τῶν δαιμόνων λέγω. καθάπερ γὰρ ἡλίου φανέντος ἐλαύνεται τὸ σκότος, καταδύεται θηρία πρὸς τοὺς οἰκείους φωλεούς, ἀνδροφόνοι καὶ λῃσταὶ καὶ τυμβωρύχοι πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν C ὀρέων ἀναφεύγουσιν· οὕτω Πέτρου φανέντος καὶ φωνὴν ἀφιέντος, ἠλαύνετο τὸ σκότος τῆς πλάνης· ἀνεχώρει διάβολος· ἐδραπέτευον δαίμονες· ἀνῃρεῖτο παθήματα σωμάτων· ἐθεραπεύετο νοσήματα ψυχῶν· ἠλαύνετο κακία πᾶσα· ἀρετὴ πρὸς τὴν γῆν ἐπανήγετο. καὶ καθάπερ ἐκ ταμιείων βασιλικῶν ἐχόντων χρυσίον καὶ λίθους τιμίους κἂν μικρόν τις δυνηθῇ ἐξενεγκεῖν τῶν ἀποκειμένων ἐνδόξως, κἂν ἕνα λίθον μόνον, πολὺν ἐργάζεται τὸν πλοῦτον τῷ κατεχομένῳ· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν στομάτων τῶν ἀποστολικῶν· ταμιεῖα γὰρ βασιλικὰ D ἦν τὰ στόματα ἐκείνων θησαυρὸν ἰαμάτων ἔχοντα ἀποκείμενον· καὶ ἕκαστον ῥῆμα ἐξιὸν πολὺν εἰργάζετο πλοῦτον πνευματικόν. ἦν τότε ἀληθῶς ἰδεῖν, ὅτι τὰ λόγια Κυρίου ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν. ὅπερ γὰρ οὐκ ἠδύνατο χρυσός, οὐδὲ λίθος τίμιος, τοῦτο ἐποίει τὰ ῥήματα Πέτρου. πόσα γὰρ τάλαντα χρυσίου τὸν χωλὸν ἐκ γενετῆς διορθώσασθαι ἴσχυον; ἀλλὰ τὸ ῥῆμα Πέτρου ἴσχυσε τῆς φύσεως ἀνελεῖν ταύτην τὴν πήρωσιν. εἶπεν, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι, καὶ περιπάτει, καὶ ὁ λόγος ἔργον ἐγένετο.

guttam inde exceperant, naturæ ſuæ confeſtim obliuiſcebantur, & angelis omnis terra ſubito replebatur, angelis non cœleſtibus, ſed qui humano in corpore poteſtatum incorporearum virtutem exhiberent. Non enim illi deorſum deſcenderunt, ſed quod mirabilius fuit, qui deorſum erant, ad illorum virtutem aſcenderunt: non enim carne depoſita nudis animabus incedebant, ſed naturam retinentes animi propoſito angeli fiebant. Atque vt intelligas, ne priorem quidem illam pœnam fuiſſe pœnam, quando dixit, Terra es, & in terram reuerteris, propterea manere te permiſit in terra, vt amplius potentia ſpiritus oſtenderetur, quæ talia per terrenum corpus perficeret. Nam videre erat luteam manum dæmonibus imperantem: videre erat luteam manum morbos ſanantem: immo vero non manum tantũ luteam videre erat, ſed quod multo mirabilius erat, luteorum corporum vmbras & mortem, & incorporeas poteſtates, dæmones inquam ſuperantes. Nam quemadmodum apparente ſole, tenebræ diſcutiuntur, feræ latibula ſua ingrediuntur, homicidæ, latrones, & tumulorum prædones ad vertices montiũ recurrunt: ſic apparente vocémque mittente Petro, erroris tenebræ diſcutiebantur, recedebat Diabolus, fugiebant dæmones, corporum morbi tollebãtur, animarum ægritudines ſanabantur, malitia omnis arcebatur, in terras virtus reducebatur. Et quemadmodum regiis ex ærariis in quibus aurũ & lapides pretioſi ſunt, ſi quis vel minimum quid efferre potuerit eorum, quę honorificè ſunt recondita, licet vnum lapillum tantùm, multis opibus auget poſſeſſorem: ſic ex ore Apoſtolorum (etenim regia quædam erant æraria illorum ora, in quibus ſanationum reconditus inerat theſaurus) vel vnumquodque verbum exiens ſpirituales multas opes pariebat. Tum verè licebat intueri deſiderabilia eſſe Domini eloquia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum: quod enim aurum non poterat, neque pretioſus lapis, hoc Petri verba faciebant. Quot enim auri talenta claudo à natiuitate rectum inceſſum reddere potuiſſent? ſed nunc tollere naturæ defectum potuit verbum Petri: dixit, In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula, & ſermo factus eſt opus.

Gen. 3.19.

Pſal. 18. 11.

Vides vt deſiderabilia ſint ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum? vides vt æraria fuerint regia illorum ora? vere medici orbis terrarum fuerunt illi, & agricolæ, & gubernatores: medici quidem, quoniam ægritudines curabant: agricolæ, quoniam verbum religionis ſeminabant: gubernatores, quoniam erroris procellam ſedabant. Idcirco nõnunquam dicit, Euntes infirmos curate, tanquam medicos alloquens: (*Mat. 10. 8.*) nonnunquam, Ecce mitto vos metere, quod vos non laboraſtis, tanquam agricolas alloquens, & alibi rurſus, Faciam vos piſcatores hominum, (*Ioã. 4. 38.*) & Petro, Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens, tanquam ad gubernatores & piſcatores verba faciens; & videre erat miraculis ſuccedẽtia miracula. Etenim natura noſtra ante decem dies ad regiũ thronum aſcendit, & hodierno die Spiritus ſanctus ad naturam noſtram deſcendit: primitias noſtras Dominus in cœlum euexit, & Spiritum ſanctum demiſit. Alter eſt dominus, qui hæc dona diſtribuit; nam Spiritus ſanctus eſt dominus, & diſpenſationem noſtra cauſa ſuſceptam Pater & Filius & Spiritus ſanctus inter ſe diuiſerunt: nondum decem elapſi dies erant, ex quo Chriſtus aſcenderat, & ſpiritualia nobis dona miſit, reconciliationis illius munera. Nam vt ambigeret, nemo. & quæreret, quid tandem in cœlos aſcendens Chriſtus egiſſet, num Patri nos recõciliaſſet, num propicium ipſum reddidiſſet, vt nobis oſtenderet ſe naturæ illum noſtræ placatum reddidiſſe, confeſtim nobis reconciliationis illius dona miſit. Cum enim vniti ſunt & reconciliati inter ſe inimici, poſt reconciliationem ſtatim ſequuntur inuitationes, cõuiuia, & munera. Miſimus ergo nos fidem, & inde ſpiritus dona recepimus: miſimus obedientiã, & iuſtitiam recepimus. Atque vt intelligatis reconciliationis Dei donum eſſe, quod Spiritus ſanctus eſt datus ex ſcripturis id perſuadere vobis conabor: ac primum à contrariis probationem rei petam, & oſtendam, cum iratus eſt, eum Spiritus gratiam inhibere: vt cum credideris eius irę argumentum eſſe, quod non adſit Spiritus ſanctus, rurſúſque demiſſum videris Spiritum, diſcas, niſi recõciliatus fuiſſet, Spiritum ſanctum nequaquam illum fuiſſe miſſurum. Vnde igitur hoc intelligemus?

εἶδες πῶς ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον, καὶ λίθον τίμιον πολύν; εἶδες πῶς ταμεῖα βασιλικὰ ἦν ἐκείνων τὰ στόματα; ὄντως ἰατροὶ τῆς οἰκουμένης ἐκεῖνοι, καὶ γεωργοὶ, καὶ κυβερνῆται. ἰατροὶ μὲν, ὅτι νοσήματα ἐθεράπευον· γεωργοὶ δὲ, ὅτι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατέσπειρον· κυβερνῆται δὲ, ὅτι τὸν κλύδωνα τῆς πλάνης ἔπαυον. διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν φησί· πορευθέντες ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, ὡς πρὸς ἰατροὺς διαλεγόμενος· ποτὲ δὲ, ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς θερίζειν, ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, ὡς πρὸς γεωργοὺς διαλεγόμενος· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· καὶ τῷ Πέτρῳ, μὴ φοβοῦ φησιν, ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, ὡς πρὸς κυβερνήτας καὶ ἁλιεῖς ὁμιλῶν· καὶ ἦν ἰδεῖν θαύματα ἐπὶ θαύμασι. καὶ γὰρ ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα πρὸ δέκα ἡμερῶν εἰς τὸν θρόνον ἀνέβη τὸν βασιλικὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβη σήμερον πρὸς τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν· ἀνήνεγκεν ὁ κύριος τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἡμετέραν, καὶ κατήνεγκε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἕτερος κύριος διανέμων τὰ δῶρα ταῦτα. καὶ γὰρ τὸ πνεῦμα κύριός ἐστι, καὶ διενείμαντο τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα. οὔπω δέκα ἡμέρας εἶχεν ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς, καὶ χαρίσματα ἡμῖν ἔπεμψε πνευματικὰ δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἐκείνης. ἵνα γὰρ μηδεὶς ἀμφιβάλλῃ, καὶ διαπορῇ τί ποτε ἄρα ἀνελθὼν ὁ Χριστὸς ἐποίησεν· ἄρα κατήλλαξεν τὸν πατέρα, ἄρα ἵλεων αὐτὸν εἰργάσατο; βουλόμενος ἡμῖν δηλῶσαι, ὅτι κατήλλαξεν αὐτὸν τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, τὰ δῶρα τῆς καταλλαγῆς ἔπεμψεν ἡμῖν εὐθέως. τῶν γὰρ ἐχθρῶν ἑνωθέντων καὶ καταλλαγέντων ἀλλήλοις μετὰ τὴν καταλλαγὴν εὐθὺς ἕπονται αἵ τε φιλοτησίαι καὶ δεξιώσεις καὶ τὰ χαρίσματα. ἐπέμψαμεν τοίνυν ἡμεῖς πίστιν, καὶ ἐλάβομεν ἐκεῖθεν χαρίσματα· ἐπέμψαμεν ὑπακοὴν, καὶ ἐλάβομεν δικαιοσύνην. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι τῆς καταλλαγῆς τοῦ θεοῦ δῶρόν ἐστι τὸ δοθῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀπὸ τῶν γραφῶν ὑμᾶς πεῖσαι πειράσομαι, πρότερον ἀπὸ τοῦ ἐναντίου φανερὸν ποιῶν τὸν λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι διαστέλλει τοῦ πνεύματος τὴν χάριν, ἐπειδὰν ἡμῖν ὀργίζηται· ἵνα ὅταν πεισθῇς, ὅτι τῆς ὀργῆς αὐτοῦ τεκμήριον τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον, καὶ ἴδῃς πάλιν πνεῦμα καταπεμπόμενον, μάθῃς ὅτι εἰ μὴ κατηλλάγη, οὐκ ἂν ἔπεμψε πνεῦμα ἅγιον. πόθεν οὖν εἰσόμεθα τοῦτο,

ὁ Ἠλὶ πρεσβύτης ἄνθρωπος ἦν τὰ μὲν ἄλλα A ἐπιεικὴς καὶ σώφρων· παίδων δὲ πονηρίαν οὐκ εἰδὼς διορθώσασθαι, ἀλλὰ πέρα τοῦ μέτρου φιλῶν τὰ ἔκγονα. ἀκούετε ὅσοι παῖδας ἔχετε· ὥστε μεμετρημένην ποιεῖσθαι τὴν φιλίαν καὶ τὴν αἰδῶ. ὁ γὰρ Ἠλὶ ἐντεῦθεν παροξύνας τὸν θεὸν εἰς ὀργὴν αὐτὸν ἔρριψε τοσαύτην, ὡς ἅπαν αὐτὸν ἀποστραφῆναι τὸ ἔθνος. δεικνὺς τοίνυν ὁ ταῦτα γράψας, ὅτι σφόδρα αὐτοὺς ἀπεστράφη ὁ θεὸς ἔλεγε, ῥῆμα τίμιον ἦν, καὶ οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα. τίμιον ἐνταῦθα τὸ σπάνιον λέγων. διὰ γὰρ τούτων ἐδήλωσεν, ὅτι τὰ τῆς προφητείας ἐσπάνιζε τότε. πάλιν θρηνῶν ἄλλος καὶ B ἀποδυρόμενος ἐπὶ τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ ἔλεγεν· οὐκ ἔστιν ἄρχων, οὐδὲ προφήτης ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ· καὶ πάλιν ὁ εὐαγγελιστής φησιν· οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη. ἐπειδὴ γὰρ οὔπω ἐσταυρώθη φησίν, οὐκ ἦν πνεῦμα ἅγιον ἐν τοῖς ἀνθρώποις δοθέν. τὸ γὰρ ἐσταυρώθη ἐστὶν ἐδοξάσθη. εἰ γὰρ καὶ φύσει τὸ πρᾶγμα ἐπονείδιστον, ἀλλ' ἐπειδὴ ὑπὲρ τῶν φιλουμένων ἐγίνετο, δόξαν αὐτὸ καλεῖ ὁ Χριστός. καὶ τίνος ἕνεκεν εἰπέ μοι πρὸ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἐδόθη τὸ πνεῦμα; ὅτι ἐν ἁμαρτίαις ἦν ἡ οἰκουμένη. C ἐν προσκρούμασι, καὶ ἔχθρα, καὶ ἀτιμίᾳ· οὔπω τοῦ ἀμνοῦ προσενεχθέντος τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου. ἐπεὶ οὖν οὔπω ἦν ὁ Χριστὸς σταυρωθείς, οὔπω ἦν καταλλαγὴ γενομένη· τῆς δὲ καταλλαγῆς μηδέπω γενομένης, εἰκότως οὐδὲ τὸ πνεῦμα ἐπέμπετο· ὥστε καταλλαγῆς τεκμήριον τὸ πνεῦμα ἀποσταλῆναι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησι· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐ μὴ ἔλθῃ· ἐὰν μὴ ἀπέλθω, καὶ καταλλάξω τὸν πατέρα φησίν, οὐ πέμπω ὑμῖν τὸν παράκλητον. D εἴδετε διὰ πόσων ἀπεδείξαμεν ὑμῖν, ὅτι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ σημεῖόν ἐστι τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον ἐν ἀνθρώποις; ῥῆμα τίμιον ἦν, καὶ οὐκ ἦν ὅρασις διαστέλλουσα· οὐκ ἔστι γὰρ ἄρχων οὐδὲ προφήτης ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ· οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι Ἰησοῦς οὔπω ἐδοξάσθη· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ἐκεῖνος οὐ μὴ ἔλθῃ. οὐκοῦν σημεῖόν ἐστι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τὸ μὴ εἶναι πνεῦμα ἅγιον. ὅταν ἴδῃς πνεῦμα ἅγιον καταπεμπόμενον δαψιλῶς, μηδὲν λοιπὸν ἀμφιβάλλῃς περὶ τῆς καταλλαγῆς.

A Heli ſenex vir fuit aliàs quidem æquus & probus, ſed qui filiorum improbitatem neſciret corrigere, verum vltra modum liberos amaret. audite quotquot filios habetis, vt amori veſtro pudorique modum faciatis: hinc enim Heli cùm Deum irritaſſet, in *1. Reg. 3.* tantam illum iracundiam inpulit, vt totam gentem fuerit auerſatus. Itaque vt indicaret is, qui hæc ſcripſit, Deum illos admodum auerſatum eſſe, dicebat: Verbum erat pretioſum: & non erat viſio diſtinguens: pretioſum hoc loco rarum appellans: per hæc enim oſtendit rarum fuiſſe tum donum prophetiæ: ac rurſus lugens alius & lamen- *Dan. 3.38.* B tans ob iram Dei dicebat, Et non eſt in hoc tempore princeps neque propheta, & rurſus ait Euangeliſta: Nondum enim erat Spiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus. Quoniam enim nondum fuerat crucifixus, *Ioan. 7.39.* non erat Spiritus ſanctus in hominibus datus. Illud quippe, glorificatus, idem valet, quod crucifixus. nam etſi res eſt natura ſua ignominioſa, quia tamen eorum cauſa fiebat quos amabat, gloriam illam Chriſtus appellat. Quare vero, dic quæſo, ante paſſionem non eſt Spi- C ritus datus? quoniam in peccatis erat orbis terrarum, in offenſionibus, odio & ignominia, cum nondum oblatus agnus eſſet, qui mundi tollit peccatum: quoniam igitur nondum crucifixus fuerat Chriſtus, reconciliatio nondum facta erat: cum vero nondum eſſet facta reconciliatio, meritò neque Spiritus mittebatur, ita vt reconciliationis indicium Spiritus mitteretur. Propterea *Ioan. 16.7.* dicit etiam Chriſtus, Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, ille non veniet: ſi non abiero, & patrem reconciliauero, inquit, Paracletum vobis non D mittam. Videtis quam multis ex locis vobis demonſtrarim illud iræ diuinæ ſignum eſſe, quod non ſit in hominibus Spiritus ſanctus? Verbum erat pretioſum, & viſio non erat diſtinguens: Non enim eſt princeps neque propheta in tempore iſto: Nondum enim erat Spiritus ſanctus: quia Ieſus nondum erat glorificatus: Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim ego non abiero, ille nō veniet. Itaque ſignum eſt iræ diuinæ, quod non ſit Spiritus ſanctus: cū copioſe miſſum videris Spiritum ſanctum, nihil de reconciliatione dubites amplius.

Verum vbi nunc eſt Spiritus ſanctus? A
dicet aliquis. Nam tum quidem rectè
dicis, cum ſigna fiebant, & mortui ſuſci-
tabantur, & leproſi omnes mundaban-
tur: iam vero vnde planum faciemus a-
deſſe nobis Spiritum ſanctum? Nolite
timere, oſtendam enim in nobis eſſe
nunc quoque Spiritum ſanctum: qua
tandem ratione? nam ſi non eſſet in no-
bis Spiritus ſanctus, quomodo iſti, qui
hac ſacra nocte baptizati ſunt, à pecca-
tis liberari potuiſſent? non enim abſque
Spiritus efficacitate poſſumus à pecca-
tis liberari, quod quemadmodum do-
Tit.3.3. ceat Paulus audite. Eramus enim ali-
quando & nos inſipientes, increduli er- B
rantes, ſeruientes deſiderijs varijs: cum
autem benignitas & humanitas appa-
ruit Saluatoris noſtri Dei, non ex operi-
bus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecun-
dum miſericordiam ſuam ſaluos nos fe-
cit, per lauacrum regenerationis & re-
nouationis Spiritus ſancti: & rurſus ali-
1.Cor 6.9. bi, Nolite errare, neque fornicarij, ne-
que idololatræ, neque adulteri, neque
molles, neque maſculorum concubito-
res neque fures, neque auari, neque e-
brioſi, neque maledici, neque rapaces
regnum Dei poſſidebunt. Vides omnia
genera improbitatis? Et hæc quidem C
fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati e-
ſtis, ſed iuſtificati eſtis: quo pacto? hoc
enim eſt, quod quæritur, num per Spiri-
tum ſanctum nequitiam depoſuerimus;
audi ergo. Sed ſanctificati eſtis, ſed iuſti-
ficati eſtis in nomine domini noſtri Ie-
ſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Videſ-
ne Spiritum ſanctum omnem illam im-
probitatẽ deleuiſſe? Vbi nunc ſunt, qui
Spiritus maieſtatem blaſphemant? ſi e-
nim peccata dimittit, fruſtra blaſphe-
miis ab hæreticis inceſſitur. Si non eſſet
Spiritus ſanctus, dominum Ieſum dice- D
re non poſſemus: Nemo enim poteſt di-
cere dominũ Ieſum, niſi in Spiritu ſan-
1.Cor.12.3. cto. Si non eſſet Spiritus ſanctus, Deum
orare fideles non poſſemus: dicimus e-
nim, Pater noſter qui es in cœlis. Vt
igitur dominum vocare non poſſe-
mus, ſic neque patrem Deum vocare
poſſemus. Vnde id conſtat? ex eodem
Apoſtolo, qui ait: Quoniam autem
eſtis filij, miſit Deus Spiritum filij ſui,
in corda veſtra clamantem, Abba,
Gal.4.5. Pater. Itaque dum patrem vocas, re-
cordare Spiritu animam commouen-
te illa te fuiſſe appellatione donatum.

καὶ ποῦ, φησίν, ἐστι πνεῦμα ἅγιον νῦν; τότε μὲν
γὰρ καλῶς λέγεις, ὅτε σημεῖα ἐγίνετο, καὶ νεκροὶ
ἠγείροντο, καὶ λεπροὶ πάντες ἐκαθαίροντο· νῦν δὲ
πόθεν δείξομεν, ὅτι πάρεστι τὸ πνεῦμα ἅγιον ἡ-
μῖν; μὴ δείσητε· ἀποδείκνυμι γὰρ, ὅτι καὶ νῦν
πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἐν ἡμῖν. πῶς καὶ τίνι τρό-
πῳ; καὶ γὰρ εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἐν ἡμῖν,
πῶς αὐτοὶ οἱ κατὰ τὴν ἱερὰν νύκτα ταύτην φω-
τισθέντες τῶν ἁμαρτιῶν ἀπηλλάγησαν; οὐδὲ
γάρ ἐστιν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγῆναι δίχα
τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας. ἀκούσατε γοῦν τοῦ
Παύλου λέγοντος· ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόη-
τοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυ-
μίαις ποικίλαις· ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλαν-
θρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐξ
ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς,
ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς διὰ λου-
τροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος
ἁγίου, καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· μὴ πλανᾶσθε· οὔτε
πόρνοι οὔτε εἰδωλολάτραι, οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μα-
λακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὐ κλέπται, οὐ πλεονέ-
κται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασι-
λείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. εἶδες ἅπαντα τὰ
εἴδη τῆς κακίας, καὶ ταῦτά τινες ἦτε, ἀλλ' ἀπε-
λούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε. πῶς,
τοῦτο γὰρ τὸ ζητούμενον, εἰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος
τὴν κακίαν ἀπεθέμεθα, οὐκοῦν ἄκουσον· ἀλλ' ἡγιά-
σθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου
Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. εἶδες ὅτι
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν κακίαν ἅπασαν ἐκεί-
νην ἀπήλειψε; ποῦ νῦν εἰσιν οἱ βλασφημοῦν-
τες τοῦ πνεύματος τὴν ἀξίαν, εἰ μὲν γὰρ ἀφίησιν
ἁμαρτήματα, εἰκῆ βλασφημεῖται ὑπὸ τῶν αἱ-
ρετικῶν. εἰ μὴ πνεῦμα ἦν ἅγιον, κύριον Ἰησοῦν
εἰπεῖν οὐκ ἠδυνάμεθα, οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν
κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν τῷ πνεύματι ἁγίῳ. εἰ
μὴ πνεῦμα ἦν ἅγιον, τὸν θεὸν παρακαλέσαι οὐκ
ἠδυνάμεθα οἱ πιστοί. λέγομεν γάρ· πάτερ ἡμῶν ὁ
ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὥσπερ οὖν κύριον καλέσαι οὐκ
ἠδυνάμεθα, οὕτως οὐδὲ πατέρα τὸν θεὸν καλέσαι
ἠδυνάμεθα. πόθεν δῆλον; ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀποστόλου
λέγοντος, ὅτι δέ ἐστε υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ
πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν κρά-
ζον ἀββᾶ ὁ πατήρ. ὥστε ὅταν καλέσῃς τὸν πατέ-
ρα, ἀναμνήσθητι, ὅτι τοῦ πνεύματος τὴν ψυ-
χὴν κινοῦντος ἠξιώθης τῆς προσηγορίας ἐκείνης

εἰ μὴ

εἰ μὴ πνεῦμα ἦν, λόγος σοφίας καὶ γνώσεως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἦν· ᾧ μὲν γὰρ δίδοται διὰ τοῦ πνεύματος λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως. εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν, ποιμένες καὶ διδάσκαλοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐκ ἦσαν, καὶ γὰρ οὗτοι διὰ τοῦ πνεύματος γίνονται, καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν· ἐν ᾧ ἔθετο ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιμένας καὶ ἐπισκόπους. ὁρᾷς ὅτι καὶ τοῦτο διὰ τοῦ πνεύματος; εἰ μὴ πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ, οὐκ ἂν ὅτε πρὸ μικροῦ ἀνέβη ἐπὶ τὸ ἱερὸν βῆμα τοῦτο, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἔδωκεν εἰρήνην, καὶ ἐπεφθέγξασθε αὐτῷ κοινῇ πάντες, καὶ τῷ πνεύματί σου. διὰ τοῦτο οὐκ ἀναβαίνοντι μόνον, οὐδὲ διαλεγομένῳ πρὸς ὑμᾶς, οὐδὲ εὐχομένῳ ὑπὲρ ὑμῶν ταύτην ἐπιφθέγγεσθε τὴν ῥῆσιν, ἀλλ' ὅταν παρὰ τὴν ἱερὰν ταύτην ἑστήκῃ τράπεζαν· ὅταν τὴν φρικτὴν ἐκείνην θυσίαν ἀναφέρειν μέλλῃ· ἴσασι γὰρ οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον· οὐ πρότερον ἅπτεται τῶν προκειμένων, ἕως ἂν ὑμῖν αὐτὸς ἐπεύξηται τὴν παρὰ τοῦ κυρίου χάριν, καὶ ὑμεῖς ἐπιφθέγξασθε αὐτῷ, καὶ τῷ πνεύματί σου, διὰ τῆς ἀποκρίσεως αὐτῆς ἀναμιμνήσκοντες ἑαυτοὺς ὅτι οὐδὲν αὐτὸς ὁ παρὼν πράττει, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐστὶ φύσεως κατορθώματα τὰ προκείμενα δῶρα, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος χάρις παροῦσα καὶ πᾶσιν ἐφιπταμένη τὴν μυστικὴν ἐκείνην κατασκευάζει θυσίαν. εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ παρών, ἀλλ' ὁ θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν δι' αὐτοῦ. μὴ τοίνυν πρόσεχε τῇ φύσει τοῦ ὁρωμένου, ἀλλ' ἐννόει τὴν χάριν τὴν ἀόρατον. οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν γινομένων ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ βήματι. εἰ μὴ πνεῦμα παρῆν, οὐκ ἂν συνέστη ἡ ἐκκλησία· εἰ δὲ συνίσταται ἡ ἐκκλησία, εὔδηλον ὅτι τὸ πνεῦμα πάρεστι. τίνος οὖν ἕνεκεν, φησί, σημεῖα οὐ γίνεται νῦν; ἐνταῦθά μοι μετὰ ἀκριβείας πρόσχετε· παρὰ πολλῶν γὰρ ἀκούω τοῦτο, καὶ συνεχῶς καὶ ἀεὶ ζητούμενον· διὰ τί τότε γλώσσαις ἐλάλουν πάντες οἱ βαπτιζόμενοι, νῦν δὲ οὐκ ἔτι; μάθωμεν πρότερον τὸ λαλεῖν γλώσσαις, καὶ τότε ἐροῦμεν καὶ τὴν αἰτίαν. τί οὖν ἐστι γλώσσαις λαλεῖν; ὁ βαπτιζόμενος εὐθέως ἐφθέγγετο τῇ τῶν Ἰνδῶν φωνῇ, τῇ τῶν Αἰγυπτίων, τῇ τῶν Περσῶν, τῇ τῶν Σκυθῶν, τῇ τῶν Θρᾳκῶν, καὶ εἷς ἄνθρωπος πολλὰς ἐλάμβανε γλώσσας, καὶ οὗτοι οἱ νῦν, εἰ ἦσαν τότε βαπτισθέντες, εὐθέως ἂν ἤκουσας αὐτῶν διαφόροις φθεγγομένων φωναῖς.

A Niſi eſſet Spiritus ſanctus, ſermo ſapientiæ ac ſcientiæ in Eccleſia non eſſet: nam alii quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alii vero ſermo ſcientiæ. (1. Cor. 12. 8) Niſi eſſet Spiritus ſanctus, paſtores & doctores in Eccleſia non (Act. 20. 28) eſſent: nam & iſti per Spiritum fiunt, ſicut & Paulus dicit, In quo vos Spiritus ſanctus poſuit paſtores & epiſcopos. Vides hoc quoque per ſpiritum fieri? Niſi eſſet Spiritus ſanctus in hoc (Flauianũ Epiſcopũ indicat.) communi patre ac doctore, cum paulo ante ſacrum hoc in tribunal aſcendit, ac vobis omnibus pacem dedit, eique ſimul omnes acclamaſtis, Et cum ſpi- B ritu tuo: idcirco non cum aſcendit tantum, neque cum vos affatur, neque cum pro vobis orat, hac illi voce acclamatis, ſed cum huic ſacræ menſæ aſſiſtit, cum tremendum ſacrificium eſt oblaturus (nam quid dicam, norunt, qui ſunt myſteriis initiati) non prius attingit propoſita, quàm vobis ipſe gratiam fuerit precatus à Domino, voſque illi acclamaueritis, Et cum ſpiritu tuo, qua reſponſione vobiſmetipſis in memoriam reuocatis nihil eum præſtare, qui adeſt, neque naturæ humanæ re- C ctè facta eſſe propoſita dona, ſed præſentem Spiritus gratiam, & ad omnia aduolantem, myſticum illud perficere ſacrificium. Licet enim homo ſit is, qui adeſt, Deus eſt tamen, qui per ipſum operatur. noli ergo naturam attendere illius, quem cernis, ſed gratiam eius conſidera, qui cerni non poteſt: nihil humanum eſt eorum, quæ in hoc ſacro geruntur ſanctuario. Niſi ſpiritus adeſſet, Eccleſia non conſiſteret: ſi vero conſiſtit Eccleſia, dubium non eſt, quin adſit Spiritus. Cur igitur, dicet ali- D quis, nunc ſigna non fiunt? hic mihi vos animum diligenter attendite: à multis enim & frequenter & ſemper hanc mihi propoſitam audio quæſtionem: Quare tum linguis loquebantur omnes qui baptizabantur, iam vero non item? diſcamus prius, quid ſit loqui linguis, ac deinde cauſam dicemus. quid igitur eſt loqui linguis? Qui baptizabatur, ſtatim lingua loquebatur Indorum, Ægyptiorum, Perſarum, Scytharum, Thracum, ac vir vnus multas linguas aſſumebat; & iſti nunc ſi baptizati tum fuiſſent, ſtatim illos diuerſis loquentes linguis audiiſſes.

Nam & Paulus inuenit, vt ait, quoſdam in Ioannis baptiſmate baptizatos, dixitque ad eos: Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? Dicunt illi; Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus; ſtatimque iuſſit eos baptizari, & cum impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis omnes. Cur igitur ſubducta eſt, & ex hominibus ſublata nunc illa gratia? Non quod ignominia nos afficiat Deus, ſed quod honorem etiam deferat. Quo tandem pacto? ego dicam. Stolidiores erant tum temporis homines, non ita pridem ab idolis abducti, ac porro craſſior & ſtupidior mens illorum adhuc erat, omnibúſque corporibus intenti erant, & addicti, neque dum incorporea illis dona in mentem venerant, neque nouerant, quid eſſet gratia ſpiritualis, quæque ſola fide percipitur; idcirco ſigna fiebant. Nam ex donis ſpiritualibus alia quidem inuiſibilia ſunt, & ſola fide comprehenduntur: alia vero ſignum quoddam ſenſibus obiectum exhibent ad faciendam fidem infidelibus. Exempli cauſſa, remiſſio peccatorum res eſt ſpiritualis, inuiſibile donum eſt: quomodo enim peccata noſtra purgentur, carnis oculis non videmus: quid ita? quoniam anima eſt, quæ purgatur: at corporis oculis nequaquam cernitur anima. Eſt igitur ſpirituale donum quoddam purgatio peccatorum, quæ corporis oculis patere non poteſt: at variis loqui linguis eſt illud quidem ſpiritualis etiam ſpiritus operationis, veruntamen ſenſibus obiectum ſignum præbet, quodque facile ab infidelibus perſpici poteſt: nam quæ fit intus in anima operatio, inuiſibilis inquam, per exteriorem linguam, quam audimus, manifeſtatur & oſtenditur. Idcirco etiam dicit Paulus: Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Itaque ſignis equidem non indigeo. quid ita? quippe qui abſque ſigni largitione Domino credere didici: nã qui incredulus eſt, pignore indiget: ego vero credens pignore minimè indigeo neque ſigno: ſed licet lingua non loquar, à peccatis purgatum eſſe me ſcio: at illi tum non credebant, niſi ſignum accepiſſent: propterea ſigna tanquam pignus quoddam fidei, qua credebant, illis dabantur.

1. Cor. 12. 7.

A καὶ γὰρ ὁ Παῦλός φησιν εὗρέ τινας βαπτισθέντας ἐν τῷ βαπτίσματι Ἰωάννου, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; λέγουσιν αὐτῷ· ἀλλ' οὐδὲ εἰ ἔστι πνεῦμα ἅγιον, ἠκούσαμεν· καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν αὐτοὺς βαπτισθῆναι· καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας, ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐλάλουν ἅπαντες γλώσσαις. τίνος οὖν χάριν συνεστάλη, καὶ ἀνῃρέθη ἐξ ἀνθρώπων ἡ χάρις αὕτη νῦν; οὐχὶ ἀτιμάζοντος ἡμᾶς τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα τιμῶντος. πῶς; ἐγὼ λέγω· ἀνοητότεροι οἱ ἄνθρωποι διέκειντο τότε τῶν εἰδώλων B προσφάτως ἀπηλλαγμένοι, καὶ παχυτέρα καὶ ἀναισθητοτέρα αὐτῶν ἡ διάνοια ἔτι ἦν, καὶ πρὸς τὰ σωματικὰ πάντα ἐπτόηντο, καὶ ἐκεχήνεσαν, καὶ οὐδεμία αὐτοῖς οὐδέπω ἔννοια δωρεῶν ἀσωμάτων ἦν, οὐδὲ εἴδεσαν, τί ποτέ ἐστι νοητὴ χάρις, καὶ πίστει μόνῃ θεωρουμένη. διὰ τοῦτο σημεῖα ἐγίνετο. τῶν γὰρ χαρισμάτων τῶν πνευματικῶν τὰ μὲν ἀόρατά ἐστι, καὶ πίστει καταλαμβάνεται μόνῃ· τὰ δὲ καὶ αἰσθητὸν ἐνδείκνυται σημεῖον πρὸς τὴν τῶν ἀπίστων πληροφορίαν. οἷον τι λέγω· ἁμαρτιῶν ἄφεσις νοητόν ἐστι πρᾶγμα· ἀόρατόν ἐστι χάρισμα. C πῶς γὰρ καθαίρονται ἡμῶν αἱ ἁμαρτίαι, οὐχ ὁρῶμεν τοῖς τῆς σαρκὸς ὀφθαλμοῖς. τί δήποτε; ὅτι ψυχή ἐστιν ἡ καθαιρομένη· ψυχὴ δὲ ὀφθαλμοῖς σώματος οὐχ ὁρᾶται. ἡ μὲν οὖν κάθαρσις τῶν ἁμαρτημάτων νοητὴ δωρεά τίς ἐστιν ὀφθαλμοῖς οὐ δυναμένη σώματος γενέσθαι φανερά· τὸ δὲ γλώσσαις διαφόροις λαλεῖν ἐστι μὲν καὶ αὐτὸ νοητῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος· αἰσθητὸν μέντοι παρέχεται τὸ σημεῖον, καὶ τοῖς ἀπίστοις εὐσύνοπτον. τῆς γὰρ ἔνδον ἐν τῇ ψυχῇ γινομένης ἐνεργείας τῆς ἀοράτου λέγω, ἡ ἔξω D γλῶττα ἀκουομένη φανέρωσίς τίς ἐστι καὶ ἔλεγχος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος λέγει· ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. ἐγὼ μὲν οὖν νῦν χρείαν οὐκ ἔχω σημείων. τίνος ἕνεκεν; ὅτι καὶ χωρὶς σημείου δόσεως πιστεύειν μεμάθηκα τῷ δεσπότῃ. ὁ γὰρ ἀπιστῶν ἐνεχύρου δεῖται· ἐγὼ δὲ πιστεύων οὐ δέομαι ἐνεχύρου οὐδὲ σημείου· ἀλλὰ κἂν μὴ λαλήσω γλώσσῃ, οἶδα ὅτι ἐκαθάρθην ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν. ἐκεῖνοι δὲ τότε οὐκ ἐπίστευον, εἰ μὴ ἔλαβον σημεῖον· διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐδίδοτο σημεῖα, ὥσπερ ἐνέχυρα τῆς πίστεως, ἧς ἐπίστευον.

ὥστε οὐχ ὡς πιστοῖς, ἀλλ' ὡς ἀπίστοις ἐδίδοτο τὰ ση- A
μεῖα, ἵνα γένωνται πιστοί· οὕτω καὶ Παῦλός φησι τὰ
σημεῖα οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις. ὁρᾶ-
τε, ὅτι οὐχὶ ἀτιμάζοντος ἡμᾶς θεοῦ, ἀλλὰ τιμῶν-
τός ἐστι τὸ συστεῖλαι τὴν τῶν σημείων ἐπίδειξιν;
βουλόμενος γὰρ δεῖξαι τὴν πίστιν ἡμῶν, ὅτι χωρὶς
ἐνεχύρων καὶ σημείων αὐτῷ πιστεύομεν, τοῦτο πε-
ποίηκεν· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰ μὴ ἔλαβον πρότερον
σημεῖον καὶ ἐνέχυρον, οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπίστευον περὶ
τῶν ἀφανῶν· ἐγὼ δὲ καὶ χωρὶς τούτου πᾶσαν ἐπι-
δείκνυμι πίστιν· τοῦτο οὖν αἴτιον τοῦ μὴ γίνεσθαι
σημεῖα νῦν. ἐβουλόμην περὶ τῆς ὑποθέσεως τῆς
ἑορτῆς εἰπεῖν, καὶ δεῖξαι τί ποτέ ἐστι πεντηκοστή, καὶ B
διὰ τί ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ τὸ χάρισμα δίδοται), καὶ
διὰ τί ἐν γλώσσαις πυρίναις, καὶ διὰ τί μετὰ δέκα
ἡμέρας, ἀλλ' ὁρῶ πρὸς μῆκος τὴν διδασκα-
λίαν ἐκτεινομένην· διὸ ὀλίγα προσθεὶς κατα-
παύσω τὸν λόγον. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέ-
ραν πεντηκοστῆς ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμε-
ναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός· οὐχὶ πυρός, ἀλλ' ὡσεὶ
πυρός, ἵνα μηδὲν αἰσθητὸν ὑποπτεύσῃς περὶ τοῦ
πνεύματος. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν Ἰορδανείων ῥεί-
θρων οὐχὶ περιστερὰ κατέβη, ἀλλ' ἐν εἴδει περι-
στερᾶς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα οὐχὶ πῦρ, ἀλλ' ἐν εἴδει πυ- C
ρός. καὶ πάλιν ἀνωτέρω φησίν· ὡσεὶ φερομένης
πνοῆς βιαίας· οὐχὶ πνοῆς βιαίας, ἀλλ' ὡς φερο-
μένης πνοῆς βιαίας. τίνος δὲ ἕνεκεν ὁ μὲν Ἰεζεκιὴλ
οὐ δι' ὁμοιώσεως πυρὸς λαμβάνει τὸ χάρισμα τῆς
προφητείας, ἀλλὰ διὰ βιβλίου· οἱ δὲ ἀπόστολοι
διὰ πυρὸς λαμβάνουσι τὰ χαρίσματα; περὶ μὲν
γὰρ ἐκείνου φησίν, ὅτι ἔδωκεν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ
κεφαλίδα βιβλίου, καὶ ἐγγεγράφθαι κατάλεγμα
καὶ μέλος καὶ οὐαί, καὶ ἦν τὰ ὀπίσω καὶ τὰ ἔμπροσθεν
γεγραμμένα· καὶ ἔφαγεν αὐτό, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ
στόματι ὡς γλυκάζον. περὶ δὲ τῶν ἀποστόλων οὐχ D
οὕτως, ἀλλ' ὤφθησαν αὐτοῖς γλῶσσαι ὡσεὶ πυ-
ρός. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκεῖ βιβλίον καὶ γράμματα·
ἐνταῦθα δὲ γλῶσσα καὶ πῦρ, ὅτι ἐκεῖνος μὲν ἀπῄει
κατηγορήσων ἁμαρτημάτων, καὶ θρηνήσων συμφο-
ρὰς Ἰουδαϊκάς· οὗτοι δὲ ἐξῄεσαν τὰ τῆς οἰκουμένης
ἁμαρτήματα δαπανήσοντες. διὰ τοῦτο ἐκεῖνος
μὲν γραμματεῖον ἐλάμβανε τῶν μελλουσῶν συμ-
φορῶν ὑπόμνησιν· οὗτοι δὲ πῦρ ἐλάμβανον ὥστε
καταφλέξαι τὰ τῆς οἰκουμένης ἁμαρτήματα, καὶ
ἀφανίσαι πάντα. καθάπερ γὰρ πῦρ εἰς ἀκάν-
θας ἐμπεσὸν πάσας αὐτὰς ἀφανίζει ῥᾳδίως·

A Itaque nõ vt fidelibus, ſed vt infidelibus
dabantur ſigna, vt fierent fideles: ſic
etiam ait Paulus, Signa ſunt non fide-
libus, ſed infidelibus. Videtis ne De- 1. Cor. 14. 22.
um ſignorum manifeſtationem ſubdu-
xiſſe, nõ vt ignominia nos afficeret, ſed
vt honorem deferret? Nam cum fidem
noſtram vellet oſtendere: quod abſque
pignoribus aut ſignis illi credamus, hoc
fecit. ſiquidem illi, niſi prius ſignum
& pignus accepiſſent, ei de rebus mi-
nimè apparentibus non credidiſſent:
at ego etiam ſine hoc omnem fidem
exhibeo: hæc igitur cauſſa eſt, cur iam
ſigna non fiant. Voluiſſem equidem
B de feſtiuitatis occaſione verba facere,
ac docere, quid tandem ſit Pentecoſte,
cur in hac feſtiuitate donum Spiritus
datum ſit, cur in linguis igneis, & cur
poſt decem dies: ſed prolixiorem do-
ctrinam eſſe video: quamobrem, vbi
pauca quædam addidero, finem fa-
ciam dicendi. Cum complerentur dies
Pentecoſtes, apparuerunt illis diſper- Act. 2. 3.
titæ linguæ tanquam ignis: non ignis,
ſed tanquam ignis, vt nihil ſenſile de
Spiritu ſancto ſuſpiceris. Sicut enim Luc. 3. 22.
ad fluenta Iordanis non columba deſ-
cendit, ſed in ſpecie columbæ: ita &
C hic non ignis, ſed in ſpecie ignis: &
rurſus ſuperius ait: Tanquam aduenië-
tis ſpiritus vehementis, non ſpiritus ve-
hementis, ſed tanquam aduenientis
ſpiritus vehementis. Cur igitur Eze-
chiel quidem donum accipit prophe-
tiæ, non in ſimilitudine ignis, ſed per
librum: Apoſtoli vero per ignem dona
recipiunt? Nam de illo quidem ait Ezech. 10.
Scriptura datum fuiſſe in ore eius capi-
tulum libri, & ſcriptam fuiſſe querimo-
niam, & carmen, & væ: & fuiſſe poſte-
riora & anteriora ſcripta, & comediſſe
illud, & factum eſſe in ore quaſi dul-
D ceſcens. de Apoſtolis vero non ita:
ſed apparuerunt eis linguæ tanquam
ignis. Cur igitur illic liber & literæ:
hic vero lingua & ignis? quod ille
quidem abiret inſectaturus peccata,
calamitateſque Iudaicas deploratu-
rus: hi vero peccata orbis terrarum
abſumpturi exirent: propterea libel-
lum hic accepit, qui futuras calami-
tates memoriæ ſuggereret: ignem
illi accipiebant, vt orbis terrarum
peccata exurerent, & cuncta dele-
rent. Nam quemadmodum ſi incidat
ignis in ſpinas, illas facilè delet omnes:

ſic & Spiritus gratia peccata hominum abſumebat: verum ſtupidi Iudæi, dum hæc fierent, cum illos percelli oportuiſſet ac tremere, denique largitorem adorare, rurſus amentiam ſuam oſtendunt, & Spiritu repletos Apoſtolos ebrietatis accuſant. Iſti enim, inquiunt, muſto pleni ſunt. Animaduerte nequitiam hominum, & angelorum probitatem contemplare: nam angeli quidem cum primitias noſtras aſcendentes viderent, lætabantur, ac dicebant, Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portę ęternales: & introibit rex gloriæ: homines vero deſcẽdentem ad nos Spiritus gratiam videntes dicunt ebrios eſſe, qui gratiam receperunt, & ne anni quidem tempeſtas eos repreſſit; nam veris tempore reperiri muſtum minimè poteſt: atqui tum ver erat. Verum illi quidem relinquantur: nos autem benigni Dei retributionem conſideremus. Accepit Chriſtus primitias naturæ noſtræ, ac Spiritus gratiam nobis retribuit, & quemadmodum longo in bello fit, cum dirempta pugna fuerit, & confecta pax, qui ſibi inuicem infenſi erant, pignora mutuo ſibi dãt & obſides: ſic & inter Deum & naturam euenit humanam: pro pignoribus & obſidibus primitias miſit, quas in cœlum tulit Chriſtus: nobis ille Spiritum ſanctum pignoris & obſidis loco remiſit. Porro nos pignora & obſides habere hinc liquet: nam ex genere regio pignora & obſides eſſe oportet; idcirco etiam Spiritus ſanctus ad nos miſſus eſt, vt qui maximè regia ſit ſubſtantia, quemadmodum & qui à nobis ſurſum euectus eſt ex genere fuit ortus regio, quippe qui Dauidis eſſet ex ſemine. Quamobrem non amplius pertimeſco, quandoquidem ſurſum primitiæ noſtræ ſedent: idcirco licet immortalem mihi vermem obiicias, licet ignem inextinctum, licet alias pœnas ac ſupplicia, non amplius reformido: imo verò reformido equidem, veruntamen de ſalute mea non deſpero. Niſi enim magna in genus noſtrum congerere bona ſtatuiſſet Deus, primitias noſtras ſurſum non aſſumpſiſſet. Antea quidem nos ſuſpicientes in cœlum, incorporeas illas cogitantes virtutes, vilitatem noſtram facta cum ſupernis virtutibus comparatione cernebamus:

Pſal. 23.7.

D νησαν, καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐπὶ ταύτην παρακαλοῦντες. ἐπεὶ καὶ τὸν Στέφανον ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας κινδύνοις, ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὁρῶντες εὐχόμενον, ὁμοίως ἐπί τε τῇ πραότητι καὶ τοῖς ἀγῶσι θαυμάζομεν. Ἐπειδὴ τοίνυν τοσούτους καὶ τοιούτους ἡγεμόνας ἐπιεικείας ἔχομεν, παρακαλέσωμεν ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τοῖς ἐκείνων ἴχνεσιν ἕπεσθαι, καὶ διὰ πραότητος τῷ θεῷ λειτουργεῖν, ὡς ταύτην μᾶλλον ἀσμένως δεχομένου τὴν λειτουργίαν, ἢ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἀρετάς. καὶ γὰρ ὁ θειότατος Παῦλος, ἀρετὴν Ἀποστολι-

ξαι βουλόμενος, ἐκ τῆς ἡμερότητος μάλιστα βούλεται τὸν τοῦ Χριστοῦ διάκονον φαίνεσθαι. καίτοι πολλὰ εἶχεν εἰπεῖν, εἴγε λέγειν ἐβούλετο τὰ κοσμοῦντα τὸν Ἀπόστολον, δαιμόνων ἔλασιν, νεκρῶν ἀνάστασιν· ἀλλ' ὅμως πάντα ὑπερβὰς ἐκεῖνα, τὴν ἐν τοῖς ἤθεσιν ἐπιείκειαν ἄνω καὶ κάτω διεξέρχεται, ὅπως ἡμέρως προσηνέχεται τοῖς ἐχθροῖς, δεξιῶν τε καὶ λέγων, ἵνα πείσῃ καὶ ἡμᾶς τοῖς οἰκείοις ἴχνεσιν ἕπεσθαι, καὶ χρηστοὺς εἶναι καὶ πρᾶυς. δίκαιον οὖν τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις ἀκολουθεῖν, κἀκείνοις ποιεῖσθαι τοῦ βίου παράδειγμα, ἵνα πᾶσι τοῖς καλοῖς ἐκλάμποντες, τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν, παρὰ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ πατρὶ σὺν τῷ πνεύματι ἁγίῳ πᾶσα δόξα, τιμή, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A ſtoli commonſtraturus, Chriſti miniſtrum manſuetudine potiſſimum clareſcere voluit. Et quamuis multa potuiſſet dicere, ſi quidem voluiſſet, vtpote Dæmonum fugam, mortuorum reſurrectionem, atque alia: omnibus tamen illis prætceritis, æquabilitatem morum ſurſum ac deorſum verſat ac tractat: quo perſuaderet nobis, vt ſua veſtigia ſequamur, benignique ſimus ac mites. Iuſtum eſt igitur ſanctos illos imitari, & in exemplar vitę proponere: vt bonis omnibus refulgentes, promiſſa bona aſſequamur à magno deo, & ſaluatore noſtro, per quem, & cum B quo Patri, cum Sancto ſpiritu ſit omnis gloria, honos, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Ἀναγνωσθείσης περικοπῆς, Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, πάντων προσδοκώντων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ θ' τῶν πράξεων τὴν ὁμιλίαν λεχθήσεσθαι, ὅτι ἀναστάσεως ἀπόδειξις ἡ Παύλου κλῆσις.

Cum lectus eſſet ille textus, Paulus autem adhuc ſpirans minas & cædem, cum expectarent omnes homiliam in principium capitis 9 Actorum habendam, & quod reſurrectionis demonſtratio ſit Pauli vocatio.

Ἆρα ταῦτα φορητά; ἆρα ταῦτα C ἀνεκτά; καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡμῖν ἡ σύναξις πρὸς τὸ ἔλαττον συστέλλεται· καὶ μεστὴ μὲν ἡ πόλις ἀνθρώπων, κενὴ δὲ ἡ ἐκκλησία ἀνθρώπων· μεστὴ μὲν ἡ ἀγορά, καὶ θέατρα, καὶ περίπατος· ἔρημος δὲ ὁ τοῦ θεοῦ οἶκος· μᾶλλον δέ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἔρημος μὲν ἡ πόλις ἀνθρώπων, μεστὴ δὲ ἡ ἐκκλησία ἀνθρώπων. ἀνθρώπους γὰρ οὐ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς δεῖ καλεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὑμᾶς· οὐκ ἐκείνους τοὺς ῥαθυμοῦντας, ἀλλ' ὑμᾶς τοὺς σπουδά- D ζοντας· οὐκ ἐκείνους τοὺς περὶ τὰ βιωτικὰ κεχηνότας, ἀλλ' ὑμᾶς τοὺς τὰ πνευματικὰ τῶν βιωτικῶν προτιμῶντας. οὐ γάρ, εἴ τις σῶμα ἀνθρώπου καὶ φωνὴν ἔχει, οὗτος ἄνθρωπος· ἀλλ' εἴ τις ψυχὴν ἀνθρώπου, καὶ διάθεσιν ἔχει ψυχῆς. ψυχῆς δὲ ἀνθρωπίνης οὐδὲν οὕτω τεκμήριον, ὡς τῶν θείων ἐρᾶν λογίων· ὥσπερ οὐδὲν οὕτω κτηνώδους καὶ ἀλόγου ψυχῆς δεῖγμα καὶ σημεῖον, ὡς τῶν θείων ὑπερορᾶν λογίων. βούλει μαθεῖν, ὅτι οἱ θείας ἀκροάσεως ὑπερορῶντες, καὶ τὸ εἶναι ἄνθρωποι διὰ τῆς ὑπεροψίας ταύτης ἀπώλεσαν, καὶ τὴν εὐγενείας

FRONT. DVCÆO interprete.

HÆccine ſunt ferenda? hæccine ſunt toleranda? ſingulis diebus eorũ numerus nobis imminuitur, qui collectis interſunt: & plena quidem eſt hominum ciuitas, at eccleſia eſt hominibus vacua: plenum quidem eſt forum & theatra, & porticus: domus autem Dei deſerta eſt: immo vero, ſi verum dicendũ eſt, deſtituta eſt hominibus ciuitas, & plena hominum eſt eccleſia. Siquidem homines appellandi ſunt, non qui in foro, ſed vos qui in eccleſia verſamini: non illi ſocordes, ſed vos diligentes, non illi, qui res ſeculares ad ſtuporem vſque mirantur, ſed qui ſpiritualia præferunt ſecularibus. Non enim ſi quis hominis corpus ac vocẽ habeat, idcirco eſt homo: ſed ſi quis hominis animam & affectionem animæ habeat. porro humanæ animæ tale nullum eſt iudicium, quàm ſi diuinorum eloquiorum amore ducatur: quemadmodũ belluinæ ac rationis expertis animæ ſignũ & argumentũ tale nullũ eſt, ac ſi eloquia diuina contemnat. Vin tu intelligere, quàm verè qui diuini verbi expoſitionem audire negligunt, per hunc contemptum homines eſſe deſinant, & ipſa ſua natiua no-

bilitate ſe ſpolient? non meum vobis ſermonem proferam, ſed propheticam vocem proferam, quæ ſententiam meam confirmet, vt eos qui ſpiritualium ſermonum amantes non ſunt, ne homines quidē eſſe videatis. Nam Eſaias qui ſublimitate vocis alijs antecellit, qui mirabilium illarum ſpectator viſionum fuit, cui conceſſū eſt, vt cum adhuc eſſet carne circundatus, Seraphinos videret, qui myſticum illū concentum audiuit, is cum in vrbem Iudæorum metropolim hominibus refertam ingreſſus eſſet, Hieroſolyma nimirum, atque in medio foro conſtitiſſet, cum toto populo circumſeptus eſſet, cum ſignificare vellet neminem fuiſſe, qui propheticos ſermones audiret, clamans dicebat, Veni, & non erat homo: vocaui & non erat, qui obediret. Atque vt hoc eſſe dictum intelligas non ob raritatem eorum, qui adeſſent, verum ob eorum ſocordiam qui audirent. poſtquam dixit, Veni & non erat homo, ſubiunxit & non erat qui obediret. Itaque aderant illi quidem, ſed adeſſe non cenſebātur, quandoquidem prophetam non audiebant: propterea, quādoquidem venit & non erat homo: vocauit, & non erat, qui obediret, orationem ad elementa conuortit, & ait: Audi cœlum, & auribus percipe terra. Nam equidem ad homines, inquit, miſſus fueram, ad homines ratione ac mente præditos: quando autem neque ratione neque ſenſu præditi ſunt iſti, propterea deſtituta ſenſu alloquor elementa, in reprehenſionem eorum, qui cum honorati ſenſu fuiſſent, tamen honore illo nō vtuntur. Sic etiam alter propheta dixit Hieremias: ſiquidem ille quoque in medio Iudæorum cœtu cum ſtetiſſet, in eadē illa vrbe, quaſi nullus adeſſet ita clamabat: Ad quem loquor, & conteſtabor. Quid ais? cum tātam videas multitudinem, quæris, quem alloquuturus ſis? Quæro equidem, inquit: ſiquidē multitudo corporum eſt non hominū multitudo; corporum eſt multitudo, qui auditu non pollent. Idcirco etiam adiecit: incircunciſæ ſunt aures eorum, & audire non poſſunt. Vides omnes iſtos eò quod non audiant, homines nō eſſe? Ille dixit: Veni & non erat homo: vocaui, & non erat, qui obediret: hic dicit, Ad quem loquar & conteſtabor?

Homines non ſunt, qui dei verbum ſpernūt.

Eſai. 50. 2.

Hier. 6. 10

A αὐτῆς ἀ[illegible]έπεσθαι; οὐκ ἐμὸν ὑμῖν ἐρῶ λόγον, ἀλλὰ προφητικὴν ἐρῶ ῥῆσιν, τὴν ἐμὴν γνώμην κυρώσουσαν, ἵν' ἴδητε ὅτι οἱ λόγων οὐκ ἐρῶντες πνευματικῶν, οὐδὲ ἄνθρωποι εἶναι δύνανται· ἵνα ἴδητε ὅτι ἔρημος ἡμῖν ἐστιν ἡ πόλις ἀνθρώπων. ὁ γὰρ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας, ὁ τῶν παραδόξων ὄψεων θεωρὸς, ὁ τὰ Σεραφεὶμ ἰδεῖν καταξιωθεὶς ἔτι ὢν ἐν σαρκὶ, ὁ τοῦ μυστικοῦ μέλους ἐκείνου, οὗτος εἰς τὴν πόλιν τῶν Ἰουδαίων τὴν μητρόπολιν εἰσελθὼν τὴν πολυάνθρωπον, τὰ Ἱεροσόλυμα λέγω, ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς ἑστὼς, τοῦ δήμου παντὸς αὐB τὸν περιεστῶτος, βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ὁ μὴ ἀκούων τῶν λόγων τῶν προφητικῶν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος, ἐβόα λέγων· Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὑπακουόμενος. καὶ ὅτι οὐ διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν παρόντων, ἀλλὰ διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν τῶν ἀκροωμένων τοῦτο εἶπεν, εἰπὼν, ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐπήγαγε, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουόμενος· ὥστε παρῆσαν μὲν, οὐκ ἐνομίζοντο δὲ παρεῖναι, ἐπειδὴ τοῦ προφήτου οὐκ ἤκουον. διὰ τοῦτο ἐπειδὴ ἦλθε, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάC λεσε, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουόμενος, πρὸς τὰ στοιχεῖα τρέπει τὸν λόγον, καί φησιν, Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου γῆ. ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, πρὸς ἀνθρώπους ἀπεστάλην, πρὸς ἀνθρώπους νοῦν ἔχοντας· ἐπειδὴ δὲ οὔτε λόγον, οὔτε αἴσθησιν ἔχοντες ὦσι, διὰ τοῦτο τοῖς οὐκ ἔχουσιν αἴσθησιν στοιχείοις διαλέγομαι, εἰς κατηγορίαν τῶν αἰσθήσει τετιμημένων μὲν, οὐ χρωμένων δὲ τῇ τιμῇ. οὕτω καὶ ἕτερος προφήτης φησὶν ὁ Ἱερεμίας. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἐν μέσῳ πλήθει τῶν Ἰουδαίων ἑστὼς, ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ὥσπερ οὐδενὸς παρόντος, οὕτως ἐβόα· Πρὸς τίνα D λαλήσω καὶ διαμαρτύρωμαι; τί λέγεις; τοσοῦτον πλῆθος ὁρῶν, ἐρωτᾷς, πρὸς τίνα λαλήσεις; ναί, φησι. τὸ πλῆθος γὰρ τῶν σωμάτων ἐστὶν, ἀλλ' οὐ πλῆθος ἀνθρώπων· σωμάτων ἐστὶ πλῆθος οὐκ ἐχόντων ἀκοήν. διά τοι τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν· Ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. ὁρᾷς ὅτι πάντες οὗτοι διὰ τὸ μὴ ἀκούειν οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι; ἐκεῖνος φησιν, ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακουόμενος· οὗτος φησὶ, πρὸς τίνα λαλήσω καὶ διαμαρτύρωμαι;

ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἀκούειν. εἰ δὲ τοὺς παρόντας, ἐπειδὴ μὴ προσεῖχον μετὰ σπουδῆς τοῖς λεγομένοις, οὐδὲ ἀνθρώπους εἶναί φασιν οἱ προφῆται· τί ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς περὶ τῶν οὐ μόνον οὐκ ἀκουομένων, ἀλλ' οὐδὲ ἐπιβῆναι τῶν ἱερῶν τούτων προθύρων ἀνεχομένων, περὶ τῶν ἔξω τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης πλανωμένων, πόῤῥωθεν ὄντων τῆς μητρικῆς ταύτης οἰκίας, ἐν ἀμφόδοις καὶ στενωποῖς, καθάπερ τὰ ἄτακτα καὶ ῥᾴθυμα τῶν παιδίων, καὶ γὰρ ἐκεῖνα τὸν πατρῷον οἶκον ἀφέντα, ἔξω που πλανᾶται, ἐν ἀθύρμασι διημερεύοντα παιδικοῖς. διόπερ τοῦτο καὶ τῆς ἐλευθερίας, καὶ τῆς ζωῆς πολλάκις ἐξέπεσε τὰ τοιαῦτα παιδία. B περιτυγχάνοντα γὰρ ἀνδραποδιστῶν, ἢ λωποδυτῶν χερσί, θάνατον πολλάκις τὴν τιμωρίαν τῆς ῥᾳθυμίας ἔδωκαν. λαμβάνοντες γὰρ ἐκεῖνοι αὐτά, καὶ τὸν χρυσοῦν ἀφελόμενοι κόσμον, ἢ ῥεύμασι ποταμῶν ἀποπνίγουσιν, ἢ ὅταν φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσωνται, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπαγαγόντες γῆν, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀποδίδονται. τοῦτο καὶ οὗτοι πάσχουσιν. ἐπειδὰν γὰρ τοῦ πατρῴου οἴκου καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς ἀποπλανηθῶσι, περιτυγχάνουσι στόμασιν αἱρετικῶν, καὶ ταῖς γλώτταις τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν. C εἶτα, καθάπερ ἀνδραποδισταὶ λαβόντες αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καὶ τὸν χρυσοῦν τῆς πίστεως ἀφελόμενοι κόσμον, ἀποπνίγουσιν εὐθέως, οὐκ εἰς ποταμοὺς ἐμβάλλοντες, ἀλλ' εἰς τὰ θολερὰ τῆς δυσωδίας αὐτῶν καταποντίζοντες δόγματα. ὑμέτερον ἂν εἴη τῆς τῶν ἀδελφῶν τούτων προνοῆσαι σωτηρίας, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς, κἂν ἀνθέλκωσι, κἂν ἀντιτείνωσι, κἂν καταβοῶσι, κἂν ὀδύρωνται. παιδικῆς ἡ φιλονεικία αὕτη ἡ ῥᾳθυμία διανοίας ἐστίν. ἀλλ' ὑμεῖς διορθώσατε τὴν ἀτελέστερον ἔτι διακειμένην αὐτῶν ψυχήν. ὑμέτερόν ἐστι πεῖσαι γενέσθαι ἀνθρώπους D αὐτούς. ὥσπερ γὰρ τὸν ἀνθρωπίνην ἀποστρεφόμενον τροφήν, ἀκάνθας δὲ καὶ βοτάνας μετὰ τῶν θρεμμάτων βοσκόμενον, οὐκ ἂν εἴποιμεν ἄνθρωπον εἶναι. οὕτω δὴ τὸν τὴν ἀληθῆ καὶ προσήκουσαν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ μισοῦντα τροφήν, τὴν ἀπὸ τῶν θείων λογίων, ἐν δὲ βιωτικοῖς συλλόγοις καὶ συνεδρίοις ἀεὶ αἰσχρότητος γέμουσι καθήμενον, καὶ παράνομα βοσκόμενον ῥήματα, οὐκ ἂν εἴποιμεν ἄνθρωπον εἶναι. ἄνθρωπος γὰρ καθ' ἡμᾶς, οὐκ εἴ τις ἄρτον τρέφοιτο μόνον, ἀλλ' εἴ τις πρὸ τῆς τροφῆς ἐκείνης θείων λογίων μετέχοι καὶ πνευματικῶν.

A incircunciſæ ſunt aures eorum, & audire non poſſunt. Quod ſi eos qui aderant, propterea quod diligenter ad eà quæ dicebantur non attendebát, ne homines quidem eſſe dicũt prophetæ: quid dicemus nos de illis qui non modo non audiunt, ſed ne ingredi quidẽ hæc veſtibula ſacra dignantur, de illis qui extra ſacrum hũc gregem vagantur, qui procul ab ædibus iſtis maternis in triuijs & angiportis tanquam inſolentes ac ſocordes quidã pueruli verſantur? Nam & illi cum paternam domũ deſeruerint, alicubi foris oberrant, & totos dies in ludis puerilibus tranſigunt: quam ob cauſſam & libertate, ac ſæpenumero vita pueruli tales priuantur. Nam cum in manus plagiariorum aut prædonum inciderint, ſæpe mortẽ negligentiæ ſuæ pœnas luunt. Siquidem arreptis ipſis cum aurea ornamenta ſuſtulerint illi, aut fluminum vndis ſuffocant, aut ſi quid mitius de illis ſtatuerint, in longinquam illos regionem abductos ac ſeruituti addictos diuendunt. Idem iſtis etiam accidit: cum enim longè à paterna domo & huius tẽpli frequẽtatione aberrarint, in hęreticorũ ora incidunt, & in linguas hoſtiũ veritatis: tum illi cum tanquam plagiarij quidam ipſos inuaſerint, & aureo fidei ornatu ſpoliarint, confeſtim eos non in flumen proiectos, ſed in turbida dogmata fœtoris ſui demerſos enecant. Veſtrarum hoc partium fuerit ſaluti fratrum conſulere, atque ad nos illos reducere, licet reſiſtant, licet reclament, licet lamententur. Puerilis eſt animi contentio iſta & negligentia: vos vero imperfectam adhuc atque ita miſere affectam ipſorum animam corrigite; veſtri muneris eſt, vt illis perſuadeatis, vt homines fiãt. Nam quemadmodum eum qui humana auerſetur alimenta, ſed cum pecudibus ſpinis herbiſque paſcatur, hominem eſſe minimè dicemus: ſic nimirum eum, qui veram & animæ conuenientem humanæ eſcam oderit, quæ ex diuinis conſtat eloquijs, in ſecularibus autem cœtibus & omni fœditate redundãtibus circulis reſideat, & iniquis alatur verbis, hominem appellare minimè poſſumus. Siquidem apud nos homo eſt non is tantum qui pane veſcatur, ſed qui prius quam vllo cibo, diuinis ac ſpiritualibus eloquiis perfruatur.

Hoc autem hominem eſſe, diſce ex his quæ Chriſtus effatus eſt: Non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. itaque duplex vitæ noſtræ eſt alimentum, vnum deterius, alterum vero præſtantius: & hoc præcipue capeſſendum eſt, vt & animam alere poſſimus, neque fame illam torqueri ſinamus. In veſtra igitur poteſtate ſitum eſt, vt ciuitatem nobis hominibus compleatis. Quando ergo deſtituta eſt hominibus ampla & populoſa hęc ciuitas, ęquum eſt vt patrię veſtræ hanc gratiam & munificentiam conferatis, vt tráſmiſſis ad eos quæ hic didiceritis, fratrum nobis animos conciliętis. Tum enim menſæ participes nos fuiſſe cõprobamus, non cum menſam laudamus tantum, ſed cum iis qui abfuerint, cibariorum quippiam largiri poſſumus. Hoc & vos nunc agite, ſicque alterutrum ex his duobus omnino eueniet, vt vel illis perſuadeatis ad nos vt redeant, vel ſi in eadem contentione perſeuerent, veſtræ linguæ opera nutriantur, immo vero planè reuertantur. Non enim potius eligent gratuita beneficentia nutriri, cum pro ſuo iure poſſint ipſi hac paterna menſa potiri. Sed hoc vos facere, vel feciſſe, vel eſſe facturos plane confido credoque, quandoquidē frequenter ad hęc hortari vos non deſtiti; & vos quoque omni ſcientia repleti eſtis, qui & alios admonere poſſitis. Iam vero tempus eſt, vt noſtram vobis hãc menſam apponamus vilem quidem ipſam ac tenuem, & quæ multam penuriam præ ſe ferat, ſed quæ optimo tamen cibi condimento alacritate auditorum inſtructa ſit. Menſam enim efficit iucundiſſimam non ciborum ſumptuoſitas ſolum, ſed eorum etiam qui inuitati fuerint appetitus. Sic & lauta & magnifica menſa vilis ac tenuis apparebit, niſi fame preſſi, qui ad ſunt, ad illam accedant: ſic etiam vilis ſumptuoſa cēſebitur, ſi famelicos ſuos conuiuas acceperit. Idque cum probè noſſet alius quiſpiam non ex natura ciborum, ſed ex affectu ac diſpoſitione conuiuarum de menſarum magnificentia iudiciũ ferri: his verbis vtitur. Anima, quæ in ſaturitate eſt, fauis illudit: animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur: non quod eorum quę appoſita ſunt, natura mutetur, ſed quod eo-

Matt. 4. 4.

Rom. 15. 14

Prou. 17. 7

A καὶ ὅτι τοῦτο ἄνθρωπος, ἄκουσον τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. ὥστε διπλῆ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἡ τροφή, ἡ μὲν ἐλάττων, ἡ δὲ βελτίων· καὶ δεῖ μάλιστα ταύτης ἀντιποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν διατρέφειν, καὶ μὴ περιορᾶν αὐτὴν λιμῷ τηκομένην. ὑμέτερον οὖν ἂν εἴη ποιῆσαι τὴν πόλιν ἡμῖν μεστὴν ἀνθρώπων. ὅτε γὰρ οὖν ἔρημός ἐστιν ἀνθρώπων ἡ μεγάλη αὕτη καὶ πολυάνθρωπος, δίκαιοι δὴ ἂν εἴητε τοῦτον τῇ πατρίδι τὸν ἔρανον εἰσενεγκεῖν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπισπάσασθαι δεῖ αὐτὰ ἐντεῦθεν πρὸς ἐκείνους B διακομίσαντα. καὶ γὰρ τραπέζης τότε πείθομεν ἀπολαύειν, οὐχ ὅταν ἐπαινῶμεν τὴν τράπεζαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅταν τῶν ἐξ αὐτῆς ἐδεσμάτων τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἔχωμέν τι παρασχεῖν. τοῦτο καὶ ὑμεῖς ποιήσατε νῦν, καὶ δυοῖν θάτερον ἔσται πάντως, ἢ πείσατε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς ἐπανελθεῖν, ἢ μένοντες ἐπὶ τῆς αὐτῆς φιλονεικίας διὰ τῆς ὑμετέρας τραφήσονται γλώττης, μᾶλλον δὲ ἐπανήξουσι πάντως. οὐ γὰρ αἱρήσονται ἐν χάριτος τρέφεσθαι μέρει, παρὸν μετ᾽ C ἐξουσίας τῆς πατρικῆς ταύτης ἀπολαύειν τραπέζης. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν τοῦτο ποιεῖτε, ἢ πεποιήκατε, ἢ ποιήσετε, πάνυ θαρρῶ καὶ πιστεύω. καὶ γὰρ αὐτὸς συνεχῶς ταῦτα παραινῶν οὐ διέλιπον· καὶ ὑμεῖς δὲ πεπληρωμένοι ἐστὲ πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν. ἄρα δὴ λοιπὸν τὴν ἡμετέραν ὑμῖν παραθεῖναι τράπεζαν τὴν εὐτελῆ ταύτην καὶ πτωχήν, καὶ πενίας μὲν πολλῆς γέμουσαν, ἔχουσαν δὲ ἥδυσμα ἄρειστον, ὑμῶν τῶν ἀκροωμένων τὴν ἐπιθυμίαν. τράπεζαν γὰρ ἡδίστην οὐχ ἐδεσμάτων πολυτέλεια ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν κεκλημέ- D νων ποιεῖ ὄρεξις. οὕτω καὶ λαμπρὰ τράπεζα εὐτελὴς φαίνεται, ὅταν μὴ μετὰ τοῦ πεινῆν προσβάλωσιν οἱ παρόντες· οὕτω καὶ ἡ εὐτελὴς πολυτελὴς δείκνυται, ὅταν πεινῶντας λάβῃ τοὺς δαιτυμόνας· ὅπερ οὖν καὶ ἕτερός τις συνιδών, ὅτι οὐ τῇ φύσει τῶν ἐδεσμάτων, ἀλλὰ τῇ διαθέσει ἑστιωμένων ἡ πολυτέλεια κρίνεται τῶν τραπεζῶν, οὕτω πως φησί· Ψυχὴ ἐν πλησμονῇ οὖσα, κηρίοις ἐμπαίζει, ψυχῇ δὲ ἐνδεεῖ καὶ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται· οὐ τῆς φύσεως τῶν προκειμένων μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῇ δια-

A θέσεως τῶν ἑστιωμένων κλεπτούσης τὴν αἴσθησιν. εἰ δὲ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῶν κεκλημένων, πολλῷ μᾶλλον τὰ εὐτελῆ πολυτελῆ φανεῖται. διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐσχάτῃ συζῶντες πενίᾳ, τοὺς φιλοτίμους τῶν ἑστιατόρων μιμούμεθα, καθ' ἑκάστην σύναξιν πρὸς τὴν ἡμετέραν καλοῦντες ὑμᾶς τράπεζαν. ποιοῦμεν δὲ τοῦτο, οὐ τῇ τῆς οἰκείας εὐπορίας πεποιθότες, ἀλλὰ τῇ τῆς ὑμετέρας ἀκροάσεως θαρροῦντες. τῆς μὲν οὖν ἐπιγραφῆς ὑμῖν τὸ χρέος ἅπαν καταβεβλήκαμεν, τῆς ἐπιγραφῆς φημι τῶν πράξεων τῶν ἀποστολικῶν. ἀκόλουθον δὲ λοιπὸν ἦν καὶ τῆς ἀρχῆς ἅψασθαι τοῦ βιβλίου, καὶ εἰπεῖν τί ποτέ ἐστι· B Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. ἀλλὰ Παῦλος οὐκ ἀφίησί με χρήσασθαι τῇ τάξει ταύτῃ τῆς ἀκολουθίας, πρὸς ἑαυτὸν καὶ τὰ οἰκεῖα κατορθώματα τὴν ἡμετέραν γλῶτταν καλῶν. ἐπιθυμῶ γὰρ αὐτὸν ἰδεῖν εἰς Δαμασκὸν εἰσαγόμενον, δεδεμένον, οὐκ ἐν ἁλύσει σιδηρᾷ, ἀλλὰ φωνῇ δεσποτικῇ. ἐπιθυμῶ ἰδεῖν ἁλιευθέντα τὸν ἰχθὺν τοῦτον τὸν μέγαν, τὸν ἅπασαν ἀναβράσσοντα τὴν θάλασσαν, τὸν μυρία κύματα κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπεγείροντα· C ἐπιθυμῶ ἰδεῖν αὐτὸν ἁλιευθέντα, οὐκ ἀγκίστρῳ, ἀλλὰ λόγῳ δεσποτικῷ. καθάπερ γάρ τις ἁλιεὺς ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς καθήμενος, τὸν κάλαμον μετεωρίζων, ἀφ' ὑψηλοῦ τὸ ἄγκιστρον ἀφίησιν εἰς τὸ πέλαγος· οὕτω δὴ καὶ ὁ δεσπότης ὁ ἡμέτερος, ὁ τὴν ἁλείαν δείξας τὴν πνευματικήν, καθάπερ ἐφ' ὑψηλῆς πέτρας τῶν οὐρανῶν καθήμενος, ὥσπερ ἄγκιστρον τὴν φωνὴν ταύτην ἀφεὶς ἄνωθεν, καὶ εἰπών, Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις; οὕτως ἡλίευσε τὸν ἰχθὺν τοῦτον τὸν μέγαν. καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῦ ἰχθύος γέγονεν, ὃν ἡλίευσε Πέτρος κατὰ τὸ πρόσταγμα τὸ δεσποτικόν, τοιοῦτόν τι καὶ ἐπὶ τούτου D συνέβη. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ ὁ ἰχθὺς εὑρέθη στατῆρα ἔχων ἐν τῷ στόματι, στατῆρα μέν, κίβδηλον δέ. εἶχε μὲν γὰρ ζῆλον, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν δέ. διὰ τοῦτο τὴν ἐπίγνωσιν αὐτῷ χαρισάμενος ὁ Θεός, δόκιμον ἐποίησε τὸ νόμισμα. καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἁλιευομένων ἰχθύων γίνεται, τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου γέγονε. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι τοῦ πελάγους εὐθέως ἀνελκυσθέντες ἀποτυφλοῦνται, οὕτω καὶ οὗτος δεξάμενος εὐθέως τὸ ἄγκιστρον, καὶ ἀνασπασθεὶς εὐθέως ἐπετυφλώθη· ἀλλ' ἐκείνη ἡ τύφλωσις πᾶσαν οἰκουμένην ἀναβλέψαι ἐποίησε.

rum affectio, qui conuiuio ſunt excepti, ſenſum decipiat. Quod ſi propter cõuiuarum cupiditatem amara dulcia videntur multo magis ea quæ vilia ſunt, ſumptuoſa videbuntur. Atque idcirco nos quoque ſumma licet inopia preſſi magnificos conuiuatores imitamur, dum ſingulis collectis ad noſtram vos menſam inuitamus. Id vero facimus non noſtris opibus freti, ſed quod de veſtra auditione confidamus. Totum igitur debitum inſcriptionis vobis perſoluimus, inſcriptionis inquam Actorum Apoſtolicorum: vt igitur initium libri attingeremus, ordo exigebat, ac doceremus, quid hoc ſibi velit: Primũ quidem ſermonem fecimus de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere ac docere. veruntamen non ſinit Paulus vt hanc ſeriem ordinis ſequar, ſed ad ſe ſuaque recte facta linguam noſtram inuitat. Cupio namque videre illum introductum Damaſcum, non ferrea catena, ſed dominica voce vinctum: cupio videre piſcatu captum piſcem hunc magnum, qui totum exæſtuans mare conturbat, qui fluctus innumeros aduerſus Eccleſiam excitat: cupio videre ipſum piſcatu captũ non hamo, ſed verbis Domini. Nam quemadmodum in ſublimi rupe conſidens piſcator, & arundinem attollens hamũ ab alto in mare demittit: ſic nimirum & dominus noſter ſpiritualem exhibens piſcaturam tanquam in ſublimi cœlorum rupe conſidens, velut hamo quodam deſuper hac voce miſſa cum dixiſſet, Saule, Saule, quid me perſequeris, piſcem hunc ingentem piſcatus eſt, & quod in piſce contigit quem iuſſu domini piſcatus eſt Petrus, hoc & in iſto euenit: ſiquidem hic quoque piſcis in ore ſtaterem habens inuentus eſt; ſtaterem quidem, ſed adulterinum: quippe qui zelum haberet, ſed non ſecundum ſcientiam. propterea cum ſcientiam illi largitus eſſet Deus, probum illum nummum reddidit: & quod piſcatu captis accidit piſcibus, hoc & in iſto accidit. Nam vt illi cumprimum extracti è mari fuerunt, confeſtim cæci fiunt: ſic & iſte confeſtim hamum excepit, & extractus confeſtim eſt excæcatus: verum excæcatio hæc effecit, vt totus orbis terrarum viſum reciperet.

Act.1.1.

Pauli conuerſi cum piſce comparatio.

Act.9.4.

A Hæc igitur omnia cupio cernere: nam ſi forte bellum nos barbaricũ circumſideret, & in aciem diſpoſiti hoſtes innumera nobis negotia faceſſerent: deinde barbarorum exercitus ductor, qui machinis nos oppugnaret innumeris, reſque noſtras omnes conturbaret, & tumultu ac perturbatione compleret, vrbem ipſam funditus euerſurum ſe minaretur, & igne ſuccenſurum, qui ſeruitutem intentaret; confeſtim ab Imperatore noſtro vinctus & captiuus in vrbem introduceretur, nonnẽ omnes cum mulieribus & puerulis ad ſpectaculum illud exiliremus? Quando B igitur & nunc bellum eſt indictũ, dum omnia confundunt turbantque Iudæi, & multis machinis Eccleſiæ quietem ac ſecuritatem oppugnant: caput autem & princeps hoſtium cum eſſet Paulus, qui maiora quam cæteri faciebat, ac dicebat, qui cuncta miſcebat & conturbabat, iam à domino noſtro Ieſu Chriſto Imperatore noſtro vinctus eſt, & captiuus abductus qui cuncta ſuſque deque vertebat, non ad ſpectaculum iſtud egrediemur omnes, vt captiuum ipſum duci videamus? Nam & Angeli cum è cœlis ipſum C duci captiuum cernerent exultabant, non quod vinctum cernerent tantum, ſed quia, quam multos homines à vinculis expediturus eſſet, cogitabant: non quod manu duci ſpectarent, ſed quod mente verſarent, quãmultos homines in cœlũ è terris iniecta manu eſſet introducturus. Propterea gaudebant, non quod excæcatum viderent, ſed quod intelligerent, quantos eſſet è tenebris educturus: Proficiſcere namque, inquit, ad gentes, & à tenebris liberatos in regnũ eos dilectionis Chriſti transferes. Propterea prætermiſſo D exordio, ad medium propero trãſilire: ſiquidẽ Paulus & in Paulũ amor hunc dare ſaltum nos coëgit. Ignoſcite mihi: vel potius, nolite ignoſcere, ſed & amorem iſtum æmulamini. Nam is quidem qui turpi amore correptus eſt, merito veniam poſtulat: qui vero eiuſmodi amore flagrat, hac cupidine glorietur, multoſq; faciat deſyderij iſtius participes & innumeros comparet ſibi riuales. Si enim fieri poſſet vt recta via pergentes, & ordine progredientes priora diceremus, & ad ea quæ in medio ſunt perueniremus, nequaquam

ταῦτ' οὖν ἅπαντα ἰδεῖν ἐπιθυμῶ. καὶ γὰρ εἰ πόλεμος ἡμῖν συνειστήκει βαρβαρικὸς, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως οἱ πολέμιοι μυρία παρεῖχον ἡμῖν πράγματα· εἶτα ὁ στρατηγὸς τῶν βαρβάρων, ὁ μυρία προσάγων μηχανήματα, καὶ πάντα συγχέων τὰ ἡμέτερα, καὶ πολλοῦ θορύβου καὶ ταραχῆς πληρῶν, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἀπειλῶν κατασκάψειν, καὶ παραδώσειν πυρὶ, καὶ δουλείαν ἡμῖν ἐπανατεινόμενος, ἐξαίφνης ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦ ἡμετέρου δεθεὶς αἰχμάλωτος εἰς τὴν πόλιν ἤγετο, πάντες ἂν μετὰ γυναικῶν καὶ παιδίων πρὸς τὴν θεωρίαν ἐκείνην ἐξεπηδήσαμεν· ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν πόλεμος συνέστηκεν, Ἰουδαίων θορυβούντων ἅπαντα καὶ ταραττόντων, καὶ πολλὰ τῇ τῆς ἐκκλησίας ἀσφαλείᾳ προσαγόντων μηχανήματα, τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν πολεμίων ἦν ὁ Παῦλος, ὁ πάντων μείζονα καὶ ποιῶν καὶ λέγων, ὁ πάντα θορυβῶν καὶ ταράττων, ἔδησε δὲ αὐτὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ βασιλεὺς ὁ ἡμέτερος, ἔδησε καὶ αἰχμάλωτον εἰσήγαγε τοῦτον τὸν πάντα ἀνατρέποντα, οὐκ ἐξελθωμεν ἅπαντες ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, ὥστε ἰδεῖν αὐτὸν αἰχμάλωτον ἀγόμενον; καὶ γὰρ οἱ ἄγγελοι τότε ἐκ τῶν οὐρανῶν ὁρῶντες αὐτὸν δεδεμένον καὶ εἰσαγόμενον, ἐσκίρτων· οὐκ ἐπειδὴ δεδεμένον εἶδον μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνενόουν ὅσους ἂν ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν δεσμῶν λύειν ἔμελλεν· οὐκ ἐπειδὴ χειραγωγούμενον ἐθεάσαντο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐλογίζοντο, ὅσους ἂν ἀνθρώπους ἔμελλεν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν χειραγωγεῖν ἐκεῖνος. διὰ τοῦτο ἔχαιρον, οὐκ ἐπειδὴ πεπηρωμένον εἶδον, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐνενόουν ὅσους ἔμελλεν ἀπὸ σκότους ἐξαγαγεῖν. Πορεύθητι γάρ, φησιν, εἰς τὰ ἔθνη, καὶ ἀπαλλάξας αὐτοὺς ἀπὸ σκότους, μεταστήσεις αὐτοὺς εἰς τὴν βασιλείαν τῆς ἀγάπης Χριστοῦ. διὰ ταῦτα τὸ προοίμιον ἀφεὶς, εἰς τὸ μέσον ἅλλεσθαι σπεύδω. Παῦλος γὰρ καὶ ὁ Παύλου πόθος ἠνάγκασεν ἡμᾶς πηδῆσαι τοῦτο τὸ πήδημα. Παῦλος καὶ ὁ Παύλου πόθος. σύγγνωτέ μοι, μᾶλλον δὲ μὴ συγγνῶτε, ἀλλὰ καὶ ζηλώσατε τὸν ἔρωτα τοῦτον. ὁ μὲν γὰρ ἄτοπον ἐρῶν ἔρωτα, εἰκότως συγγνώμην αἰτεῖ· ὁ δὲ τοιοῦτον ἐρῶν, καλλωπιζέσθω τῷ πόθῳ, καὶ πολλοὺς ποιείτω κοινωνοὺς τῆς ἐπιθυμίας, καὶ συνεραστὰς αὐτῷ κατασκευαζέτω μυρίους. εἰ μὲν γὰρ τὴν ὁδὸν βαδίζοντα καὶ τάξει προϊόντα, καὶ τὰ πρότερα εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὰ μέσα φθάσαι, οὐκ ἂν τὴν ἀρχὴν ἀφέντες,

ἀφέντες, εὐθέως ἐπὶ τὸ μέσον ἤλθομεν· ἐπειδὴ δὲ τῶν πατέρων ὁ νόμος κελεύει μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἀποτίθεσθαι τὸ βιβλίον, καὶ τῷ τέλει τῆς ἑορτῆς ταύτης συγκαταλύεται καὶ ἡ τοῦ βιβλίου ἀνάγνωσις. ἐφοβήθην μήποτε περὶ τὰ προοίμια ἀσχολουμένων ἡμῶν καὶ διατριβόντων, προαποδράμῃ τὴν ἡμετέραν ἄφιξιν τῆς ἱστορίας ἡ ἀκολουθία. διὰ τοῦτο ἔδραμον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ διηγήματος, καὶ καθάπερ κεφαλῆς ὄπισθεν κατέχων τὸ προοίμιον τῆς ἱστορίας, κελεύσας μεῖναι καὶ στῆναι ὑμᾶς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ὁδοῦ. τῆς γὰρ τοῦ διηγήματος κεφαλῆς ἁψάμενος, θαῤῥῶν λοιπὸν ἅπασιν ἐπέξειμι τοῖς λοιποῖς, κἂν ἡ ἑορτὴ παρέλθῃ. οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ἀκαιρίαν ἐγκαλέσει, αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν ἀνάγκης τῶν τῆς ἀκαιρίας ἐγκλημάτων ἀπαλλαττούσης ἡμᾶς. διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν προοιμίων ἐπὶ τὸ μέσον ἔδραμον. ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ὁδῷ βαδίζοντα πρὸς Παῦλον ἐλθεῖν, ἀλλὰ προεξέδραμεν ἂν τῆς ἡμετέρας γλώττης τὸ βιβλίον, καὶ τὰς θύρας ἡμῖν ἀπέκλεισεν ἄν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου ποιήσω φανερόν, εἰ καὶ ἤδη γέγονε τοῦτο δῆλον. Εἰ γὰρ ἐπιγραφὴν μόνην ὑμῖν ἀναγινώσκοντες καὶ ἐξηγούμενοι, τὸ ἥμισυ τῆς ἑορτῆς ἀνηλώσαμεν, εἰ καὶ πρὸς τὸ πέλαγος αὐτὸ τοῦ βιβλίου ἀπὸ τοῦ προοιμίου ἀρξάμενοι, τὸν λόγον ἀφεῖναι ἐπεχειρήσαμεν, πόσον ἂν ἀνηλώσαμεν χρόνον, ὥστε φθάσαι εἰς τὰ κατὰ τὸν Παῦλον διηγήματα; μᾶλλον δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προοιμίου δῆλον ὑμῖν τοῦτο ποιῆσαι πειράσομαι. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε. πόσα νομίζετε ἐνταῦθα εἶναι ζητήματα; πρῶτον, τίνος ἕνεκεν ἀναμιμνήσκει αὐτὸν τοῦ προτέρου βιβλίου· δεύτερον, τίνος ἕνεκεν λόγον καλεῖ, καὶ οὐχὶ εὐαγγέλιον· καίτοιγε Παῦλος εὐαγγέλιον αὐτὸ καλεῖ, οὑτωσὶ λέγων, Οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, περὶ τοῦ Λουκᾶ λέγων· τρίτον, τίνος ἕνεκέν φησι, Περὶ πάντων ὧν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. Εἰ γὰρ Ἰωάννης, ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ τοσαύτης ἀπολαύσας παῤῥησίας, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος ἐκεῖνο τὸ ἅγιον κατακλιθῆναι καταξιωθεὶς, ὁ τὰς πηγὰς ἐκεῖθεν ἀρυσάμενος τοῦ πνεύματος, οὗτος οὐκ ἐτόλμησε τοῦτο εἰπεῖν,

A omiſſo principio confeſtim ad medium veniſſemus: ſed quoniam poſt Pentecoſten deponi librum lex patrum iubet, & vna cum fine ſolennitatis huius lectio libri terminatur: veritus ſum, ne dum in exponendis procemiis occupamur & immoramur, hiſtoriæ ſeries nos prius effugeret, quam illam poſſemus attingere: idcirco à principio narrationis ad alia properans, & procemium hiſtoriæ tanquam à poſteriori capitis parte præhenſum retinens manere vos iuſſi, & in principio viæ ſubſiſtere. Poſtquam enim narrationis caput attigero, con-
B fidenter deinceps quæ ſequuntur, quamuis feſtum prætererit, cuncta percurram. Neque vero nos accuſare quiſquam poterit, quod intempeſtiuam narrationem afferamus cum ordinis ipſius neceſſitas omni nos intempeſtiui argumenti accuſatione liberet: quam ob cauſſam à procemio ad medium vſque decurri. Non enim fieri potuiſſe, ſi recta via progreſſi eſſemus, vt ad Paulum perueniremus, ſed linguam noſtram prius euaſurum fuiſſe librum nobiſque fores occlu-
C ſurum ex ipſius procemii expoſitione demonſtrabo, tametſi iam illud reipſa patefactum eſt. Nam ſi dum ſolam vobis inſcriptionem legimus, & enarramus, dimidium ſolennitatis conſumpſimus, ſi ab exordio initio facto in ipſum libri pelagus orationem immittere cœpiſſemus, quantum quæſo temporis impendiſſemus, vt ad illas de Paulo narrationes perueniremus? Immo vero ex ipſo procœ- Act.1.1.
mio vobis hoc ipſum conabor oſtendere. *Primum quidem ſermonem feci de omnibus ô Theophile.* Quot exiſtimatis hîc eſſe
D quæſtiones? Primum quidem quam ob cauſſam priorem librum in memoriam illi reuocet, quam ob cauſſam ſermonem vocet, & non Euangelium: tamet- 2.Cor.8
ſi Paulus Euangelium illum vocat, 18.
dum ſic ait: Cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccleſias, de Luca verba faciens. Tertio qua de cauſſa dicat, De omnibus quæ fecit Ieſus. Si enim Ioannes Chriſti dilectus, qui tanta fiducia gratiáque apud illum valebat, cui datum fuerat, vt ſupra ſacrum illud pectus recumberet, qui ſpiritus fontes inde hauſerat, hic illud dicere minimè auſus eſt,

ſed tantam cautionẽ adhibuit, vt diceret: Si ſcribantur per ſingula omnia, quæ fecit Chriſtus, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros: quomodo dicere hic auſus eſt: Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ fecit Ieſus? an vero parua nobis hæc quæſtio videtur? Atque illic quidem optime Theophile, nomen cum laude poſitum eſt: neque enim hoc ſine cauſa dictum eſt ſanctis. Et forte illud ex parte demonſtrauimus, neque vnum iotam, neque apicem vnum temere poſitum eſſe in Scripturis. Si ergo tot ac tantæ ſunt in prœmio quæſtiones, quantum nobis temporis impendendum fuiſſet, ſi omnia quæ ſequebantur, voluiſſemus percurrere? Has ob cauſſas prætermiſſis quæ interiecta erant, coactus ſum ad Paulum venire. Cur igitur propoſitis quæſtionibus earum ſolutionem non adiecimus? vt ſcilicet vos aſſuefaceremus non ſemper manſum excipere cibum, ſed ſæpenumero ſolutionem ſententiis per vos ipſos adiungere, quòd facere ſolent columbæ. Siquidem illæ pullos quandiu quidem in nido manent, ore proprio nutriunt: poſtquam autem eiicere illos è nido poſſunt, eiſque cernunt iam natas alas, non iam amplius id præſtant, ſed granum quidem ore geſtant & oſtentant: vbi vero pulli expetentes propius acceſſerint, dimiſſam in pauimentum eſcam matres per ſeipſos iubent colligere: ſic & nos fecimus, dum accepto in ore ſpirituali cibo vos inuitauimus tanquam ſolutionem more conſueto expoſituri: poſtquam autem aduenistis, & vos excepturos ſperaſtis, vos dimiſimus, vt ipſi per vos ſententias colligatis. Propterea prooemio derelicto ad Paulum feſtinamus. Dicturi porro ſumus non ea ſolum quibus Eccleſiæ profuit, ſed etiam ea, quibus ei nocuit: nam & hæc è re noſtra eſt oratio. Dicemus, quo pacto verbum prædicationis oppugnaret, quo pacto Chriſto bellum inferret, quo pacto Apoſtolos perſequeretur, quo pacto hoſtili in eos animo eſſet, quo pacto eccleſiæ plus negotij, quam cæteri omnes faceſſeret. Veruntamen neminem pudeat hæc audire de Paulo:

Ioa.21.25.

A ἀλλὰ τοσαύτῃ κέχρηται ἀσφαλείᾳ, ὡς εἰπεῖν, Ὅτι εἰ ἐγράφετο καθ' ἓν πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, οὐδ' ἂν αὐτὸν οἶμαι χωρῆσαι τὸν κόσμον τὰ γραφόμενα βιβλία· πῶς οὖν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς; ἆρα μικρὸν ἡμῖν τὸ ζήτημα τοῦτο εἶναι δοκεῖ; κἀκεῖ μὲν, κράτιστε Θεόφιλε, μετ' ἐγκωμίου τὸ ὄνομα. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς τοῦτο τοῖς ἁγίοις εἴρηται. καὶ τάχα καὶ τοῦτο ἀπὸ μέρους ἐδείξαμεν, ὅτι οὐδὲ ἰῶτα ἓν, οὐδὲ μίαν κεραίαν ἁπλῶς ἐστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς γραφαῖς κειμένην. B Εἰ τοίνυν ἐν τῷ προοιμίῳ τοσαῦτα ζητήματα, πόσον ἐμέλλομεν ἀναλίσκειν χρόνον τὰ ἑξῆς ἅπαντα ἐπιόντες; διὰ ταῦτα ἠναγκάσθην τὸ ἐν μέσῳ παραδραμὼν, πρὸς Παῦλον ἐλθεῖν. τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ ζητήματα εἰπόντες, τὴν λύσιν αὐτῶν οὐκ ἐπηγάγομεν; ἐθίζοντες ὑμᾶς μὴ διὰ παντὸς μεμασημένην δέχεσθαι τὴν τροφὴν, ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ αὐτοὺς ἐπάγειν τὴν λύσιν τοῖς νοήμασιν, ὅπερ ποιοῦσιν αἱ περιστεραί. καὶ γὰρ ἐκεῖναι τοὺς νεοττοὺς ἕως μὲν ἂν ἐν τῇ καλιᾷ μένωσι, τῷ οἰκείῳ τρέφουσι στόματι· C ἐπειδὰν δὲ αὐτοὺς δυνηθῶσιν ἐξαγαγεῖν τῆς νοσσιᾶς, καὶ ἴδωσιν αὐτοῖς παγέντα τὰ πτερὰ, οὐκέτι τοῦτο λοιπὸν ποιοῦσιν, ἀλλὰ φέρουσι μὲν τὸν κόκκον ἐπὶ τοῦ στόματος καὶ δεικνύουσιν, ἐπειδὰν δὲ οἱ νεοττοὶ προσδοκήσαντες πλησίον ἔλθωσιν, αἱ μητέρες ἀφεῖσαι τὴν τροφὴν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, δι' ἑαυτῶν κελεύουσιν ἀναλέγεσθαι· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, λαβόντες τὴν πνευματικὴν τροφὴν ἐπὶ τοῦ στόματος, ἐκαλέσαμεν ὑμᾶς, ὡς δηλώσοντες ὑμῖν συνήθως τὴν λύσιν· ἐπεὶ δὲ D προσήλθετε καὶ προσεδοκήσατε δέξασθαι, ἀφήκαμεν, ὥστε ὑμᾶς δι' ὑμῶν αὐτῶν ἀναλέξασθαι τὰ νοήματα. διὰ τοῦτο τὸ προοίμιον ἀφέντες, πρὸς Παῦλον ἐπειγόμεθα. ἐροῦμεν δὲ οὐχ ὅσα τὴν ἐκκλησίαν ὠφέλησε μόνον, ἀλλ' ὅσα καὶ ἔβλαψε. καὶ γὰρ ἀναγκαῖος ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος. ἐροῦμεν πῶς ἐμαχέσατο τῷ λόγῳ τοῦ κηρύγματος, πῶς ἐπολέμησε τῷ Χριστῷ, πῶς ἐδίωξε τοὺς ἀποστόλους, πῶς τὰ τῶν πολεμίων ἐφρόνει, πῶς πάντων πλείονα παρέσχε τῇ ἐκκλησίᾳ πράγματα. ἀλλὰ μηδεὶς αἰσχυνέσθω περὶ Παύλου ταῦτα ἀκούων. οὐ γάρ ἐστιν

A αὐτοῦ κατηγορήματα, ἀλλ' ἐγκωμίων ὑπόθεσις. οὐ γὰρ κατηγορία αὐτοῦ πρότερον ὄντα φαῦλον, ὕστερον γενέσθαι χρηστόν, ἀλλὰ τὸ πρότερον ὄντα σπουδαῖον ὕστερον μεταβάλλεσθαι πρὸς πονηρίαν. ἀπὸ γὰρ τοῦ τέλους ἀεὶ τὰ πράγματα κρίνεται. καὶ γὰρ τοὺς κυβερνήτας, κἂν μυρία ναυάγια ὑπομείνωσιν, ὅταν μέλλωσιν εἰς τὸν λιμένα καταίρειν, ἂν φορτίων πεπληρωμένην ὁλκάδα καταγάγωσιν, οὐ φαμὲν πεπρᾶχθαι κακῶς, τοῦ τέλους τὰ προελθόντα ἀποκρύψαντος· καὶ τοὺς ἀθλητὰς πάλιν, κἂν μυρία πρότερον ἡττηθῶσι, τὴν δὲ περὶ τοῦ B στεφάνου πάλιν κρατήσωσιν, οὐκ ἀποστεροῦμεν τῶν ἐγκωμίων τῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ διὰ τὰ πρότερα. οὕτω καὶ ἐπὶ Παύλου ποιήσωμεν. καὶ γὰρ καὶ οὗτος καὶ μυρία ναυάγια ὑπέμεινεν, ἀλλ' ὅτε εἰς τὸν λιμένα καταίρειν ἔμελλε, πεπληρωμένην ἐπήγαγε τῶν φορτίων τὴν ὁλκάδα. καὶ ὥσπερ ὁ Ἰούδας οὐδὲν ὠφέλησε πρὸ τούτου μαθητὴς ὤν, εἶτα προδότης γενόμενος· οὕτω καὶ οὗτος οὐδὲν παρεβλάβη πρὸ τούτου διώκτης ὤν, μετὰ δὲ ταῦτα γενόμενος εὐαγγελιστής· ἐγκώμια Παύλου ταῦτά ἐστιν, οὐκ ἐπειδὴ κατέσκαψε τὴν ἐκκλησίαν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτὴν C πάλιν ᾠκοδόμησεν· οὐκ ἐπειδὴ ἐπόρθησε τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπειδὴ πορθήσας τὸν λόγον, αὐτὸς αὐτὸν πάλιν ηὔξησεν· οὐκ ἐπειδὴ ἐπολέμησε τοὺς ἀποστόλους, οὐκ ἐπειδὴ διεσπάραξε τὴν ἀγέλην, ἀλλ' ἐπειδὴ διασπαράξας, ὕστερον αὐτὸς αὐτὴν συνεκρότησε. τί τούτου παραδοξότερον γένοιτ' ἄν; ὁ λύκος ἐγένετο ποιμήν, ὁ τὸ αἷμα τῶν προβάτων ἐκπίνων, οὐ διέλιπε τὸ αἷμα ἑαυτοῦ ἐκχέων ὑπὲρ τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας. βούλει μαθεῖν πῶς τὸ αἷμα τῶν προβάτων ἐξέπινε; πῶς ἡμαγμένη ἦν αὐτοῦ ἡ D γλῶσσα; Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου. ἀλλ' οὗτος ὁ ἀπειλῆς καὶ φόνου ἐμπνέων, καὶ τὸ αἷμα τῶν ἁγίων ἐκχέων, ἄκουσον πῶς τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ ἐξέχεεν ὑπὲρ τῶν ἁγίων. Εἰ κατὰ ἄνθρωπον, φησιν, ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ· καὶ πάλιν, Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω· καὶ πάλιν, Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ παρὼν ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου, καὶ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναι-

non enim hæc ſunt eius accuſationes, ſed laudum potius occaſiones. Non enim crimen eſt illi, cum prius improbus fuiſſet, bonum deinceps euaſiſſe, ſed cum prius virtute præditus fuiſſet, poſtea mutatum ad improbitatem deſciuiſſe. Semper enim res ex fine iudicantur: nam & gubernatores, licet innumera ſint paſſi naufragia, cum ad portum nauem appulſuri ſunt, ſi refertam mercibus onerariam deduxerint, nequaquam illos male functos eſſe munere ſuo dicimus, cum rei exitus omnia quæ præceſſerant occultarit: & rurſus athletas licet multoties fuerint ante ſuperati, modo in ea pugna vincant, in qua de corona agitur, nequaquam propter ea quæ præceſſerunt, victoriæ præconiis defraudamus. Sic & erga Paulum nos geramus: nam & ipſe naufragia paſſus eſt innumera: ſed cum ad portum appulſurus nauem fuit, refertam mercibus onerariam deduxit. Et quemadmodum Iudæ nihil profuit, diſcipulum prius fuiſſe, cum deinde factus ſit proditor: ita nec iſti quicquam nocuit antea perſecutorem fuiſſe, cum Euangeliſta deinceps euaſerit. Hæc Pauli ſunt præconia, non quod Eccleſiam ſubuerterit, ſed quod ipſam rurſus ædificarit. Non quod verbum Dei oppugnarit, ſed quod poſtquam verbum oppugnarat, ipſe illud rurſus amplificauerit: non quod Apoſtolis bellum intulerit, non quod gregem diſſiparit, ſed quod vbi diſſipaſſet, illum ipſe deinde congregarit. Quid hoc admirabilius fieri poſſit? Lupus paſtor eſt factus: qui ſanguinem ouium abſorbebat, ſanguinem ſuum pro ſalute ouium fundere non ceſſauit. Vis tu intelligere quo pacto ſanguinem ouium abſorberet? quo pacto ſanguinem eius lingua ſtillaret: Saulus autem adhuc ſpirans minas & cædem in diſcipulos Domini. Veruntamen iſte qui minas ſpirabat & ſanctorum ſanguinem fundebat, audi quo pacto ſanguinem ſuum pro ſanctis funderet. Si ſecundum hominem, inquit, ad beſtias pugnaui Epheſi: & rurſus, Quotidie morior, & rurſus Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Atque hoc dicebat is qui aderat, cum Stephani ſanguis funderetur, & erat conſentiens

Simile à nauium gubernatoribus & athletis.

Act. 9. 1.

1. Cor. 15. 32.

Rom. 8. 36.

neci eius. Vides vt lupus paſtor euaſerit? Nunquid nō erubeſcitis, cum audieritis antea perſecutorem illum, & blaſphemum & contumelioſum fuiſſe? vidiſtis vt prior accuſatio laudes eius noua acceſſione cumularit? Nonne in priori vobis collecta dicebam ea miracula, quæ crucem ſequuta ſunt, iis maiora quæ ipſam præceſſerant extitiſſe? Nonne id oſtendi vobis & ex miraculis & ex diſcipulorum beneuolentia, & quo pacto antea quidem Chriſtus imperans mortuos ſuſcitabat, poſtea vero ſeruorum eius vmbra idipſum præſtabat? quo pacto tum quidem ille ſuo iuſſu miracula patrabat: poſtea vero ſerui eius nomen ipſius vſurpantes maiora faciebant? nonne de hoſtibus dicebam, quo pacto conſciētiam illorum perterrefaceret? quo pacto vniuerſo terrarū orbi imperaret? quo pacto maiora fuerint poſt crucem miracula quámque crucem præceſſerant? illius germana quę ſe nūc ingerit, eſt oratio. Quod enim maius hoc cerni poſſit miraculum, quod in Paulo contigit? Nam viuentem quidem illum Petrus negauit, at mortuum Paulus cōfeſſus eſt: porro mentem Pauli pellexiſſe atque expugnaſſe maius ſignum fuit, quam vmbrarum opera mortuos ſuſcitaſſe. Nam illic quidem ſequebatur natura, neque imperanti contradicebat: hic vero in poteſtate liberi arbitrij ſitum erat, vt perſuaderetur vel nō perſuaderetur vnde magna virtus eius qui perſuaſit, oſtēditur. Multo quippe maius fuit voluntatem conuertiſſe, quam naturam correxiſſe: maius igitur cæteris omnibus ſignum fuit Paulum poſt crucem & ſepulturam ad Chriſtū acceſſiſſe. Propterea namque permiſit eum Chriſtus omne odium prę ſe ferre, ac tum illum vocauit, vt reſurrectionis probationem ac doctrinæ ſermonem omni ſuſpicione liberaret. Nam Petrus quidem ſi de eo loquutus eſſet, ſuſpectus fuiſſet: potuiſſet enim impudens aliquis quippiam dicere. Porro impudentem dixi, quoniam & illic manifeſta fuit demonſtratio. Siquidem ille quoque prius ipſum negauit, & cum iuramento negauit: veruntamen hunc ipſum deinde dum confitetur, vel ipſam animam ſuam pro illo tradidit. Quod ſi non reſurrexiſſet, nunquam is, qui viuentem negauerat, millies mortē toleraſſet, ne iam mortuum abnegaret:

Pauli cō uerſio magnum miraculum.

A ρέσει αὐτοῦ. ὁρᾷς πῶς ὁ λύκος ποιμὴν ἐγένετο; ἆρ' οὐκ αἰσχύνεσθε περὶ τούτου ἀκούοντες, ὅτι διώκτης ἦν καὶ βλάσφημος καὶ ὑβριστής; εἴδετε πῶς μεῖζον αὐτοῦ ἐποίησε τὸ ἐγκώμιον ἡ προτέρα κατηγορία; οὐκ ἔλεγον ὑμῖν ἐν τῇ προτέρᾳ συνάξει ὅτι τῶν περὶ τοῦ σταυροῦ σημείων τὰ μετὰ τὸν σταυρὸν μείζονα ἐγένετο; οὐκ ἔδειξα ὑμῖν καὶ ἀπὸ τῶν σημείων, καὶ ἀπὸ τῆς εὐνοίας τῶν μαθητῶν, καὶ πῶς πρὸ τούτου μὲν ὁ Χριστὸς ἐπιτάττων ἤγειρε τοὺς νεκρούς, ὕστερον δὲ αἱ σκιαὶ τῶν δούλων αὐτοῦ τοῦτο ἐποίουν; πῶς τότε μὲν αὐτὸς κελεύων ἐθαυματούργει, B ὕστερον δὲ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κεχρημένοι μείζονα ἐποίησαν; οὐκ εἶπον ὑμῖν περὶ τῶν ἐχθρῶν, πῶς διέσεισεν αὐτῶν τὸ συνειδός; πῶς ἐκράτησε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης; πῶς μείζονα τὰ σημεῖα μετὰ τὸν σταυρὸν ἦν τῶν πρὸ τοῦ σταυροῦ; ἀδελφὸς ἐκείνου καὶ ὁ σήμερον εἰσελθὼν λόγος. τί γὰρ τοῦ κατὰ Παῦλον μεῖζον σημείου γένοιτ' ἄν; ζῶντα μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ ὁ Πέτρος ἠρνήσατο, ἀποθανόντα δὲ ὁ Παῦλος ὡμολόγησε. τοῦ δὲ νεκροὺς ἐγεῖραι διὰ τῶν σκιῶν μεῖζον σημεῖον ἦν, τὸ τὴν γνώμην C Παύλου ἐπισπάσασθαι καὶ ἑλεῖν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἡ φύσις εἵπετο, καὶ οὐκ ἀντέλεγε τῷ ἐπιτάττοντι· ἐνταῦθα δὲ προαίρεσις ἦν, τοῦ πεισθῆναι, καὶ τοῦ μὴ πεισθῆναι κυρία· ὅθεν πολλὴ ἡ δύναμις τοῦ πείσαντος δείκνυται. τοῦ γὰρ φύσιν διορθῶσαι τὸ προαίρεσιν μεταβαλεῖν πολλῷ μεῖζον ἦν· μεῖζον ἄρα τῶν ἄλλων ἁπάντων σημεῖον ἐγένετο τὸ Παῦλον προσελθεῖν τῷ Χριστῷ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τάφον. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς πᾶσαν τὴν ἔχθραν ἐπιδείξασθαι, καὶ τότε ἐκάλεσεν, ἵνα ἀνύποπτον ποιήσῃ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν, καὶ D τὸν διδασκαλίας λόγον. Πέτρος μὲν γὰρ περὶ αὐτοῦ λέγων ἴσως ὑπωπτεύετο· εἶχε γάρ τις τῶν ἀναισχύντων εἰπεῖν τι. εἶπον δὲ τῶν ἀναισχύντων, ὅτι κἀκεῖ φανερὰ ἡ ἀπόδειξις ἦν. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος αὐτὸν ἠρνήσατο πρότερον, καὶ ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου, ἀλλ' ὅμως τὸν αὐτὸν τοῦτον ὁμολογῶν ὕστερον καὶ τὴν ψυχὴν ἐπέδωκε τὴν ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ μὴ ἀνέστη, οὐκ ἂν ὁ ζῶντα ἀρνησάμενος, ὥστε μὴ ἀρνήσασθαι τελευτήσαντα μυρίους ἂν θανάτους ὑπέμεινε. διὰ

A καὶ ὅτι Πέτρου φανερὰ ἡ ἀπόδειξις τῆς ἀναστάσεως ἦν. πλὴν ἀλλ' ἐκείνου μὲν εἶχον οἱ ἀναίσχυντοι λέγειν, ὅτι ἐπειδὴ μαθητὴς αὐτοῦ ἦν, ἐπειδὴ τραπέζης ἐκοινώνησεν αὐτῷ, καὶ τρία ἔτη αὐτῷ συνεγένετο, ἐπειδὴ διδασκαλίας ἀπήλαυσεν, ἐπειδὴ ἐκολακεύθη παρ' αὐτοῦ ἀπατηθεὶς, διὰ τοῦτο κηρύττει αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν· ὅταν δὲ Παῦλον ἴδῃς οὐκ εἰδότα αὐτὸν, τὸν οὐκ ἀκηκοότα αὐτοῦ, τὸν οὐ μετασχόντα τῆς διδασκαλίας, τὸν καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν αὐτῷ πολεμοῦντα, τὸν ἀποκτιννύντα τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, τὸν πάντα συγχέοντα καὶ ταράττοντα, τοῦτον ἐξαίφνης μεταβεβλημένον, καὶ B τοῖς ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος καμάτοις ἅπαντας παρελάσαντα τοὺς τοῦ Χριστοῦ φίλους, ποίαν ἕξεις λοιπὸν, εἰπέ μοι, ἀναισχυντίας πρόφασιν, ἀπιστῶν τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ; Εἰ γὰρ μὴ ἀνέστη ὁ Χριστὸς, τίς τὸν οὕτως ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον, τίς τὸν οὕτω πεπολεμωμένον καὶ ἠγριωμένον ἐπεσπάσατο ἂν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπηγάγετο; Εἰπὲ γάρ μοι, ὦ Ἰουδαῖε, τίς Παῦλον ἔπεισε προσελθεῖν τῷ Χριστῷ; Πέτρος; ἀλλ' Ἰάκωβος; ἀλλ' Ἰωάννης; ἀλλ' οὗτοι πάντες αὐτὸν ἐδεδοίκεισαν καὶ ἔφριττον, καὶ οὐχὶ πρὸ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτε τῶν φίλων ἐγένετο, ὅτε Βαρνάβας ἐπιλαβόμενος αὐτοῦ C τῆς χειρὸς ἐπανήγαγεν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔτι ἐφοβοῦντο κολλᾶσθαι αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν πόλεμος ἐλέλυτο, ὁ δὲ φόβος ἐπέμενε τοῖς ἀποστόλοις. οἱ οὖν καταλλαγέντα αὐτὸν ἔτι φοβούμενοι ἐχθρὸν ὄντα καὶ πολέμιον ἐτόλμησαν πεῖσαι; προσελθεῖν γὰρ ὅλως, ἢ στῆναι, ἢ διᾶραι στόμα, φανῆναι δὲ ὅλως ὑπέμενον; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὐκ ἦν ἀνθρωπίνης σπουδῆς τὸ γινόμενον, ἀλλὰ θείας χάριτος. εἰ τοίνυν νεκρὸς ἦν, ὥς φατε, ὁ Χριστὸς, καὶ ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἔκλεψαν αὐτὸν, πῶς μείζονα τὰ σημεῖα μετὰ τὸν σταυρὸν ἐγένετο; πῶς πλείων ἡ ἀπόδει- D ξις τῆς δυνάμεως; οὐ γὰρ μόνον μετέστησε τὸν πολέμιον, καὶ ἀρχηγὸν τῆς μάχης ὑμῶν (καίτοι εἰ καὶ τοῦτο μόνον ἐποίησε, μεγίστης δυνάμεως ἦν τὸ τὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον λαβεῖν αἰχμάλωτον) νυνὶ δὲ οὐχὶ τοῦτο μόνον εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ τούτου πολλῷ μεῖζον. οὐ γὰρ μόνον μετέστησεν, ἀλλ' οὕτως οἰκεῖον ἐποίησεν, οὕτως ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν εὔνοιαν τὴν ἑαυτοῦ, ὡς καὶ αὐτῷ

A quo fit, vt etiam in Petro reſurrectionis demonſtratio manifeſta fuiſſe videatur Veruntamē de illo quidem impudentes dicere potuiſſent eum, propterea quod diſcipulus erat illius: propterea quod particeps eius menſæ fuerat, ac tribus annis cum illo verſatus fuerat: propterea quod eius doctrina potitus erat: propterea quod in fraudem illectus blanditiis eius fuerat, idcirco reſurrectionem illius prædicare: cum vero Paulū videas, qui ipſum non viderat, qui ipſum non audiuerat, qui doctrinæ particeps minimè fuerat, qui etiā poſt crucem illi bellum indixerat, B & eos qui in ipſum credebāt, interficiebat, qui omnia miſcebat ac turbabat, hunc ſubito mutatum in ferendis pro prædicatione verbi laboribus omnes Chriſti amicos ſuperare, quę tibi deinceps quæſo impudētię excuſatio relinquetur, ſi reſurrectionis verbo non credas? Si enim Chriſtus nō reſurrexiſſet, quis hominem adeo crudelem & inhumanum, quis adeo infenſum & efferatum ſibi cōciliaſſet & ad ſe attraxiſſet? Dic enim quęſo Iudęe, quis Paulo perſuaſit, vt Chriſto ſe adiūgeret? num Petrus? nū Iacobus? num Ioannes? atqui C omnes iſti eum timebant & horrebāt, neque tantum ante hoc tempus, ſed tum etiam cum in amicorum numerum relatus erat, quando manu prehenſum illum Barnabas Hieroſolymam introduxit adhuc illi propius ſe adiungere timebant, ac ſedatum quidem erat bellum, metus tamen adhuc in Apoſtolis permanebat. An igitur illi qui reconciliatum adhuc timebant, cum inimicus & hoſtis eſſet, oratione flectere auſi eſſent? an vero ad illum accedere omnino, vel coram illo ſubſiſtere, vel os aperire, aut omni- D no apparere potuiſſent? Non ita ſe res habet, non ita eſt, nec humanę diligentiæ facinus illud fuit, ſed gratię diuinę. Si ergo mortuus erat Chriſtus, vt dicitis, & cum veniſſent diſcipuli eius, furati ſunt eum, quomodo plura poſt crucem facta ſunt miracula? quomodo amplior virtutis ſequuta eſt demonſtratio? Non enim tantum hoſtem ſibi reconciliauit & principem ducémque pugnæ veſtræ (tamètſi, licet hoc ſolum feciſſet, maximę fuit hoc potentiæ inimicum hoſtem abduxiſſe captiuum) iam vero non hoc ſolum præſtitit: ſed & aliud multo maius: non enim tantum ſibi reconciliauit, ſed ita ſibi familiarem reddidit; ſic eum ad amorē ſuum pellexit, vt eius ſi-

dei Eccleſiæ negotia cuncta commiſe-
Act. 9. 15. rit: vas enim, inquit, electionis eſt mihi, iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, eique perſuaſerit, vt plus quam Apoſtoli pro Eccleſia laboraret, quam antea oppugnabat. Vis tu intelligere quo pacto illum ſibi reconciliarit? quo pacto familiarem reddiderit? quo pacto ſibi aſciuerit? quo pacto in numerum præcipuorum amicorum retulerit? nulli hominum tam multa detegere arcana, quam multa Pau-
2. Cor. 12. 4. lo eſt auſus. Vnde vero id conſtat? Audiui arcana verba, inquit, quæ non licet homini loqui. Vides quantam inimicus & hoſtis beneuolentiam exhibuerit? Quam ob cauſſam operæ-pretium fuerit priorem eius vitam proferre: ſiquidem ita fiet, vt nobis Dei benignitas & potentia innoteſcat. Benignitas quidem, quod eum qui tam multa mala perpetrauerat, ſeruare voluerit, & ſibi conciliare: potentiam verò quod id, quod volebat, exequi potuerit? Et vero animum Pauli hoc patefacit, qui nihil contentionis ſtudio faceret, neque gloriæ humanæ cupiditate præoccupatus, quemadmodum Iudæi: ſed zelo ſuccenſus non recto illo quidem, ſed zelo tamen, quod & ipſe clamans dicebat: Ideo miſericordiam conſe-
1. Tim. 1. 13. quutus ſum; quia ignorans feci in incredulitate: & benignitatem Dei obſtupeſcens dicebat, Vt in me primo oſtenderet Chriſtus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí ſunt illi in vitā ęternam. Et alibi rurſus dicebat, Operationem virtutis ſuę maximè oſtendit in nos qui cre-
Epheſ. 1. 19. dimus. Vides vt & benignitatem Dei & virtutem prior vita Pauli oſtenderit, & quam incorrupta ſynceraq; mente prędítus ipſe fuerit? Sane quidem ad
Gal. 1. 10. 13. Galatas ſcribens hoc protulit, vt ſe hominum cauſſa minimè fuiſſe mutatū, ſed diuina virtute fuiſſe conuerſū probaret. Si enim hominibus, inquit, placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Vnde vero id conſtat te non, vt hominibus placeres, ad prædicationem fuiſſe conuerſum? Audiſtis, inquit, conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam eam. Quod ſi hominibus placere voluiſſet, nequaquam ad fidem conuer-

A πάντα τῆς ἐκκλησίας τὰ πράγματα ἐνεχείρησαι. Σκεῦος γάρ, φησιν, ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, καὶ πλείονα τῶν ἀποστόλων πεῖσαι καμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας τῆς πρότερον ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένης. βούλει μαθεῖν πῶς αὐτὸν μετέστησε; πῶς αὐτὸν ᾠκειώσατο; πῶς αὐτὸν ἀπεσπάσατο; πῶς εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων κατέλεξεν; οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων τοσαῦτα ἐθάρρησεν εἰπεῖν ἀπόρρητα, ὅσα τῷ Παύλῳ. καὶ πόθεν τοῦτο δῆλον; Ἤκουσα ἄρρητα ῥήματα, φησιν, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Εἶδες ὁ ἐχθρὸς ὁ πο-
B λέμιος πόσην εὔνοιαν ἐπεδείξατο; διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον καὶ τὸν πρότερον βίον αὐτοῦ εἰπεῖν. καὶ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ δείκνυσιν ἡμῖν φιλανθρωπίαν καὶ δύναμιν. φιλανθρωπίαν μέν, ὅτι ἐβουλήθη τὸν τοσαῦτα κακὰ ἐργασάμενον σῶσαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπάσασθαι· δύναμιν δέ, ὅτι βουληθεὶς ἴσχυσε. καὶ τὴν Παύλου δὲ τοῦτο δείκνυσι ψυχήν, ὅτι οὐδὲν πρὸς φιλονεικίαν ἐποίει, οὐδὲ ἀνθρωπίνῃ προκατειλημμένος δόξῃ, καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ ζήλῳ πεπυρωμένος, οὐκ ὀρθῷ μέν, ζήλῳ δὲ ὅμως· ὅπερ καὶ αὐ-
C τὸς ἐβόα λέγων· ὅτι Διὰ τοῦτο ἠλεήθην ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ· καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ἐκπληττόμενος ἔλεγεν· Ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Χριστὸς τὴν ἅπασαν μακροθυμίαν, πρὸς ὑποτύπωσιν δὲ τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν ἔλεγεν, Ὅτι τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μάλιστα ἔδειξεν εἰς ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας. Εἶδες πῶς καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἔδειξε τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἀδέκαστον ὁ πρότερος Παύ-
D λου βίος; τοῦτο γοῦν Γαλάταις γράφων εἰς ἀπόδειξιν παρήγαγε τοῦ μὴ δι' ἀνθρώποις μεταβαλέσθαι, ἀλλὰ θείᾳ μετενεχθῆναι δυνάμει. Εἰ γὰρ ἀνθρώποις, φησίν, ἤρεσκον Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην. καὶ πόθεν δῆλον ὅτι οὐκ ἀνθρώποις ἀρέσκων, πρὸς τὸ κήρυγμα μετέστης; Ἠκούσατέ, φησι, τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. οὐκ ἂν δέ, εἰ ἀνθρώποις ἀρέσκειν ἤθελε, μετέστη πρὸς

τὴν πίστιν. διὰ τί; ἐτιμᾶτο παρὰ Ἰουδαίοις, καὶ ἀδείας ἀπήλαυε πολλῆς, καὶ προεδρίας ἠξιοῦτο· οὐκ ἂν οὖν πρὸς ἐπικίνδυνον μετέστη βίον τὸν τῶν ἀποστόλων, τὸν δυσφημίας γέμοντα, τὸν συμφορῶν ἐμπεπλησμένον, ὥστε αὐτὴν ἀθρόαν μεταβολὴν καὶ μετάστασιν καὶ τὸ καταλιπεῖν μὲν τὴν παρὰ Ἰουδαίοις τιμὴν καὶ τὸν ἀπόλεμον βίον, ἀπαλλάξασθαι δὲ τὴν τῶν ἀποστόλων ζωήν, τὴν μυρίους ἔχουσαν θανάτους, μεγίστη γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ μὴ δι' ἀνθρωπίνην τινὰ πρόφασιν μεταθεῖναι τὸν Παῦλον. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐβουλήθημεν τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ δεῖξαι τὸν πεπυρωμένον ζῆλον τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ἵν', ὅταν ἴδῃς τὴν πολλὴν προθυμίαν τὴν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, θαυμάσῃς τὸν ποιοῦντα πάντα καὶ μετασκευάζοντα θεόν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ μαθητὴς ὁ Παύλου τὰ πρότερα ἡμῖν μετ' ἀκριβείας διηγήσατο, καὶ πολλῆς ἐμφάσεως οὕτως εἰπών· Σαῦλος δὲ ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου. ἐβουλόμην μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἄρξασθαι τοῦ προοιμίου σήμερον, ἐβουλόμην ἐμβαλεῖν εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ διηγήματος, ἀλλ' ὁρῶ πέλαγος νοημάτων ἀπὸ τοῦ ὀνόματος μόνου. ἐννόησον γὰρ ὅσον εὐθέως ἡμῖν κινεῖ ζήτημα, τό, Σαῦλος, τοῦτο. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς ἕτερον ὄνομα ὁρῶ κείμενον. Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος· Παῦλος καὶ Σωσθένης· Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος· Ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν· νυνὶ δὲ ὡς Παῦλος, καὶ πανταχοῦ Παῦλος καλεῖται, ἀλλ' οὐχὶ Σαῦλος λέγεται. τίνος οὖν ἕνεκεν πρὸ τούτου μὲν Σαῦλος, μετὰ δὲ ταῦτα Παῦλος ἐκλήθη; οὐκ ἔστι ψιλὸν τὸ ζήτημα. καὶ γὰρ Πέτρος εὐθέως ἐπιτρέχει. καὶ γὰρ κἀκεῖνος πρὸ τούτου μὲν Σίμων ἐλέγετο, μετὰ δὲ ταῦτα ὠνομάσθη Κηφᾶς. καὶ υἱοὶ Ζεβεδαίου, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, υἱοὶ βροντῆς μετωνομάσθησαν. καὶ οὐκ ἐν τῇ καινῇ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ εὑρίσκομεν τὸν Ἀβραὰμ πρὸ τούτου μὲν Ἀβρὰμ λεγόμενον, μετὰ ταῦτα δὲ Ἀβραάμ· καὶ τὸν Ἰακὼβ νῦν μὲν Ἰακὼβ λεγόμενον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἰσραήλ· καὶ τὴν Σάρραν πρὸ τούτου Σάραν λεγομένην, μετὰ δὲ ταῦτα Σάρραν· καὶ πολλὴν ἡμῖν τῶν ὀνομάτων ἡ μετάθεσις παρέχει τὴν ζήτησιν. καὶ δέδοικα μὴ πολλὰ ῥεύματα ποταμῶν ἐξαίφνης ἀφεὶς, ἀποπνίξω τῆς διδασκαλίας τὸν λόγον. καθάπερ γὰρ

A ſus fuiſſet. Quid ita? colebatur à Iudæis, & multa ſecuritate fruebatur, ac præ cæteris honore afficiebatur: non igitur ad Apoſtolorum vitam tot obiectam periculis ſe tranſtuliſſet, quę multa laborabat infamia, quæ tot calamitatibus redundabat: itaque illum honorem, quo apud Iudęos fruebatur, repentina mutatione ac conuerſione, & vitam quietã deſeruerit, & cum Apoſtolorum vita commutauerit, innumeris obiecta mortis generibus, maximum illud argumentum fuit non ob humanam quandam occaſionem Paulum eſſe conuerſum. Propterea nos e-
B tiam priorem eius vitam in medium afferre voluimus, & ardentem zelum eius oſtendere, quo Eccleſiam oppugnabat, vt cum eius pro eccleſiæ defenſione promptitudinem animi videris, Deum laudes, qui facit omnia & tranſformat. *Amos.5.8.* Propterea Pauli quoque diſcipulus diligenter nobis ac perſpicuè priora narrauit, ita dicens: *Saulus autem adhuc ſpirans minas, & cædem in diſcipulos Domini.* Ac vellem equidem ego quoque hodierno die procemium inchoare, vellem ad initium narrationis
C aggredi, ſed video pelagus quoddam ſententiarum ex ſolo nomine ſe nobis obtrudere. Cogita namque quantam è veſtigio nobis illud, Saulus, quæſtionem moueat: ſiquidẽ aliud in epiſtolis poſitum numen occurrit. Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus: *Gal.1.* Paulus, & Soſthenes: Paulus vocatus Apoſtolus: Ecce ego Paulus dico vobis: iam vero vt Paulus, & vbique Paulus appellatur, non autem Saulus dicitur. Cur igitur antea Saulus, poſtea vero Saulus vocatus eſt? Neque vero ſimplex eſt illa quæſtio: ſtatim enim
D Petrus accurrit: nam & ipſe antea Simon dicebatur, poſtea vero Cephæ nomen accepit, & Zebedæi filij Iacobus & Ioannes mutato nomine Filij tonitrui ſunt appellati, nec in Nouo ſolum teſtamento, ſed etiam in Veteri reperimus Abraham antea dictum Abram, poſtea Abraham, & Iacob primum Iacob eſſe dictum, deinde Iſraël, & Sarram primum Saram eſſe dictam, deinde Sarram, & multas nobis hæc mutatio nominum parit quæſtiones, ac vereor, ne multis fluminum effuſis fluentis doctrinæ ſermonẽ velut obruam & ſuffocem. Nam quemad-

modum in agro humido & irriguo vbicunque quis foderit, vndique fontes ſcaturiunt: ſic & in agro diuinæ ſcripturæ, vbicunque reſeraueris, plurimos fluuios videbis erumpere, quam ob cauſſam ne omnes illos ſimul effundã, non mediocriter pertimeſco. Quapropter riuum hunc noſtrum claudens caritatem veſtram ad ſacrum fontem præſulum iſtorum magiſtrorumque tranſmittam limpidum illum, potabilem ac dulcem, quod ex ſpirituali petra fluentum manat. Mentem igitur ad excipiendam doctrinam, & ad ſpirituales latices hauriendos paremus, vt fiat in nobis fons aquæ ſalientis in vitã æternam: quam nos omnes obtinere contingat gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti per quem & cum quo gloria, honor, imperium, vna cum ſancto ac viuifico Spiritu nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo ad eos qui conuentum Eccleſiæ deſeruerunt, & quod non oporteat ſacrarum ſcripturarum titulos prætermittere, & in inſcriptionẽ altaris, & in nuper illuminatos. Act.17.23.

Eodem interprete.

QVid hoc ſibi vult? quo nobis feſta vlterius progrediuntur, eo minores collectæ fiunt. Ne tamen idcirco deſides ſimus nos qui adſumus: ſiquidem minores fiunt, ſi multitudinem ſpectes; ſin alacritatem animi, non fiunt minores: numero fiunt minores, non affectu. Porro idcirco minuuntur, vt qui in vobis probati ſunt manifeſti fiant, & quinam ex conſuetudine, quinam diuinorum eloquiorũ cupiditate quinam lectionis ſpiritualis cupiditate, ducti ad annuam venirent ſolennitatem, ſciamus. Præcedenti dominica ciuitas hic aderat vniuerſa, plena erant ſepta, & multitudo recedentes fluctus atque redeuntes imitabatur: ſed mihi fluctibus illis optatior & gratior eſt tranquillitas veſtra, pluris ego facio quietem veſtram, quã tumultum & turbas illas. Tum preſentia dinumerare corpora licebat, nunc affectus plenos pietatis. Siquis hanc paucorum hominum collectam, & ex pauperibus maiorem partem conſtan-

A ἐν χωρίῳ νοτίδα ἔχοντι, ὅπου γὰρ ἂν διασκάψῃ τις, πηγαὶ πανταχόθεν ἐκπηδῶσιν· οὕτω καὶ ἐν τῷ χωρίῳ τῶν θείων γραφῶν, ὅπου γὰρ ἂν διανοίξῃς, ποταμοὺς ἐξιόντας ὄψει πολλούς, ὅθεν καὶ πάντας αὐτοὺς ἀθρόον ἀφεῖναι τήμερον δέος ἐστὶν οὐ μικρόν. διὸ γὰρ τὸ ἡμέτερον ἀποφράξας ῥεῦμα, παραπέμψαι τὴν ὑμετέραν ἀγάπην πρὸς τὴν ἱερὰν πηγὴν τῶν προέδρων τούτων καὶ διδασκάλων τὴν καθαρὰν ταύτην καὶ πότιμον καὶ γλυκεῖαν, νᾶμα τὸ ἐξιὸν τῆς ἐξερχόμενον τῆς πέτρας τῆς νοητῆς. παρασκευάσωμεν τοίνυν τὴν διάνοιαν πρὸς ὑποδοχὴν τῆς διδασκαλίας, ἀρύσασθαι τὰ πνευματικὰ νάματα, B ἵνα γένηται ἐν ἡμῖν πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, τιμή, κράτος, ἅμα τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ὁμιλία πρὸς τοὺς ἐγκαταλείψαντας τὴν σύναξιν τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰς τὸ μὴ παρατρέχειν τὰς ἐπιγραφὰς τῶν θείων γραφῶν, καὶ εἰς C τὸ ἐπίγραμμα τοῦ βωμοῦ, καὶ εἰς τοὺς νεοφωτίστους.

ΤΙ τοῦτο; ὅσον προΐασιν ἡμῖν αἱ ἑορταί, τοσοῦτον καὶ αἱ συνάξεις ἐλάττους γίνονται. ἀλλὰ μὴ ῥαθυμῶμεν ἡμεῖς οἱ παρόντες. ἐλάττους μὲν γίνονται τῷ πλήθει, οὐκ ἐλάττους δὲ τῇ προθυμίᾳ· ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ, οὐκ ἐλάττους δὲ τῷ πόθῳ. ἐλάττους γίνονται, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν, καὶ μάθωμεν, D τίνες μὲν συνηθείᾳ, τίνες δὲ ἐπιθυμίᾳ θείων λογίων παραγίνονται δι' ἐνιαυσίου ἑορτῆς, τίνες ἐπιθυμίᾳ ἀκροάσεως πνευματικῆς. πᾶσα ἡ πόλις ἦν ἐνταῦθα τῇ προτέρᾳ κυριακῇ, μεστοὶ οἱ περίβολοι, καὶ κύματα ἀπιόντα καὶ ἐπανιόντα ἐμιμεῖτο τὸ πλῆθος. ἀλλ' ἐμοὶ τῶν κυμάτων ἐκείνων ποθεινοτέρα ἡ ὑμετέρα γαλήνη. ἐμοὶ τοῦ θορύβου καὶ τῆς ταραχῆς ἐκείνης τιμιωτέρα ὑμῶν ἡ ἡσυχία. τότε τὰ σώματα ἦν ἀριθμεῖν παρόντα, νῦν τὰ φρονήματα εὐλαβείας γέμοντα. εἴ τις τὴν σύναξιν ταύτην τὴν ὀλιγάνθρωπον, καὶ τὸ πλέον ἐκ πενήτων συνεστηκυῖαν, κἀκείνην

τὴν σύναξιν τὴν πολυανθρώπων, καὶ τὸ πλῆθος ἀπὸ πλουσίων συγκεκροτημένην, εἴ τις ἀμφοτέρας τὰς συνάξεις ταύτας, ὥσπερ ἐν ζυγῷ καὶ σταθμῷ θελήσει σταθμῆσαι, εὕροι ἂν ταύτην καθέλκουσαν. εἰ γὰρ ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τιμιώτεροί ἐστε τῇ ἐπιθυμίᾳ. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σταθμητῶν γίνεται· ἐὰν δέκα τις στατῆρας χρυσοῦς λαβὼν εἰς μίαν καταθῆται πλάστιγγα, εἶτα εἰς τὴν ἑτέραν πλάστιγγα χαλκοῦς ἑκατόν, οἱ μὲν ἑκατὸν χαλκοῖ πρὸς ἑαυτοὺς καθέλκουσι τὴν τρυτάνην· οἱ δὲ δέκα χρυσοῖ τῇ τῆς φύσεως ὑπεροχῇ μείζονας ἀνθέλκουσι, βαρύτεροι καὶ τιμιώτεροι ὄντες κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. ὥστε ἔστιν ὀλίγους ὄντας τῷ ἀριθμῷ, τῶν πολλῶν εἶναι τιμιωτέρους καὶ ἀναγκαιοτέρους. ἀλλὰ τί ὑμῖν τὰ παραδείγματα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συνηθείᾳ φέρω πραγμάτων, δέον αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ψῆφον περὶ τούτων παραγαγεῖν ἀποφαινομένην; τί οὖν αὕτη φησί; Κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου, ἢ μύριοι παράνομοι. ἔστι γάρ, ἔστι πολλάκις ἄνθρωπος εἷς μυρίων ἀντάξιος. καὶ τί λέγω, ὅτι εἷς ἄνθρωπος μυρίων ἀντάξιος μόνος; ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀναγκαιότερος καὶ τιμιώτερος. καὶ τούτου τὴν μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν Παύλου ῥημάτων ποιήσομαι. ἀνθρώπων γὰρ μνησθεὶς πενήτων, ἐλαυνομένων, θλιβομένων, κακουχουμένων, οὕτω φησί· Περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. τί λέγεις; τῶν ὑστερουμένων, τῶν κακουχουμένων, τῶν οὐκ ἐχόντων πατρίδα οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος; οὐχ ὁρᾷς πόσοις πόσους ἀντέστησας; ὁρῶ μέν, φησι, καὶ διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι οὐκ ἦν ὁ κόσμος ἄξιος αὐτῶν. ἐγὼ γὰρ τῶν νομισμάτων τούτων τὴν φύσιν οἶδα σαφῶς. κἂν γῆν, κἂν θάλατταν, κἂν βασιλεῖς, κἂν ἐπάρχους, καὶ πάντα ἁπλῶς τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν θῇς, καὶ δύο ἢ τρεῖς πένητας τούτοις ἀντιστήσῃς, θαρρῶν ἂν εἴποιμι, ὅτι οὗτοι μᾶλλον καθέλξουσιν οἱ πένητες. εἰ γὰρ ἐκεῖθεν ἀπηλαύνοντο πατρίδος, ἀλλ' εἶχον πατρίδα τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. ἐν πενίᾳ διῆγον· ἀλλ' ἐπλούτουν κατὰ τὴν εὐσέβειαν. ἀνθρώπων ἦσαν ἐχθροί· ἀλλὰ τῷ Θεῷ φίλοι. καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι; ὁ Ἠλίας, ὁ Ἐλισσαῖος, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους ἅπαντες. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἴδῃς, ὅτι οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας ηὐπόρουν τροφῆς

A tem, & illam multorum hominum ex diuitibus, maiorem partem cõflatam, ſi quis vtraſque collectas iſtas tanquã in trutina & ſtatera põderare voluerit, hãc comperiet præponderare. Quanquam enim, ſi numeri ratio habeatur, minores eſtis: ſi tamen cupiditatem affectumque ſpectemus, pluris faciendi eſtis. Ita fit in rebus, quæ ponderantur: ſi quis decem aureos ſtateras ſumat, & in vna lance deponat, ac deinde in altera centum æreos nummos, tametſi quidem centum ærei nummi deorſum ad ſe trahunt, attamen aurei decem illi cum habita ratione materiæ gra-
B uiores ſint ac pretioſiores, naturæ ſuæ dignitate præponderant. Itaque fieri poteſt vt qui pauci ſunt numero, pluris faciendi ſint & vtiliores habeantur illis qui numero multi ſint. Sed quid ego vobis exempla profero à rebus conſuetis repetita, cum ipſam à Deo prolatam ſentẽtiam oporteat in medium afferri? Quid igitur illa dicit? Melior eſt vnus faciens voluntatem Domini, quam innumeri præuaricatores. Eſt enim, eſt ſępenumero vnus homo cum innumeris æquiparandus. Quid dico
C vnum hominem ſolum ęquiparandum innumeris? immo toto orbe terrarum vtilior & pretioſior cenſetur. Atque huius rei teſtimonium ex Pauli verbis mutuabor. *Heb. 11* Cum enim hominum pauperum, vexatorum, exagitatorum, afflictorum mentionem feciſſet, adiecit: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Quid ais? hominibus egentibus afflictis; dignus non erat mundus? Non vides quam paucos tam multis oppoſueris? Video equidem, inquit, atque id-
D circo dixi mundum illis inimè fuiſſe dignum. Nota quippe mihi eſt probè numiſmatum iſtorum natura. Si terrã poſuero, mare, Reges, Præfectos, & totam omnino naturam humanam & duos treſue pauperes his oppoſuero, confidenter aſſerã fore, vt pauperes iſti præponderent. Quod ſi illi è patriis ſedibus expellebantur, tamen patriam ſupernam Hieruſalẽ habebant: in paupertate vitam agebant: at pietate diuites erant: hominibus erant odioſi: at Deo grati. Quinam illi porro ſunt? Helias, Eliſſæus & illius temporis omnes. Neque verò id ſpectes quod ne alimenta quidem illis neceſſaria ſuppetebant: at

A quod os Heliæ cœlum clauſerit, & aperuerit, eiuſque melote Iordanē retro flexerit Atque hęc cū mihi veniunt in mentem gaudeo & doleo. gaudeo quidem propter vos, qui adeſtis: doleo vero propter eos qui abſunt: doleo valde moleſteque fero & corde conteror. Quis enim eſt adeo ſenſus doloris expers, vt non doleat cum in ea quæ ad Diabolum pertinent, plus ſtudii conferri cernat? Atqui nulla ſpes veniæ nobis vel excuſationis, reliqua eſſet, ſi vel ęquale ſtudium conferretur: cum autem etiam longè ſuperet, quis nobis defenſionis locus relinquitur? Quotidie nos inuitāt ſpectacula, nec vllus pi- B gritatur, nullus eſt qui cunctetur; nullus eſt qui negotiorum occupationes obtendat, ſed tanquā expediti & omni cura ſoluti accurrunt omnes: non canitiem ſenex reueretur, non ardorē naturæ ac libidinis iuuenis ſuſpectam habet, neque dignitatem ſuam probro ſe afficere cenſet opulentus: at ſi quidem ad eccleſiam veniendum ſit, quaſi ex aliquo ſublimi gradu & honore deſiliendum ſit, ita pigritatur & torpet, & inflatur deinde, quaſi quippiam fuerit Deo largitus: cum vero properat ad C theatrum, vbi ſunt laſciua ſpectacula & acroamata, non exiſtimat ſe probro ſeipſum afficere, non diuitias ſuas nec nobilitatem. Valde nunc ſcire cuperem, vbi nunc ſint, qui tum illo die nos interturbabant: ſiquidem interturbatio quędam erat ipſorum pręſentia: ſcire cuperem quid nunc agant, quid vtilius his quæ nobis ſunt prę manibus, illos occupet: immo nulla occupatio illos detinet, ſed ſolus faſtus. Quo quid inſanius videri poteſt? Cur enim quæſo magnifice ac ſuperbè de te ſentis mi homo? teque nobis gratificari D cenſes, ſi cum huc veneris attendas, & quæ ad ſalutem animæ tuæ pertinent audias? quā ob cauſam quæſo & cuius rei gratia glorίaris? an ob diuitias? an ob veſtes ſericas? cur non potius cogitas illas vermiū eſſe ſtamina & barbarorum hominum inuenta? meretrices illis ac molles, & ſepulchrorū perfoſſores, ac latrones vti? diuitias agnoſce legitimas & ab illo ſublimi vanoq; faſtu aliquando delabere, naturæ vilitatem conſidera. Terra es & puluis, cinis & fauilla, fumus & vmbra, fœnum & flos fœni. Taline quæſo natura gloriaris? Quid vero feri poteſt magis ridiculum?

Inuehitur in eos qui ſpectaculis interſūt.

A ἀλλ' ὅτι τὸ στόμα Ἡλίου τὸν οὐρανὸν ἔκλεισε, καὶ ἀνέῳξε, καὶ ἡ μηλωτὴ αὐτοῦ τὸν Ἰορδάνην ἀπέστρεψε. καὶ ταῦτα ἐννοῶν χαίρω, καὶ ἀλγῶ· χαίρω μὲν δι' ὑμᾶς τοὺς παρόντας, ἀλγῶ δὲ δι' ἐκείνους τοὺς μὴ παρόντας· ἀλγῶ σφόδρα, καὶ ὀδυνῶμαι, καὶ συντέτριμμαι τὴν καρδίαν. τίς γὰρ καὶ τῶν σφόδρα ἀναλγήτων οὐκ ἂν ἀλγήσειε τὰ τοῦ διαβόλου πλείονος ἀπολαύοντα σπουδῆς ὁρῶν; καίτοι εἰ καὶ ἴσης ἀπήλαυσεν, οὐδεμία ἡμῖν ἦν ἡ συγγνώμη, οὐδὲ ἀπολογία· ὅταν δὲ καὶ πλεονεκτῇ, τίς ἡμῖν ἐλλείπεται λόγος; θέατρα καθ' ἑκάστην καλεῖ τὴν ἡμέραν, καὶ οὐδεὶς ὁ ὀκνῶν, οὐδεὶς B ὁ ἀναδυόμενος, οὐδεὶς ἀσχολίαν προβάλλεται πραγμάτων· ἀλλ' ὥσπερ εὔζωνοι καὶ λελυμένοι φροντίδος ἁπάσης, οὕτω τρέχουσιν ἅπαντες. οὐχ ὁ γέρων τὴν πολιὰν αἰδεῖται, οὐχ ὁ νέος ὑφορᾶται τὴν φλόγα τῆς φύσεως καὶ τῆς ἐπιθυμίας, οὐχ ὁ πλούσιος τὸ ἀξίωμα τὸ ἑαυτοῦ καταισχύνειν ἡγεῖται. ἀλλ' ἐὰν μὲν εἰς ἐκκλησίαν ἀπαντῆσαι δέῃ, καθάπερ ἐξ ὑπεροχῆς τινος καὶ ἀξιώματος καταβαίνων, οὕτω ναρκᾷ καὶ ὀκνεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα φυσᾶται, ὥσπερ τι τῷ θεῷ χαρισάμενος. εἰς δὲ θέατρον σπεύδων, ἔνθα ἀσελγῆ θεάματα καὶ ἀ- C κούσματα, οὐ νομίζει καταισχύνειν ἑαυτόν, οὐ τὸν πλοῦτον, οὐδὲ τὴν εὐγένειαν. ἐβουλόμην εἰδέναι ποῦ νῦν εἰσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡμῖν ἐνοχλήσαντες. ἐνόχλησις γὰρ ἦν αὐτῶν ἡ παρουσία. ἐβουλόμην εἰδέναι τί πράττουσι, τί τῶν παρόντων αὐτοὺς ἀναγκαιότερον ἀπησχόλησεν. ἀλλ' ἀσχολία οὐδεμία, τῦφος δὲ μόνος. καὶ τί γένοιτ' ἂν μανικώτερον; τίνος γὰρ ἕνεκεν, ἄνθρωπε, μεγαλοφρονεῖς, καὶ νομίζεις ἡμῖν χαρίζεσθαι, ἐὰν παραγενόμενος ἐνταῦθα προσέχῃς, ἀκούσῃς τὰ περὶ σωτηρίας τῆς σῆς ψυχῆς; τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, καὶ D διὰ τί ἀλαζονεύῃ; διὰ τὸν πλοῦτον; διὰ τὰ ἱμάτια τὰ σηρικά; εἶτα οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι σκωλήκων εἰσὶν ἐκεῖνα νήματα, καὶ βαρβάρων ἀνθρώπων εὑρέματα, ὅτι πόρναι ἐκείνοις κέχρηνται, καὶ μαλακοί, καὶ τυμβωρύχοι, καὶ λῃσταί; ἐπίγνωθι τὸν δίκαιον πλοῦτον, καὶ κατάβηθί ποτε ἀπὸ τοῦ φυσήματος ἐκείνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ κενοῦ· διάσκεψαι τῆς φύσεως τὸ εὐτελές. γῆ καὶ σποδὸς εἶ, τέφρα καὶ κόνις, καπνὸς καὶ σκιά, χόρτος καὶ ἄνθος χόρτου. τοιαύτῃ φύσει μεγαλοφρονεῖς, εἰπέ μοι; καὶ τί τούτου γένοιτ' ἂν καταγελαστότερον;

ἀλλὰ πολλῶν ἄρχεις ἀνθρώπων; καὶ τί τούτου A ὄφελος, ὅταν ἀνθρώπων μὲν ἄρχῃς, τῶν δὲ παθῶν αἰχμάλωτος εἶ καὶ δοῦλος; ὥσπερ ἄν τις οἴκοι μὲν ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τύπτοιτο καὶ τραύματα λαμβάνοι, ἔξω δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλων μεγαφρονῇ ἐπὶ τῇ τῶν ἄλλων ἀρχῇ· οὕτω τύπτει σε κενοδοξία, τραύματά σοι ἐπάγει ἡ ἀσέλγεια, πάντων τῶν παθῶν δοῦλος εἶ, καὶ μεγαφρονεῖς ὅτι τῶν ὁμοφύλων ἄρχεις; εἴθε ἐκείνων ἦρχες, ἐκείνων ἦς ἰσότιμος. οὐ τῶν πλουτούντων κατηγορῶν ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τῶν κακῶς τῷ πλούτῳ κεχρημένων. οὐ γὰρ ὁ πλοῦτος κακὸν, ἐὰν εἰς δέον βουλώμεθα αὐτῷ χρήσασθαι, ἀλλ' ἡ ἀπό- B νοια, καὶ ἡ ἀλαζονεία. εἰ κακὸν ἦν ὁ πλοῦτος, οὐκ ἂν πάντες ηὐξάμεθα εἰς κόλπους Ἀβραὰμ ἀπελθεῖν τοῦ ἔχοντος τριακοσίους δέκα καὶ ὀκτὼ οἰκέτας οἰκογενεῖς. οὐ τοίνυν ὁ πλοῦτος κακὸν, ἀλλ' ἡ παράνομος αὐτοῦ χρῆσις κακόν. καὶ ὥσπερ πρῴην περὶ μέθης λέγων, οὐ τὸν οἶνον διέβαλλον (πᾶν γὰρ κτίσμα θεοῦ καλὸν, καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον, μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον) οὕτω καὶ νῦν οὐ τῶν πλουτούντων κατηγορῶ, οὐδὲ τὰ χρήματα διαβάλλω, ἀλλὰ τὴν κακὴν τῶν χρημάτων χρῆσιν, καὶ εἰς ἀσωτίαν δαπανωμένην. διὰ τοῦτο C χρήματα λέγεται, ἵνα ἡμεῖς αὐτοῖς χρησώμεθα, καὶ μὴ ἐκεῖνα ἡμῖν. διὰ τοῦτο κτήματα λέγεται, ἵνα ἡμεῖς αὐτὰ κτησώμεθα, καὶ μὴ ἐκεῖνα ἡμᾶς. τί οὖν τὸν δοῦλον ἔχεις δεσπότην; τί ἀντέστρεψας τὴν τάξιν; ἀλλ' ἐβουλόμην μαθεῖν, τί νῦν ποιοῦσιν οἱ τὴν σύναξιν ἐγκαταλείψαντες, καὶ ἐν τίσιν εἰσίν. ἀλλ' ἢ κυβεύουσιν, ἢ πάντως πράγματα ἀνακινοῦσι βιωτικὰ, ταραχῆς ἐμπεπλησμένα. ἐνταῦθα εἰ παρῆς, ἄνθρωπε, ἐν γαλήνῃ ἦς καὶ ἐν λιμένι. οὐκ οἰκονόμος εἰσελθὼν ἐτάραττεν, οὐκ ἐπίτροπος ἐθορύβει, οὐκ οἰκέτης ὑπὲρ D πραγμάτων βιωτικῶν ἠνώχλει, οὐκ ἄλλος τις παρώξυνεν· ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ διῆγες ἀπολαύων θείων ἀκροάσεων. οὐδαμοῦ κύματα ἐνταῦθα, οὐδαμοῦ ταραχή· ἀλλ' εὐλογία, καὶ εὐχαὶ, καὶ ὁμιλία πνευματικὴ, καὶ μετάστασις εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸν ἀρραβῶνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν λαβὼν ἀπῄεις. τίνος ἕνεκεν τὴν πλουσίαν ταύτην τράπεζαν ἀφεὶς, εἰς ἑτέραν φορτικωτέραν ἑαυτὸν μετήγαγες; καὶ τὸν λιμένα καταλιπὼν, ταραχὴν ἀντικαταλλάττῃ γαλήνης,

A Atqui multis hominibus imperas? Quid hoc tibi prodeſt, quod hominibus imperes, cum perturbationum tuarum ſeruus & captiuus ſis? quemadmodum ſiquis domi quidẽ à famulis verberibus ac vulneribus concidatur, foris autem in forum veniens, quod alhis imperet, glorietur: ita cum te verberet inanis gloriæ cupiditas, cum tibi vulnera infligat luxuria, cum omnium perturbationum ſeruus ſis, gloriaris quod gentilibus tuis imperes. Atque vtinam illis imperares: vtinam æquiparandus illis eſſes. Non vt diuites accuſem hæc dico, ſed eos qui diuitiis B perperam vtuntur. neque enim malũ ſunt diuitię, ſi eis vt oportet vti voluerimus, ſed ſuperbia & arrogantia. Si malum eſſent diuitiæ, nequaquam ad ſinum Abrahæ peruenire optaremus omnes, qui vernaculos habuit trecentos & octodecim famulos. Non ſunt igitur malum diuitiæ, ſed illegitimus earum vſus eſt malum: & ſicut nuper de ebrietate verba faciens non vinum accuſabam, quippe cum omnis creatura Dei bona ſit, quæ cum gratiarum actione percipitur: ita nũc quoque non eos qui diteſcunt accuſo, neque pecunias in inuidiam adduco, ſed malum vſũ pecuniarũ, & qui in libidines prodigè impenditur. Propterea χρήματα pecuniæ dicuntur, vt nos illis vtamur, non illæ nobis: propterea poſſeſſiones dicuntur, vt nos illas poſſideamus non illæ nos. Cur igitur ſeruum habes dominum? cur inuertiſti ordinem? At enim ſcire percuperem, quid illi nunc agat qui collectam deſeruerunt, & quibus occupentur. nimirum aut alea ludunt, aut omnino rebus ſecularibus quę tumultu redundãt, diſtinẽtur: hic ſi adeſſes mi homo, in tranquilitate atque in portu eſſes: non ingreſſus diſpenſator interturbaret, non procurator interpellaret, non famulus ob ſecularia negotia moleſtiã afferret, non alius vllus irritaret, ſed in quiete viuẽs diuinis lectionibus intereſſes. Nuſquam hic fluctus: nuſquam tumultus, ſed benedictio & preces, & ſermo ſpiritualis, & in cœlum commigratio, & iam ex hoc loco, accepto pignore regni cœlorum diſcederes. Quam ob cauſſam opulentam hanc menſam & opiparam deſerens, ad aliam multo moleſtiorem te tranſtuliſti, & derelicto portu cum turbis tranquillitatem commutaſti.

Diuitiarũ abuſus damnandus

1.Tim.4.

Eſt illud quidem graue, quod non interſint pauperes, qui tum aderant: ſed non ita tamen graue, vt quod diuites non interſint. Quid ita? quod pauperes neceſſariis occupationibus detinentur, quotidiani opificii ſollicitudine, manibus ſuis victum ſibi comparãtes. educandorum liberorum curam gerunt, vxorem tuentur, ac niſi laborent viuere nequeunt. Hæc à me dicuntur, non vt defenſionem illis componam, ſed vt diuites maiori accuſatione eſſe dignos oſtendam: quanto maiori ſecuritate fruuntur, tanto magis damnabuntur, quod nullis eiuſmodi rebus occupentur. Nonne Iudæos videtis Deo rebelles, qui Spiritui ſancto reſiſtunt, duros illos ceruice? his omnino peiores ſunt, qui non venerunt. Illis ſi dixerint ſacerdotes ſeptem diebus ab operibus ceſſandum, vel decem vel viginti, vel triginta, non contradicunt: tametſi quid illa vacatione moleſtius fieri poteſt? fores occludunt, nec ignem accendunt, nec aquam ferunt, neque aliud quicquam ad eiuſmodi vſum aggredi illis permittitur: ſed otio tanquam catena vinciuntur, & ne tum quidem contradicunt. At ego nihil tale dico, non impero vt ſeptem decemue diebus ab operibus abſtineas, ſed duas mihi diei horas vt commodes, reliquas ipſe tibi habeas, & ne hãc quidem mihi menſurã contribuis. Immo vero mihi ne commodes duas horas, ſed tibi ipſi, vt ex oratione Patrum aliquam conſolationẽ percipias, vt benedictionibus plenus recedas, vt omni ex parte ſecurus abeas, vt ſpiritualibus acceptis armis inuictus Diabolo & inexpugnabilis fias. Quid iucundius quæſo, quam hic verſari? ſi enim totos dies hic transigere neceſſe eſſet, quid præclarius? quid tutius? vbi tot sũt fratres, vbi Spiritus ſanctus, vbi medius Ieſus, & pater eius? qualem aliam talem congregationem quæris? qualem alium ſenatum? qualem conuentum? Tot bonis referta eſt menſa, tot lectio ſcripturæ, tot benedictiones, tot preces, tot ipſi congreſſus: & tu aliam conuerſationem & colloquia ſpectas? quanam autẽ venia dignus cẽſebere? Hæc à me dicta ſunt, non vt vos audiatis (neque enim vos medicamentis eiuſmodi indigetis, qui ipſis operibus ſanos vos eſſe comprobitas, qui obeditis

Iudæi peiores qui abſunt ab Eccleſia.

A τὸ μὴ παραγενέσθαι πένητας τοὺς τότε παρόντας δεινὸν μὲν, ἀλλ' οὐδὲ οὕτω δεινὸν, ὡς τὸ μὴ παραγενέσθαι πλουσίους. τίνος ἕνεκεν; ὅτι οἱ μὲν πένητες ἔχουσι τὴν ἀναγκαίαν ἀσχολίαν, τὴν φροντίδα τῆς καθημερινῆς ἐργασίας, ἀπὸ τῶν χειρῶν ποιούμενοι τὸν βίον. παιδοτροφίας ἐπιμελοῦνται, γυναικὸς προεστήκασι. κἂν μὴ κάμωσι, τὰ τῆς ζωῆς αὐτοῖς οἰχήσεται. ταῦτα λέγω, οὐχ ἀπολογίαν ὑπὲρ ἐκείνων συντιθεὶς, ἀλλὰ δεικνὺς πῶς μείζονος κατηγορίας οἱ πλουτοῦντες εἰσὶν ἄξιοι. ὅσον πλείονος ἀπολαύουσιν ἀδείας, τοσοῦτον καὶ καταkρίσεως, ὅτι οὐδενὶ τούτων κατέχονται. οὐχ
B ὁρᾶτε τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς θεομάχους, τοὺς ἀντιπίπτοντας τῷ ἁγίῳ πνεύματι, τοὺς σκληροτραχήλους; τούτων οἱ μὴ παραγενόμενοι πάντων χείρους εἰσίν. ἐκείνοις ἐὰν εἴπωσιν οἱ ἱερεῖς ἑπτὰ ἡμέρας ἀργῆσαι, καὶ δέκα, καὶ εἴκοσι, καὶ τριάκοντα, οὐκ ἀντιλέγουσι. καίτοι τί τῆς ἀργίας ἐκείνης χαλεπώτερον; τὰς θύρας ἀποκλείουσι, καὶ οὔτε πῦρ καίουσιν, οὐχ ὕδωρ φέρουσιν, οὐκ ἄλλο τι πρὸς τὴν χρείαν τὴν τοιαύτην μεταχειρίζειν ἐφίενται· ἀλλ' ἔστιν ἅλυσις αὐτοῖς ἡ ἀργία, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀντιλέγουσι. ἐγὼ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον λέγω,
C ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἀργῆσον, οὐδὲ δέκα ἡμέρας· ἀλλὰ δύο μοι δὸς μόνον ὥρας τῆς ἡμέρας, καὶ τὰς λοιπὰς αὐτὸς ἔχε· καὶ οὐδὲ τοῦτό μοι τὸ μέτρον εἰσφέρεις. μᾶλλον δὲ μὴ ἐμοὶ δαπανήσῃς τὰς δύο ὥρας, ἀλλ' ἑαυτῷ· ἵνα παράκλησίν τινα εὐχῆς δέξῃ πατέρων, ἵνα εὐλογιῶν πεπληρωμένος ἀναχωρήσῃς, ἵνα πανταχόθεν ἀσφαλὴς ἀπέλθῃς, ἵνα τὰ ὅπλα λαβὼν τὰ πνευματικὰ ἀκαταγώνιστος γένῃ καὶ ἀχείρωτος τῷ διαβόλῳ. τί ἥδιον, εἰπέ μοι, τῆς ἐνταῦθα διαγωγῆς; εἰ γὰρ διημερεύειν ἐνταῦθα ἐχρῆν,
D τί σεμνότερον; τί ἀσφαλέστερον, ὅπου ἀδελφοὶ τοσοῦτοι, ὅπου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπου Ἰησοῦς μέσος, καὶ ὁ τούτου πατήρ; ποίαν ἑτέραν ζητεῖς συναγωγὴν τοιαύτην; ποῖον ἕτερον βουλευτήριον; ποίαν σύνοδον; τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐν τῇ τραπέζῃ, ἐν τῇ ἀκροάσει, ἐν ταῖς εὐλογίαις, ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐν ταῖς συνουσίαις· καὶ σὺ πρὸς ἑτέρας βλέπεις διατριβάς; καὶ ποίαν ἔχεις συγγνώμην; ταῦτα οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἀκούσητε, εἶπον (οὐ γὰρ χρείαν ἔχετε τῶν φαρμάκων τούτων ὑμεῖς, οἱ διὰ τῶν ἔργων ἐπιδειξάμενοι τὴν ὑγείαν, τὴν ὑπακοὴν,

οἱ δὲ

οἱ διὰ τῆς σπουδῆς τὸν πόθον ἀπλώσαντες) ἀλλ' εἶπον ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα ἀκούσωσιν οἱ μὴ παρόντες δι' ὑμῶν. μὴ εἴπητε, ὅτι κατηγόρησε τῶν μὴ παραγινομένων ἁπλῶς, ἀλλ' ὅλον ἄνωθεν αὐτοῖς διηγήσασθε τὸν λόγον. ἀναμνήσατε αὐτοὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀναμνήσατε αὐτοὺς τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· εἴπατε πόσῳ βέλτιον ἡ ἐνταῦθα σύναξις, εἴπατε πόσην σπουδὴν περὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπιδείκνυνται, εἴπατε πόσος μισθὸς ἕπεται τοῖς ἐνταῦθα συλλεγομένοις. ἂν γὰρ μόνον εἴπητε, ὅτι κατηγόρησα, τὸν μὲν θυμὸν ἠγείρατε, καὶ τραῦμα εἰργάσασθε, τὸ δὲ φάρμακον οὐκ ἐπεθήκατε· ἂν δὲ διδάξητε αὐτοὺς, ὅτι οὐχ ὡς ἐχθρὸς κατηγόρησα, ἀλλ' ὡς φίλος ὀδυνώμενος, καὶ πείσητε αὐτοὺς, ὅτι Ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλων, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθρῶν, δέξονται μετὰ πολλῆς ἡδονῆς τὴν κατηγορίαν. οὐ γὰρ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τοῦ λέγοντος προσέξουσιν. οὕτω θεραπεύετε τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ὑμετέρους. ἡμεῖς τῆς σωτηρίας ὑπεύθυνοι τῶν παρόντων ὑμῶν, ὑμεῖς τῆς τῶν ἀπολειφθέντων. οὐ δυνάμεθα αὐτοῖς συγγενέσθαι δι' ἑαυτῶν· συγγινώμεθα αὐτοῖς δι' ὑμῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας διδασκαλίας. γέφυρά τις ἡμῖν γινέσθω πρὸς ἐκείνους ἡ ὑμετέρα ἀγάπη· ποιήσατε τοὺς ἡμετέρους λόγους διὰ τῆς ὑμετέρας γλώττης διαβῆναι πρὸς τὴν ἐκείνων ἀκρόασιν. τάχα αὐτάρκως εἴρηται ἕνεκεν τῶν ἀπολειφθέντων τὰ εἰρημένα, καὶ οὐδὲν δεῖ πλέον προσθεῖναι· ἐνῆν μὲν γὰρ πλείονα εἰπεῖν, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν καιρὸν ἅπαντα εἰς τοῦτο καταδαπανήσωμεν κατηγοροῦντες, ὑμᾶς δὲ μηδὲν ὠφελοῦντες παραγενομένους αὐτοὺς, φέρε τι καὶ ὑμῖν παραθῶμεν ξένον ὄψον καὶ καινὸν, ξένον δὲ καὶ καινὸν λέγω οὐ κατὰ τὴν πνευματικὴν τράπεζαν, ἀλλὰ ξένον κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀκρόασιν. διελέχθημεν ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων ἐν ταῖς ἔμπροσθεν ἡμέραις, καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν ὅτε περὶ τοῦ Ἰούδα διελεγόμεθα· διελέχθημεν ὑμῖν καὶ ἀπὸ προφητικῶν· σήμερον βουλόμεθα ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων εἰπεῖν. διὰ τοῦτο εἶπον τὸ ὄψον ξένον καὶ οὐ ξένον· οὐ ξένον μὲν, ὅτι τῆς ἀκολουθίας ἐστὶ τῶν θείων γραφῶν, ξένον δὲ, διότι τάχα ἀήθης ὑμῖν ἡ ἀκοὴ περὶ τὴν τοιαύτην ἀκρόασιν. πολλοῖς γοῦν τὸ βιβλίον τοῦτο οὐδὲ γνώριμόν ἐστι,

A qui tãto ſtudio veſtrum amorem oſtendiſtis:ſed ad vos hæc dicta ſunt à me, vt ex vobis audiãt,qui non adſunt. Nolite dicere ſolũ à me accuſatos eos eſſe qui non venerunt, ſed totam illis orationem narrate: reuocate illis in memoriam Iudæos, reuocate in memoriã negotia ſecularia: dicite quanto præſtantior ſit iſte conuentus: dicite, quantum erga res mundanas ſtudium exhibeant, dicite quanta merces illos maneat, qui hic congregantur. Si enim tãtum dixeritis accuſatos illos à me fuiſſe, iram excitabitis, & vulnus infligetis, non medicinam admouebitis: ſin autem B illos docueritis me non tanquam inimicum accuſaſſe, verum tanquam amicum indoluiſſe, atque illis perſuaſeritis, fideliora eſſe vulnera amicorum, quam ſpontanea oſcula inimicorum, accuſationem multa cum voluptate ſuſcipient: non enim ad verba, ſed ad ſententiam dicentis attendent. Ita fratres veſtros curate. Nobis ſalutis omnium veſtrũ, qui adeſtis, eſt ratio reddenda, vobis eorum qui abſunt. Non poſſumus ipſi per nos cum illis in colloquiũ venire, per vos cum illis in colloquium veniamus, & per veſtram C eruditionem, ſit nobis inſtar pontis cuiuſdam erga illos caritas veſtra: efficite vt per linguam veſtram noſtri ſermones ad illorum aures tranſciantur. Sufficient fortaſſe quæ diximus de illis, qui collectæ non interſunt, neque quicquam eſt addendum. Nam plura quidem dicere potuiſſemus, ſed ne totum tempus in eiuſmodi accuſationes impendamus, & ad vos ipſos, qui adeſtis, hinc vtilitas nulla dimanet, age vobis etiam inſolitum ac nouum quoddam obſonium apponamus. Inſolitum autem ac nouum dico non habita ra- D tione menſæ ſpiritualis, ſed aurium veſtrarum habita ratione. Superioribus apud vos diebus de Apoſtolicis verbis, deque euangelicis diſſeruimus, cum de Iuda verba faceremus diſſeruimus & de propheticis, hodierno die volumus de Apoſtolorũ Actis verba facere. Propterea inſolitum dixi opſonium & non inſolitum. Nõ inſolitum quidem quod ad ſeriem ſacrarum pertineat ſcripturarum: inſolitum autem, quod aures fortaſſe veſtræ minimè ſint narrationi eiuſmodi aſſuetæ. Multis quidem certe nec notus eſt liber iſte:

Prou.27.6

multis rurſus cum clarus & apertus videatur, ab illis contemnitur: & his quidem cognitio, illis autem ignorantia occaſionem affert negligentiæ. Vt igitur & qui non norunt, & qui clare ſe intelligere arbitrantur, multas in eo profundas & abſtruſas eſſe ſententias diſcant, operæ pretium fuerit amborum negligentiam hodierno die corrigere. Prius ſciamus opus eſt, quis librum ſcripſerit: hic enim optimus indagationis eſt ordo, vt de auctore videamus, an homo ſit, an vero Deus: ac ſi homo quidem ſit, reiiciamus: *Matth.23. 8.* Nolite enim, inquit, vocare magiſtrum ſuper terram: ſin autem Deus, admittamus: cœleſtis enim eſt & ſuperna ſchola noſtra, ſiquidem talis eſt dignitas huius theatri, vt ab hominibus nihil, ſed per homines à Deo diſcamus. Diſquirendum nobis eſt, quis ſcripſerit, & quando ſcripſerit, & de quibus, & qua de cauſa præceptum ſit, vt ille in hac ſolennitate legeretur. Nam toto fortaſſis anno legi librum non auditis. *Tituli ſcripturæ non prætereundi.* Enimuero hoc quoque noſſe prodeſt: ac deinde quærendum eſt qua de cauſſa hunc titulum præ ſe ferat, Acta Apoſtolorum. Neque enim temere prætereundi ſunt tituli, neque confeſtim initium libri attingendum eſt: ſed prius libri nomen videndum. Nam quemadmodum in nobis ex capite reliquum corpus fit notius: & supernè imminens illi facies manifeſtum illud reddit: ſic à ſuperiori parte impoſitus textui titulus in fronte reliquam ſcripturam efficit notiorem. Nonne hoc videtis in regiis etiam imaginibus, vt ſurſum quidem poſita ſit imago, quæ Regis nomen inſcriptum habet, inferius in baſi triumphos Regis, victorias & præclara facinora inſcripta habet. Idem in Scripturis licet cernere. Surſum quidem depicta eſt imago regia: inferius autem victoria inſcripta eſt & trophæa & res omnes præclarè geſtæ. Ita facimus etiam, cum epiſtolam acceperimus, non continuo vinculum ſoluimus, neque continuo quæ intus latent, legimus: ſed exterius poſitam inſcriptionem prius percurrimus, & ex illa diſcimus, & qui miſerit, & à quo recipi debeat. An non igitur abſurdum eſt, vt in rebus quidem ſecularibus tantum ſtudij adhibeamus,

πολλοῖς δὲ δοκοῦν (σαφὲς εἶναι) πάλιν παρορᾶται· καὶ γίνεται τοῖς μὲν ἡ γνῶσις, τοῖς δὲ ἄγνοια ῥᾳθυμίας ὑπόθεσις. ἵν᾽ οὖν καὶ οἱ ἀγνοοῦντες μάθωσι, καὶ οἱ νομίζοντες σαφῶς εἰδέναι, ὅτι πολὺ βάθος νοημάτων ἔχει, ἀναγκαῖον ἀμφοτέρων διορθώσασθαι τὴν ῥᾳθυμίαν τήμερον. εἰ δὲ πρότερον μαθεῖν, τίς τὸ βιβλίον ἔγραψεν. αὕτη γὰρ ἀρίστης ἐρεύνης ἀκολουθία, πρότερον τὸν γράψαντα ἰδεῖν, εἰ ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ ὁ θεός. κἂν μὲν ἄνθρωπος, παραχρουσώμεθα. Μὴ καλέσητε γάρ, φησι, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς. ἂν δὲ θεός, δεξώμεθα. ἄνωθεν γάρ ἐστι τὸ διδασκαλεῖον τὸ ἡμέτερον. καὶ γὰρ τοιοῦτον τὸ ἀξίωμα τοῦ θεάτρου τούτου, μηδὲν παρὰ ἀνθρώπων μανθάνειν, ἀλλὰ παρὰ θεοῦ δι᾽ ἀνθρώπων. δεῖ τοίνυν ἐξετάσαι, τίς ὁ γράψας, καὶ πότε ἔγραψε, καὶ περὶ τίνων, καὶ τίνος ἕνεκεν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ νενομοθέτηται αὐτὸ ἀναγινώσκεσθαι. τάχα γὰρ οὐκ ἀκούετε, διὰ παντὸς τοῦ ἔτους ἀναγινωσκομένου τοῦ βιβλίου. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο χρήσιμον. καὶ μετὰ τοῦτο ζητῆσαι χρή, τίνος ἕνεκεν ταύτην ἔχει τὴν ἐπιγραφήν, Πράξεις ἀποστόλων. οὐδὲ γὰρ τὰς ἐπιγραφὰς ἁπλῶς παρεῖναι χρή, οὐδὲ εὐθέως εἰς τὴν ἀρχὴν ἐμβαλεῖν τῆς συγγραφῆς· ἀλλὰ πρότερον ὁρᾶν τὴν προσηγορίαν τοῦ βιβλίου. καθάπερ γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν ἡ κεφαλὴ γνωριμώτερον ποιεῖ τὸ λοιπὸν σῶμα, καὶ ἡ ὄψις ἄνωθεν ἐπικειμένη φανερὸν αὐτὸ ἐργάζεται· οὕτω καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἄνωθεν παρὰ τῆς ὕφης ἐπικειμένη ἐπὶ τοῦ μετώπου καταφανέστερον ἡμῖν ποιεῖ τὸ λοιπὸν τῆς γραφῆς. οὐχ ὁρᾶτε καὶ ἐπὶ τῶν εἰκόνων τοῦτο τῶν βασιλικῶν, ὅτι ἄνω κεῖται μὲν ἡ εἰκών, καὶ τὸν βασιλέα ἔχει ἐγγεγραμμένον, κάτω δὲ ἐν τῇ χοίνικι ἐπιγέγραπται τοῦ βασιλέως τὰ τρόπαια, ἡ νίκη, τὰ κατορθώματα· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν γραφῶν ἔστιν ἰδεῖν. γέγραπται μὲν ἡ εἰκὼν ἡ βασιλικὴ ἄνωθεν· κάτωθεν δὲ ἐπιγέγραπται ἡ νίκη, τὰ τρόπαια, τὰ κατορθώματα πάντα. οὕτω καὶ ἐπιστολὴν ὅταν δεξώμεθα, ποιοῦμεν. οὐκ εὐθέως διαλύομεν τὸν δεσμόν, οὐδὲ εὐθέως τὰ ἐγκείμενα ἔνδοθεν ἀναγινώσκομεν· ἀλλὰ πρότερον τὴν ἔξωθεν ἐπιγραφὴν ἐπερχόμεθα, καὶ ἐξ ἐκείνης μανθάνομεν καὶ τὸν πέμψαντα, καὶ τὸν ὀφείλοντα ὑποδέξασθαι. καὶ πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς τοσαύτῃ κεχρῆσθαι σπουδῇ,

καὶ μὴ θορυβεῖσθαι, μηδὲ ταράττεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τάξιν ἕκαστον ἐπιέναι· ἐνταῦθα δὲ ἀσχάλλειν, καὶ εὐθέως ἐπιπηδᾶν τῇ ἀρχῇ; βούλεσθε μαθεῖν ὅση τῆς ἐπιγραφῆς ἡ ἰσχὺς, ὅση δύναμις; ὅσος ἀπόκειται θησαυρὸς ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν γραφῶν; ἀκούσατε, ἵνα μὴ καταφρονῆτε τῆς ἐπιγραφῆς τῶν θείων βιβλίων. εἰσῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας ὁ Παῦλός ποτε (ἐν αὐτῷ τῷ βιβλίῳ γέγραπται ἡ ἱστορία αὕτη) εὗρεν ἐν τῇ πόλει, οὐχὶ βιβλίον θεῖον, ἀλλὰ βωμὸν εἰδώλων· εὗρεν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, Ἀγνώστῳ θεῷ· καὶ οὐ παρέδραμεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ βωμοῦ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Παῦλος ὁ ἅγιος, ὁ πνεύματος χάριν ἔχων, οὐ παρέδραμε βωμοῦ ἐπίγραμμα· καὶ σὺ ἐπιγραφὴν γραφῶν παρατρέχεις; ἐκεῖνος οὐκ ἀφῆκεν ἅπερ ἔγραψαν Ἀθηναῖοι εἰδωλολάτραι, καὶ σὺ ἅπερ ἔγραψε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ νομίζεις εἶναι ἀναγκαῖα; καὶ ποίαν ἕξεις συγγνώμην; ἀλλὰ γὰρ ἴδωμεν πόσον τὸ κέρδος ἀπὸ τοῦ ἐπιγράμματός ἐστιν. ὅταν οὖν ἴδῃς ἐπίγραμμα βωμῷ ἐγκεχαραγμένον τοσαύτην παρέχον τὴν ἰσχὺν, μάθῃς ὅτι πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐπιγράμματα τῶν θείων γραφῶν τοῦτο ποιῆσαι δυνήσεται. εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν ὁ Παῦλος, εὗρε βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, ἀγνώστῳ θεῷ. τί ἔδει ποιῆσαι; Ἕλληνες πάντες ἦσαν, ἀσεβεῖς πάντες. τί οὖν ἐχρῆν ποιῆσαι; ἀπὸ εὐαγγελίων διαλεχθῆναι; ἀλλὰ κατεγέλων. ἀλλ' ἀπὸ προφητικῶν, καὶ τῶν τοῦ νόμου γραμμάτων; ἀλλ' οὐκ ἐπίστευον. τί οὖν ἐποίησεν; ἐπὶ τὸν βωμὸν ἔδραμε, καὶ ἀπὸ τῶν ὅπλων τῶν πολεμίων αὐτοὺς ἐχειρώσατο. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγει· Ἐγενόμην τοῖς πᾶσι τὰ πάντα, τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος. Εἶδε τὸν βωμὸν, εἶδε τὸ ἐπίγραμμα, ἀνέστη τῷ πνεύματι. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, πάντοθεν ποιεῖ κερδαίνειν τοὺς ὑποδεχομένους αὐτήν. τοιαῦτα ἡμῶν τὰ ὅπλα τὰ πνευματικά. Αἰχμαλωτίζοντες γάρ, φησι, πᾶν νόημα πρὸς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. Εἶδε τοίνυν τὸν βωμὸν, καὶ οὐκ ἐδειλίασεν· ἀλλὰ μετέστησε τὸν βωμὸν πρὸς ἑαυτόν· μᾶλλον δὲ τὰ γράμματα ἀφεὶς, μετέθηκεν αὐτοῦ τὰ νοήματα. καὶ καθάπερ ἐν πολέμῳ στρατηγὸς ἰδὼν στρατιώτην

A neque commoueamur, aut perturbemur, ſed ordine ſingula percurramus: hoc vero loco ægrè feramus, & confeſtim initium aggrediamur? vultis intelligere quanta ſit vis tituli, quanta ſit virtus? quantus in ſcripturarum initiis reconditus ſit theſaurus? auſcultate, ne ſacrorum librorum titulos contemnatis. Athenas aliquando Paulus ingreſſus eſt (hæc hiſtoria ſcripta eſt in hoc ipſo libro) reperit in vrbe non librum ſacrum, ſed idolorum altare: inſcriptionem reperit quæ ſic habuit, Ignoto Deo: neque præteriit, ſed huius inſcriptio- B nis altaris opera ipſum altare ſubuertit. Paulus ille ſanctus, qui ſpiritus gratiam habebat, altaris inſcriptionem non præteriit, & tu ſcripturarum titulos præteris? ille quod Athenienſes idololatræ ſcripſerant, non omiſit, & tu quæ Spiritus ſanctus ſcripſit neceſſaria eſſe non cenſes? qua tandem venia dignus eris? Verumenimuero quantam pepererit vtilitatem hæc inſcriptio videamus. Cum ergo altari inſculptam inſcriptionem tantam videris ſuppeditaſſe vir- C tutem, multo magis à Scripturarum inſcriptionibus id perfici poſſe intelliges. Ingreſſus eſt vrbem Paulus, inuenit altare, cui erat inſcriptum Ignoto Deo. Quid fuit opus facto? Gentiles erant omnes, impij omnes: quid igitur faciendum fuit? De euangeliis verba facere? at ſubſannaſſent: num de prophetarum libris, vel de legis mandatis? at non credidiſſent. Quid ergo fecit? accurrit ad altare, & ſuis ipſorum armis hoſtes ſubegit. Atque hoc illud eſt quod dicebat, Factus ſum omnibus omnia, Iudæis D tanquam Iudæus, iis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem. Vidit altare, vidit inſcriptionem, inſurrexit Spiritu. Talis enim eſt Spiritus gratia, efficit vt qui eam receperint, vndique lucrum colligant: talia ſunt arma noſtra ſpiritualia. In captiuitatem enim, inquit, redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Vidit ergo altare, nec reformidauit, ſed ad ſeipſum altare ſtraduxit: vel potius omiſſis literis eius ſenſum tranſmutauit: & quemadmodum in bello dux exercitus ſi gene-

Inſcriptio altari. *Act. 17. 27.*

1. Cor. 9. 21.

2. Cor. 10.

roſum militem in hoſtili acie viderit, & coma prehenſum ad aciem militem illum tranſtulerit, atque vt pro ſe pugnet, effecerit: ita quoque Paulus egit cum tanquam in hoſtium acie inſcriptionem altari inſculptam offendiſſet, ad ſuam aciem traſtulit, vt aduerſus Athenienſes cum Paulo pugnaret, non cum Athenienſibus Paulum percuteret. Gladius enim erat Athenienſium, enſis erat hoſtium illa inſcriptio: ſed hic enſis hoſtium caput amputauit. Non ita mirabile fuiſſet, ſi ſuis ipſius armis eos deuiciſſet: hoc enim merito accidit: verum illud nouum eſt & inſolens, cum hoſtium arma tanquam machinas hoſtibus admouemus, cum gladius, quem in nos geſtant, hic illis lethale vulnus infligit. Talis quippe virtus eſt Spiritus. Ita quondam egit etiam Dauid, exiuit armis nudus, vt nuda gratia Dei appareret. Nihil enim inquit humanum ſit, quando pro nobis pugnat Deus. Exiuit ergo nudus armis, & turrim illam deiecit. Deinde cum armis deſtitutus eſſet, currens gladium Goliathi rapuit, atque ita barbari caput amputauit: ita quoque Paulus in hac inſcriptione fecit. Atque vt manifeſtior fiat victoriæ modus, virtutem vobis inſcriptionis declarabo. Altare igitur Athenis Paulus inuenit cui inſcriptum erat, Ignoto Deo. Quis autem ille erat ignotus niſi Chriſtus? Vides quo pacto inſcriptionem captiuitate liberarit, non vt damno afficeret eos qui ſcripſerant, ſed vt eos ſaluos faceret, eiſque prodeſſet? Quid igitur? an in gratiam Chriſti, dicet aliquis, iſtud ſcripſerant Athenienſes? Si in gratiam Chriſti hæc Athenienſes ſcripſiſſent, res adeo mirabilis non fuiſſet: verum hoc eſt mirabile, quod illi quidem aliter ſcripſerint, hic autem aliter illud potuerit immutare. Operæ pretium eſt prius dicamus, qua de cauſſa ſcripſerint Athenienſes, Ignoto Deo. Quamnam igitur ob cauſam ſcripſerunt? Multos illi Deos habebant, vel potius multos dæmones. Omnes quippe Dij gentium dęmonia: habebant & patrios & peregrinos, videtis quanta irriſio. Si enim Deus eſt, non eſt peregrinus.

Comparatur Paulus cum Dauide.

Psal. 95. 5.

A ἐν τῇ παρατάξει τῶν πολεμίων γενναῖον, εἶτα λαβόμενος ἀπὸ τῆς κόμης τοῦ στρατιώτου, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν αὐτὸν μεταστήσειε, καὶ παρασκευάσειε ὑπὲρ αὐτοῦ πολεμεῖν· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησε, καθάπερ ἐν παρατάξει πολεμίων τὸ ἐπίγραμμα εὑρὼν ἐν τῷ βωμῷ γεγραμμένον, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν μετέστησεν, ἵνα μετὰ Παύλου τοῖς Ἀθηναίοις πολεμῇ, ἀλλ' οὐ μετὰ Ἀθηναίων τὸν Παῦλον βάλλῃ. ξίφος γὰρ ἦν τῶν Ἀθηναίων, μάχαιρα ἦν τῶν πολεμίων τὸ ἐπίγραμμα ἐκεῖνο. ἀλλ' αὕτη ἡ μάχαιρα τῶν πολεμίων τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμεν. οὐκ ἦν
B οὕτω θαυμαστὸν, εἰ τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ ὅπλοις ἐχρώσατο· τοῦτο γὰρ κατὰ λόγον συμβαίνει. τὸ γὰρ καινὸν καὶ παράδοξον, ὅταν τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα, ταῦτα μηχανήματα τοῖς πολεμίοις προσάγηται· ὅταν τὸ ξίφος, ὃ κατὰ ἡμῶν βαστάζουσι, τοῦτο αὖθις τὴν καιρίαν ἐπαγάγῃ πληγήν. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις. οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ ἐποίησέ ποτε. ἐξῆλθε γυμνὸς τῶν ὅπλων, ἵνα φανῇ γυμνὴ ἡ τοῦ θεοῦ χάρις. μηδὲν γὰρ, φησιν, ἀνθρώπινον ἔστω, ὅταν θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν πολεμῇ. ἐξῆλθε τοίνυν
C γυμνὸς τῶν ὅπλων, καὶ κατήνεγκε τὸν πύργον ἐκεῖνον. εἶτα ἐπειδὴ ὅπλα οὐκ εἶχε, δραμὼν ἥρπασε τὴν μάχαιραν τοῦ Γολιάθ, καὶ οὕτω τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμε τὴν τοῦ βαρβάρου· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ ἐπιγράμματος τούτου. καὶ ἵνα σαφέστερος γένηται ὁ τῆς νίκης τρόπος, καὶ τὴν δύναμιν ὑμῖν τοῦ ἐπιγράμματος ἐρῶ. εὗρε τοίνυν ὁ Παῦλος ἐν Ἀθήναις βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, ἀγνώστῳ θεῷ. τίς δὲ ἦν ὁ ἀγνοούμενος, ἀλλ' ἢ ὁ Χριστός; εἶδες πῶς ᾐχμαλώτισε τὸ ἐπίγραμμα, οὐκ ἐπὶ
D κακῷ τῶν γραψάντων, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ αὐτῶν καὶ προνοίᾳ; τί οὖν; οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν τοῦτο, φησιν; εἰ διὰ τὸν Χριστὸν ἔγραψαν οἱ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἦν οὕτω θαυμαστόν· ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστὸν, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄλλως ἔγραψαν, οὗτος δὲ ἴσχυσεν ἄλλως αὐτὸ μεταβαλεῖν. πρότερον ἀναγκαῖον εἰπεῖν τίνος ἕνεκεν οἱ Ἀθηναῖοι ἔγραψαν ἀγνώστῳ θεῷ. τίνος οὖν ἕνεκεν ἔγραψαν; πολλοὺς εἶχον θεοὺς ἐκεῖνοι, μᾶλλον δὲ πολλοὺς δαίμονας. πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. εἶχον καὶ ἐπιχωρίους, καὶ ξένους. ὁρᾶτε ὅσος ὁ καταγέλως. εἰ γὰρ θεός ἐστιν, οὐκ ἔστι ξένος.

τῆς γὰρ οἰκουμένης ἁπάσης δεσπότης ἐστί. Τούτων τοίνυν τοὺς μὲν παρὰ πατέρων εἶχον δεδεγμένοι, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν πλησίον ἐθνῶν, οἷον ἀπὸ Σκυθῶν, ἀπὸ Θρακῶν, ἀπὸ Αἰγυπτίων. καὶ εἴ τις ἔξωθεν παιδεύσεως ἦτε ἔμπειροι, καὶ ταύτας ἂν ὑμῖν ἀνέγνων τὰς ἱστορίας πάσας. ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐξ ἀρχῆς πάντας ἐδέξαντο, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν εἰσηνέχθησαν αὐτοῖς, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν πατέρων, οἱ δὲ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἑαυτῶν, συνελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· ὅτι ὥσπερ τούτους ἠγνοοῦμεν, φασιν, ἔπειτα ὕστερον αὐτοὺς ἐδεξάμεθα καὶ ἐγνωρίσαμεν, οὕτω συμβαίη καὶ ἄλλον τινὰ ἀγνοούμενον, καὶ ὄντα μὲν θεόν, οὐ γνωριζόμενον δὲ ὑφ' ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο λανθάνει ἀμελούμενος, καὶ μηδὲ θεραπευόμενος. τί οὖν ἵνα γένηται; ἔστησαν βωμόν, καὶ ἐπέγραψαν ἀγνώστῳ θεῷ, τοῦτο λέγοντες διὰ τοῦ ἐπιγράμματος· ὅτι καὶ εἴ τίς ἐστι θεὸς ἕτερος οὐδέπω γνωρισθεὶς ἡμῖν, κἀκεῖνον θεραπεύσομεν. ὅρα ὑπερβολὴν δεισιδαιμονίας. διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἀρχόμενος ἔφη, Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. οὐ γὰρ τοὺς γνωρίμους ὑμῖν δαίμονας θεραπεύετε μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὐδέπω γνωρισθέντας ὑμῖν. ἐκεῖνοι μὲν διὰ τοῦτο ἐπέγραψαν ἀγνώστῳ θεῷ· ὁ δὲ Παῦλος ἡρμήνευσεν. οἱ μὲν γὰρ τοῦτο περὶ ἄλλων ἔλεγον, αὐτὸς δὲ αὐτὸ μετέστησεν ἐπὶ τὸν Χριστόν, αἰχμαλωτίσας τὸ νόημα, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ στήσας ἐν τῇ παρατάξει τῇ ἑαυτοῦ. Ὃν γὰρ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ὑμεῖς, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω, φησίν. ἄγνωστος γὰρ θεὸς οὐδεὶς ἄλλος ἐστίν, ἢ ὁ Χριστός. καὶ ὅρα σύνεσιν πνευματικήν. ἔμελλον αὐτὸν μετὰ ταῦτα ἐγκαλεῖν, ὅτι ξενίζοντα εἰσφέρεις δόγματα εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν, ὅτι καινοτομεῖς, ὅτι θεὸν εἰσφέρεις, ὃν οὐκ ἴσμεν. βουλόμενος τοίνυν ἀπαλλάξαι αὐτοὺς τῆς ὑποψίας τῆς κατὰ τὴν καινοτομίαν, καὶ δεῖξαι ὅτι οὐ ξένον κηρύττει θεόν, ἀλλ' ὃν προλαβόντες αὐτοὶ διὰ τῆς θεραπείας ἐτίμησαν, ἐπήγαγε, καὶ εἶπεν· ὅτι ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. ὑμεῖς με προελάβετε, φησίν· ἔφθασεν ὑμῶν ἡ θεραπεία τὸ ἐμὸν κήρυγμα. μὴ τοίνυν ἐγκαλεῖτε, ὅτι ξένον εἰσφέρω θεόν. τοῦτον γὰρ καταγγέλλω, ὃν ὑμεῖς ἀγνοοῦντες θεραπεύετε, οὐκ ἀξίως μὲν αὐτοῦ τέως, θεραπεύετε δὲ ὅμως. οὐ γὰρ τοιοῦτος βωμὸς ἵσταται τῷ Χριστῷ,

A ſiquidem vniuerſi terrarum orbis eſt Dominus. Quoſdam igitur iſtorum alios à patribus ſuis acceptos, habebant, alios à finitimis nationibus vtpote à Scythis, à Thracibus, ab Ægyptiis: quod ſi prophanæ periti eſſetis eruditionis, has etiam vobis omnes hiſtorias recitarem. Quoniam igitur omnes ab initio non ſuſceperant, ſed illis inuecti paulatim fuerant, alij quidem patrum ætate, alij vero ipſorum tempore, conuenientes dixerũt ad inuicem: Quemadmodum iſtos ignorabamus, quandoquidem ipſos deinceps accepimus & agnouimus; ita fieri poteſt, vt ſit B aliquis alius ignotus, qui verus ſit Deus, ſed à nobis minimè cognitus, qui à nobis inſciis propterea negligatur & non colatur. Quid igitur fecerunt? Aram erexerunt, & inſcripſerunt, Ignoto Deo, vt per inſcriptionem hoc ſignificarent, Si fortè quiſpiam ſit alius Deus, qui nondum nobis innotuerit, hunc etiam colimus. Vide immodicam ſuperſtitionẽ. Propterea dixit à principio Paulus, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video. Non enim vobis votos ſolummodo colitis Deos, ſed eos etiam, qui C vobis nondum innotuerint. Inſcripſerant illi quidem, ſed Paulus interpretatus eſt. Nam illi quidem id de aliis dixerant, at illud ipſe traduxit ad Chriſtum, & in captiuitatem ſenſum redegit, & in ſua ſecum acie collocauit. Quem enim ignorantes vos colitis, hunc ego vobis annuntio, inquit. Ignotus enim alius Deus non eſt, niſi Chriſtus. Ac vide prudentiam ſpiritualem. Obiecturi deinceps illi erant, Noua quædã dogmata infers auribus noſtris, nouis rebus ſtudes, Deum inuehis, quem non nouimus. Vt igi- D tur illis ſuſpicionem eximeret nouitatis, ſeque nouum Deum minimè prędicare oſtenderet, ſed quem ipſi prius cultu honorandũ cenſuerant, adiunxit & dixit, Quem ignorantes colitis, cum ego vobis annuntio, vos me prȩuenistis inquit, prædicationem meam cultus veſter præoccupauit. Ne igitur obiiciatis nouum à me Deum inferri: hunc enim annuntio quem vos colitis ignorantes, non digno quidem modo, ſed tamen colitis. Non enim tale Chriſto erigitur altare,

A ſed animatum altare ac ſpirituale, verumtamen ab hoc ad illud vos poſſum perducere. Ita quoque Iudæi quondam cultum exhibebant: ſed à corporali cultu receſſerunt, & ad ſpiritualem traducti ſunt, qui crediderunt omnes. Vides Pauli ſapientiam? vides prudentiam? vides quo pacto illos deuicerit non euangelicis non propheticis vſus dictis, ſed inſcriptione? noli ergo cariſſime diuinorum inſcriptionem eloquiorum prætermittere: nam ſi attentus & vigilans fueris etiam in alienis vtile quippiam offendes: ſin autem negligens ac remiſſus, ne ipſæ quidem tibi ſacræ literæ prodeſſe poterunt. B Nam quemadmodum qui lucra nouit colligere, vndique lucra colligit: ita & is qui minimè nouit, quamuis theſaurũ inuenerit, inanis recedit. Vultis & alterum ſimile argumentum in medium afferam, quod alius quidem alio ſenſu protulit, ſed euangeliſta vim eorum quæ dicta fuerant ad ſe traduxit? Itaque diligenter attendite, vt illum quoque diſcatis intellectũ ad obediendum Chriſto in captiuitatẽ redegiſſe:

2.Cor.10. 5.

vt diſcatis ſi aliena poſſumus in captiuitatem redigere, multo magis nos in propriis negotiaturos queſtúmq; facturos. Pontifex erat anni illius Caiphas: nam & hoc fuit Iudaicæ improbitatis: quoniam dignitatem ſacerdotalem adeo deturpabant, vt venales Pontifices redderent. Antea vero non ita fiebat, ſed ſola morte Pontificis ſacerdotium terminabatur: tum vero etiã viuentes honore ſe abdicabant. Cum igitur illius anni Pontifex eſſet Caiphas, Iudæos aduerſus Chriſtũ armabat ac dicebat. Hunc mori oportet, cum tamen nihil haberet quod ei obiiceret, ſed inuidia ſolum tabeſceret. Ea namque in- D uidiæ eſt cõditio, talem acceptorũ beneficiorum mercedẽ rependit, vnde inſidiarum cauſam aperiens dicebat, Expedit vt vnus homo moriatur, & nõ tota gens pereat. Huius verbi virtus vide

Ioa 11.49.

quo pacto in noſtras partes trãſierit, vt intelligas verbum quidem fuiſſe ſacerdotis, at ſenſum ſpiritualem fieri potuiſſe. Expedit vt vnus homo moriatur, & non tota gens pereat. Hoc autem à ſemetipſo non dicebat, inquit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quod mori Chriſtum oporteret non modo pro Iudæis, ſed & pro tota gẽte.

A ἀλλὰ βωμὸς ἔμψυχος καὶ πνευματικός. ἀλλ' ἀπὸ τούτου ὑμᾶς καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναγαγεῖν δύναμαι. οὕτω καὶ Ἰουδαῖοι τὸ παλαιὸν ἐθεράπευον· ἀλλ' ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς σωματικῆς θεραπείας, καὶ ἦλθον ἐπὶ τὴν πνευματικὴν οἱ πιστεύσαντες ἅπαντες. εἶδες σοφίαν Παύλου· εἶδες σύνεσιν· εἶδες πῶς αὐτοὺς ἐχειρώσατο, οὐκ ἀπὸ εὐαγγελίων, οὐκ ἀπὸ προφητικῶν, ἀλλ' ἀπὸ ἐπιγράμματος; μὴ παράτρεχε τοίνυν, ἀγαπητέ, τὴν ἐπιγραφὴν τῶν θείων λογίων. ἂν μὲν νήφῃς, καὶ ἐγρηγορὼς ᾖς, καὶ ἐν ἀλλοτρίοις εὑρήσεις τι χρήσιμον· ἂν δὲ ῥᾳθυμῇς καὶ ἀναπεπτωκὼς, οὐδὲ B ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ἔσται σοί τι πλέον. ὥσπερ γὰρ ὁ εἰδὼς κερδαίνειν, πανταχόθεν κερδαίνει· οὕτω καὶ ὁ μὴ εἰδὼς, κἂν θησαυρὸν εὕρῃ, κενὸς ἄπεισι. βούλεσθε, εἴπω καὶ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐπιχείρημα, ὅπερ ἄλλος μὲν μεθ' ἑτέρας ἐφθέγξατο διανοίας, ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς πρὸς ἑαυτὸν μετέθηκε τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν; οὐκοῦν προσέχετε ἀκριβῶς, ἵνα μάθητε ὅτι κἀκεῖνος ᾐχμαλώτισε τὸ νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ· ἵνα μάθητε, ὅτι εἰ τὰ ἀλλότρια αἰχμαλωτίζειν δυνάμεθα, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς οἰκείοις ἐμπορευσόμεθα καὶ κερδανοῦμεν. ὁ Καϊάφας ἀρχιερεὺς ἦν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐγένετο πονηρίας. κατῄσχυνον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, ὠνητοὺς ποιήσαντες ἀρχιερέας. ἔμπροσθεν δὲ οὐχ οὕτως ἦν, ἀλλὰ τῇ τελευτῇ μόνῃ κατελύετο ἡ ἱερωσύνη τοῦ ἀρχιερέως. τότε δὲ καὶ ζῶντες παρελύοντο τῆς τιμῆς. ἀρχιερεὺς τοίνυν ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου ὁ Καϊάφας, καθώπλιζε κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἔλεγεν· ὅτι δεῖ τοῦτον ἀποθανεῖν, ἔγκλημα μὲν οὐδὲν ἔχων, βασκανίᾳ δὲ τηκόμενος. τοιοῦτον γὰρ ὁ φθόνος, τῶν D εὐεργεσιῶν τοιαύτας ἀποδίδωσι τὰς ἀμοιβάς. ὅθεν καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων τῆς ἐπιβουλῆς, ἔλεγε, Συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. τούτου τοῦ ῥήματος ἡ δύναμις ὅρα πῶς μεθ' ἡμῶν ἐγένετο· ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ μὲν ῥῆμα ἦν τοῦ ἱερέως, τὸ δὲ νόημα ἠδυνήθη γενέσθαι πνευματικόν. συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. τοῦτο δὲ οὐκ ἔλεγεν ἀφ' ἑαυτοῦ, φησὶν, ἀλλ' ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου προεφήτευσεν, ὅτι δεῖ τὸν Χριστὸν ἀποθανεῖν, οὐ μόνον ὑπὲρ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ ἔθνους.

A διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν, ὅτι συμφέρει ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. εἶδες δύναμιν θεοῦ, πῶς τὴν γλῶτταν τῶν ἐχθρῶν ἀναγκάζει τὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λέγειν. ἵνα μὲν οὖν μὴ παρατρέχωμεν τὰς ἐπιγραφὰς τῶν θείων γραφῶν, ἀρκούντως ταῦτα εἴρηται, ἐὰν μνημονεύητε. ἐβουλόμην δὲ εἰπεῖν, καὶ τίς ὁ γράψας τὸ βιβλίον, καὶ πότε, καὶ τίνος ἕνεκεν ἔγραψεν. ἀλλὰ τέως ταῦτα κατέχωμεν· ἐκεῖνα δὲ εἰς τὴν ἀπόδοσιν, ἐὰν ὁ θεὸς θέλῃ, ἀποδώσομεν, βούλομαι γὰρ λοιπὸν πρὸς τοὺς νεοφωτίστους ἀγαγεῖν τὸν λόγον. νεοφωτίστους δὲ λέγω, οὐχὶ τοὺς πρὸ δύο καὶ τριῶν, οὐδὲ πρὸ B δέκα ἡμερῶν φωτισθέντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ τοὺς πρὸ πλείονος χρόνου. καὶ γὰρ καὶ τούτους οὕτω χρὴ καλεῖν. Εἰ γὰρ πολλὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμεθα περὶ τὴν ἑαυτῶν ψυχήν, ἔξεστι καὶ μετὰ δέκα ἔτη εἶναι νεοφωτίστους, ἐὰν τὴν νεότητα τὴν ἀπὸ τοῦ φωτίσματος ἐγγινομένην ἡμῖν διατηρῶμεν. οὐδὲ γὰρ ὁ χρόνος ποιεῖ νεοφώτιστον, ἀλλ' ὁ βίος ὁ καθαρός. ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἀπολέσαι τὸ ἀξίωμα τῆς προσηγορίας τὸν μὴ προσέχοντα. καὶ τούτου C παράδειγμα ὑμῖν ἐρῶ, πῶς νεοφώτιστος εὐθέως ἀπώλεσε μετὰ δύο ἡμέρας καὶ τὴν χάριν τοῦ νεοφωτίστου, καὶ τὴν τιμήν. λέγω δὲ τὸ παράδειγμα, ἵνα ἰδόντες τὸ πτῶμα, ἀσφαλίσησθε τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἑστώτων ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὑποσκελισμένων διορθοῦσθαι χρὴ καὶ θεραπεύειν. Σίμων ὁ μάγος μετεβάλετο, φησί, καὶ βαπτισθεὶς προσκαρτερῶν ἦν τῷ Φιλίππῳ, θεωρῶν τὰ σημεῖα. ἀλλὰ μετ' ὀλίγας ἡμέρας εὐθέως ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, καὶ διὰ χρημάτων ἐβούλετο τὴν σωτηρίαν πρίασθαι. τί οὖν φησι τῷ D νεοφωτίστῳ ὁ Πέτρος; Εἰς χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. διὸ δεήθητι τοῦ κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ κακία αὕτη. οὔπω ἐνέβη εἰς τοὺς ἀγῶνας, καὶ εὐθέως ἔπεσεν εἰς πτῶμα ἀσύγγνωστον. ὥσπερ οὖν ἔστι μετὰ δύο ἡμέρας πεσεῖν, καὶ ἀπολέσαι τὴν προσηγορίαν τοῦ νεοφωτίστου καὶ τὴν χάριν, οὕτω καὶ μετὰ δέκα ἔτη καὶ εἴκοσι καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ἔστιν ἔχειν τὸ λαμπρὸν τοῦτο καὶ σεμνὸν ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα. καὶ τούτου μάρτυς ἀπό-

propterea dicebat, Expedit vt vnus moriatur homo, & non tota gens pereat. Vides potentiam Dei, quo pacto linguam cogat inimicorũ pro veritate verba facere? Vt igitur ſcriptura ſacræ titulos non prætermittamus, ſufficienter hęc dicta ſint, ſi forte recordemini: cuperẽ autẽ etiã dicere quis ſit auctor libri, & quando, quaque de cauſa illum ſcripſerit, ſed hæc interim mente teneamus: illa vero craſtino die, ſi Deus voluerit, reſtituemus: ſtatui nãq;, quod reliquum eſt, ſermonem ad nuper illuminatos conuertere. Nuper autẽ illuminatos appello nõ eos, qui ante duos & tres, neque qui ante decẽ dies illuminati ſunt tantũ, ſed eos etiam qui ante annum, atq; adeo multo ante tempore: quandoquidẽ hos quoque ſic appellari oportet. Si enim in excolenda anima noſtra multũ ſtudij exhibuerimus, poſſumus & poſt decem annos nuper illuminati eſſe, ſi nobis ingenitam à baptiſmate iuuentutem cõſeruauerimus. *Neophyti qui vere ſint.* Neque enim nuper illuminatum efficit tempus, ſed vita munda, cum fieri poſſit, vt poſt duos etiã dies, qui ſibi non caueat, appellationis huius dignitatem amittat. Atque huius rei vobis exemplũ proferam, quo pacto qui nuper illuminatus erat, ſtatim poſt duos dies, & gratiam & honorem nuper illuminati amiſerit. Hoc autem exemplum idcirco à me profertur, vt cum lapſum iſtum videritis, ſalutem veſtram in tuto conſtituatis. Non enim tantum eorum exemplo vobis propoſito qui ſteterunt, ſed eorum etiam, qui ſupplantati ſunt, corrigendi eſtis & ſanandi. Simon magus conuerſus erat, inquit, & baptizatus adhærebat Philippo videns ſigna: ſed poſt paucos dies ſtatim ad propriam reuerſus eſt *Act. 8. 14.* nequitiam & ſuam ſalutem emere pecunia volebat. Quid ergo nuper illuminato dixit Petrus? In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe, quocirca Deum roga ſi forte remittatur tibi hęc nequitia: nondum ingreſſus eſt certamina, & ſtatim indigno venia caſu prolapſus eſt. Vt igitur poſt duos dies cadere poſſumus, & nuper illuminati appellationem & gratiam perdere: ita quoque poſt decem ac viginti annos, & ad finem vſque vitæ poſſumus præclarum hoc atque venerandum homen ac rem conſeruate. Atque hoc Paulus teſtatur Apoſtolus, qui

in ſenectute maximè illuſtris fuit. Nam quoniam à natura non eſt hæc iuuentus, ſed vtriuſque propoſiti compotes ſumus, vt vel ſeneſcamus vel iuuenes maneamus, à noſtro pendet arbitrio. In corpore quidem licet omne ſtudium quis adhibeat, licet omnem lapidem moueat, licet illud minimè vexet, licet domi contineat, licet laboribus illud, & continuis operibus non affligat: tamen ex lege naturæ ſic quoque plane ſenectus illud inuadet. In anima vero non ita fit: ſed ſi illam minime vexes, neque ſecularibus eam laboribus curiſque mundanis excrucies, iuuentutem ſuam perpetuo retinet, illæſamq; conſeruat. Nonne videtis has in cælo fixas ſtellas? iam per annos ſexies mille nobis lucent, nec ipſarum vlla facta eſt obſcurior. Quod ſi vbi naturæ res eſt, ita recens & viuidum lumen remanſit: vbi voluntatis res eſt, nonne multo magis tale permanebit, quale ab initio refulſit? Immo vero ſi velimus non tale tantum permanebit, ſed ſplendidius etiam erit, ſic vt ipſos etiam Solis radios æmuletur. Vin tu intelligere quo pacto poſſimus etiam poſt longum tempus eſſe nuper illuminati? audi quibus verbis Paulus homines multo ante tempore illuminatos alloquatur. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes ad gloriam meam. Veterem laceramq; veſtem exuiſtis, ſpirituali vnguento delibuti eſtis, liberi omnes facti eſtis: nemo deinceps ad priorem redeat ſeruitutem. Bellum quoddam ac certamē ſunt res iſtæ, nemo certat, qui ſeruus ſit: nemo militat qui ſit famulus: ſed ſi ſeruus deprehendatur, ex albo militum cū ſupplicio eiicitur. Neque vero in hac tantum militia, ſed & in Olympicis certaminibus idē iſte mos obtinet. Poſt triginta enim dies hic tranſactos, in ſuburbium illos eductos circumuehunt, & toto ſedente theatro clamat præco: Num quis hunc accuſat? ita vt omni ſeruilis conditionis ſuſpicione depulſa, in certamina pedē inferat. Quod ſi Diabolus in agones ſuos ſeruos non admittit, quo pacto tu, cum peccati ſeruus euaſeris, in Chriſti certamen ingredi audes. Illic quidem ait præco, Num quis huius ſit accuſator? hic vero Chriſtus non ita dicit,

Phil. 2. 15.

Athletarū probatio in olympicis.

A ... ὁ Παῦλος, ἐν γήρᾳ διέλαμψας μειζόνως. ἐπειδὴ γὰρ ἡ νεότης αὕτη οὐκ ἀπὸ φύσεως, ἀλλ' ἑκατέρας προαιρέσεως ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, τὸ γηρᾶσαι καὶ μεῖναι νέους ἐν ἡμῖν ἐστι κείμενον. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ σώματος κἂν ἄπειρα τις ἐπισπουδάζῃ, κἂν ἄπειρα τις πραγματεύηται, καὶ μὴ κατατρίβῃ τὸ σῶμα, κἂν ποιῇ μένειν ἔνδον, κἂν μὴ καταπονῇ τοῖς πόνοις αὐτὸ καὶ τοῖς συνεχέσιν ἔργοις, πάντως κατὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ οὕτως αὐτὸ καταλήψεται τὸ γῆρας. ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἂν μὴ κατατρίβῃς αὐτὴν μηδὲ κατατείνῃς πόνοις βιωτικοῖς καὶ κοσμικαῖς φροντίσι, μένει διαπαντὸς ἀκραιφνῆ τὴν νεότητα διατηροῦσα. B οὐχ ὁρᾶτε τούτους τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς; ἑξακισχίλια λοιπὸν ἡμῖν ἔτη φαίνονται, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἀμαυρότερος γέγονεν. εἰ δὲ ἔνθα φύσις, οὕτως ἔμεινεν ἀκμαῖον τὸ φῶς, ἔνθα προαίρεσις, οὐ πολλῷ μᾶλλον μένει τοιοῦτον, οἷον ἐξ ἀρχῆς ἔλαμψε; μᾶλλον δέ, ἐὰν ἐθέλωμεν, οὐ τοιοῦτον μόνον μένει, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερον ἔσται, ὡς καὶ πρὸς αὐτὰς ἁμιλλᾶσθαι τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας. βούλει μαθεῖν πῶς ἔξεστι καὶ μετὰ χρόνον εἶναι νεοφωτίστους; ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος C πρὸς τοὺς πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου πεφωτισμένους· Ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες εἰς καύχημα ἐμοί. ἀπεδύσασθε τὸ παλαιὸν καὶ τὸ ῥερυπωμένον ἱμάτιον, ἠλείψασθε τὸ μύρον τὸ πνευματικόν, ἐλεύθεροι πάντες ἐγένεσθε· μηδεὶς λοιπὸν ἐπὶ τὴν δουλείαν ἐπανερχέσθω τὴν προτέραν. πόλεμός ἐστι τὰ πράγματα καὶ ἀγών· οὐδεὶς ἀγωνίζεται δοῦλος, οὐδεὶς στρατεύεται οἰκέτης· ἀλλ' ἐὰν ἁλῷ δοῦλος ὤν, μετὰ τιμωρίας ἐκβάλλεται τοῦ τῶν στρατιωτῶν καταλόγου. οὐκ ἐπὶ τῆς στρατείας δὲ ταύτης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων D τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔθος κρατεῖ. μετὰ γὰρ τὰς τριάκοντα ἡμέρας τὰς ἐνταῦθα ἀνάγοντες αὐτοὺς εἰς τὸ προάστειον περιάγουσι, καὶ τοῦ θεάτρου καθημένου παντὸς βοᾷ ὁ κῆρυξ, μή τις τούτου κατηγορεῖ; ὥστε αὐτὸν ἀποσκευασάμενον τῆς δουλείας τὴν ὑποψίαν, οὕτως εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆναι. εἰ δὲ ὁ διάβολος οὐ δέχεται δούλους εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἑαυτοῦ, πῶς σὺ τολμᾷς δοῦλος γενόμενος τῆς ἁμαρτίας εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐμβῆναι τοῦ Χριστοῦ; ἐκεῖ μὲν ὁ κῆρυξ λέγει, μή τις τούτου κατηγορεῖ; ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς οὐχ οὕτω λέγει

A ἀλλὰ κἂν ἅπαντες αὐτοῦ κατηγορήσωσι πρὸ τοῦ βαπτίσματος, λέγει· ἐγὼ δέξομαι αὐτὸν, καὶ ἀποσκευάσομαι τῆς δουλείας, καὶ ποιήσας ἐλεύθερον εἰς τοὺς ἀγῶνας εἰσάξω. εἶδες φιλανθρωπίαν ἀγωνοθέτου; οὐ ζητεῖ τὰ πρότερα, ἀλλὰ τῶν μετὰ ταῦτα εὐθύνας ἀπαιτεῖ. ὅτε δοῦλος ἦς, μυρίους εἶχες κατηγόρους, τὸ συνειδὸς, τὰ ἁμαρτήματα, τοὺς δαίμονας ἅπαντας. οὐδείς με, φησὶν, ἐκείνων ἐκίνησε κατὰ σοῦ, οὐδὲ ἐνόμισά σε ἀνάξιον τῶν ἀγώνων τῶν ἐμῶν, ἀλλ᾿ ἐδεξάμην εἰς τὰ παλαίσματα, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας τῆς σῆς, ἀλλ᾿ ἀπὸ τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας. μένε τοίνυν καὶ ἀγωνίζου, B κἂν τρέχειν δέῃ, κἂν πυκτεύειν, κἂν παγκρατιάζειν, μὴ ἀδήλως, μηδὲ ἁπλῶς, μηδὲ εἰκῇ. ἄκουσον τί ἐποίησεν ὁ Παῦλος, εὐθέως ἀπὸ τῶν ναμάτων ἀναβὰς, αὐτίκα ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἠγωνίζετο, ἐκήρυττεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· καὶ συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ πρώτης. ἀλλ᾿ οὐ δύνασαι κηρύξαι σὺ, οὐδὲ ἔχεις διδασκαλικὸν λόγον; οὐκοῦν δίδαξον διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς πολιτείας, διὰ τῆς λαμπρότητος τῶν πράξεων. Λαμψάτω γὰρ, φησὶ, τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, C καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὐ δύνασαι συγχέειν Ἰουδαίους διὰ τῆς φωνῆς; ποίησον αὐτοὺς συγχυθῆναι διὰ τῆς πολιτείας, ποίησον καὶ Ἕλληνας θορυβηθῆναι διὰ μεταβολῆς. ὅταν γὰρ ἴδωσι τὸν πρὸ τούτου ἀσελγῆ, τὸν πονηρὸν, τὸν ἠμελημένον, τὸν διεφθαρμένον, ἀθρόον μεταβεβλημένον, καὶ μετὰ τῆς μεταβολῆς τῆς κατὰ τὴν χάριν, μεταβολὴν τὴν κατὰ τὴν πολιτείαν ἐνδεικνύμενον, οὐ συγχυθήσονται καὶ ἐροῦσιν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ οἱ Ἰουδαῖοι ἔλεγόν ποτε; Οὗτός ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος, αὐτός ἐστι. συγκεχυμένων γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα, ἀμφιβάλλειν D περὶ τοῦ γνωρίμου, διαστασιάζειν πρὸς ἑαυτοὺς, τῷ οἰκείῳ συνειδότι μὴ πιστεύειν, μηδὲ τοῖς ἑαυτῶν ὀφθαλμοῖς. ἀπέβαλεν ἐκεῖνος τὴν σωματικὴν πήρωσιν, ἀπέβαλες σὺ τὴν ψυχικὴν πήρωσιν· ἀνέβλεψεν ἐκεῖνος εἰς τὸν ἥλιον τοῦτον, ἀνάβλεψον σὺ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης. ἔγνως τὸν δεσπότην· ἄξια τοίνυν πρᾶξον τῆς ἐπιγνώσεως· ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτύχῃς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾿ οὗ ἡ δόξα τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ προσκυνητῷ θείῳ πνεύματι, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ſed quamuis omnes ante baptiſmum illum accuſent, dicit, Ego illum admittam & ſeruitute liberabo, atque in libertatem vindicatum in certamina introducam. Vides agonothetæ benignitatem? non ea quærit quæ præceſſerint; ſed eorum quæ conſequuntur, exigit rationem. Cum ſeruus eſſes, mille accuſatores habebas, conſcientiam, peccata, dæmones omnes. Nullus me, inquit, illorum aduerſum te commouit, neque te meis certaminibus indignum cenſui, ſed ad luctas admiſi non ob tuam dignitatem, ſed ob meam benignitatem, mane igitur ac decerta, ſiue currendum ſit, ſiue pugilatu, ſiue pancratio certandum ſit, ne occultè, ne temere, nec in vanum decertes. Audi quid egerit Paulus: confeſtim vbi de lauacro aſcendit, ſtatim poſt baptiſmum decertabat, prædicabat, quoniam hic eſt filius Dei, & Iudæos iam inde a primo die confundebat. *Act. 9. 22.* At enim prædicare non potes, neque verbum doctrinæ habes, igitur operibus & conuerſatione actionumq; ſplendore doce. *Matt. 5. 16.* Luceat enim, inquit, lux veſtra coram hominibus, vt videăt opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Non potes Iudæos voce confundere, fac vt tua conuerſatione confundantur, fac vt commoueătur tua mutatione Gentiles. Cum enim viderint eum qui laſciuus, prauus, ac negligens & corruptus erat, ſubito fuiſſe mutatum, & poſt mutationem ex gratia, mutationem ex conuerſatione exhibuiſſe, nonne confundentur, & dicent id quod de cæco Iudæi quondam dicebăt, Hic eſt *Ioa. 9. 9.* Non eſt ille, Immo ipſe eſt? Sunt enim hæc verba hominũ confuſorũ, de homine ſibi noto dubitare, interſe diſſidere, propriæ conſcientiæ minimè credere, ac ne ſuis quidẽ oculis. Ille cæcitatem corporalem abiecit, tu ſpiritualem cæcitatẽ abiecisti. Ille in ſolẽ hunc reſpexit, tu in iuſtitię ſolem reſpice: agnouiſti dominũ, fac igitur ea quæ hac agnitione ſint digna, vt & cœlorũ regnũ aſſequaris gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cumquo Patri vna cum Spiritu ſancto gloria honor imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

A

Reprehenſio eorum, qui aberant ab eccleſia, & cohortatio ad præſentes, vt curam gerant fratrum, & in proœmiũ epiſtolæ ad Corinthios, Paulus vocatus, & de humilitate.

1.Cor.1.

Eodem interprete.

CVm ad veſtram paucitatẽ oculos meos conuerto, & collectis in ſingulis gregem noſtrũ minus fieri cerno mœreo ſimul & gaudeo. gaudeo quidẽ propter vos, qui adeſtis: mœreo vero propter illos, qui abſunt. Nam vos quidem laudibus digni eſtis, quod nec ipſa paucitas negligentiores vos reddiderit: illi vero criminibus sũt obnoxii, quos neque ſtudium veſtrum ad maiorem animi promptitudinem excitarit. Propterea beatos vos prædico, & ęmulatione dignos cenſeo, quod nihil vobis illorum nocuerit negligentia: miſeros autem illos prædico, & lacrymis proſequor, quod nihil eos ſtudium veſtrum potuerit adiuuare. Non

Pſal.83.11.

enim prophetam audierunt dicẽtem: Elegi abiectus eſſe in domo Dei magis, quã habitare in tabernaculis peccatorum. Non dixit, elegi habitare in domo Dei mei, neque verſari, neque ingredi: ſed, elegi abiectus eſſe. Licet inter vltimos numerer, boni conſulo, hac re contentus ſum, ſi vel intrare veſtibulum mihi concedatur, inquit, magni beneficij loco duco, ſi vel in numerum referar poſtremorum in domo Dei mihi. Communem dominum amor vt proprium ſibi vindicat: ea ſiquidem vis eſt caritatis. In domo Dei mei. Qui amat non eum tantum videre deſiderat, quem amat, ſed vel ſolam eius domum, ſed & veſtibulum, neque veſtibulum tantum ædium, ſed vel angiportum vel vicum, & ſi vel veſtem vel calceamentum viderit eius quem amat, ipſum ſe videre arbitratur quem amat. Sic affecti fuerunt prophetæ: quoniam Deum incorporeum non videbant, domum videbant, & per domum præſentem illum cernere ſibi videbantur. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quiuis locus, quoduis ſpatium cum domo dei comparatum tabernaculum eſt peccatorum, ſiue forum dixeris ſiue curiam,

Amor propria facit è communia.

Ἐπιτίμησις κατὰ τῶν ἀπολειφθέντων, καὶ παραίνεσις πρὸς τοὺς παρόντας, εἰς τὸ κήδεσθαι τῶν ἀδελφῶν· καὶ εἰς τὸ προοίμιον τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς, Παῦλος κλητός· καὶ περὶ ταπεινοφροσύνης.

ΟΤαν εἰς τὴν ὀλιγότητα ἀπίδω τὴν ὑμετέραν, καὶ τὸ ποίμνιον θεάσωμαι καθ' ἑκάστην σύναξιν ἐλαττούμενον, καὶ ἀθυμῶ, καὶ χαίρω· χαίρω μὲν διὰ
B ὑμᾶς τοὺς παρόντας, ἀθυμῶ δὲ δι' ἐκείνους τοὺς ἀπόντας. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐπαίνων ἄξιοι, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ὀλιγότητος ῥαθυμότεροι γενόμενοι· ἐκεῖνοι δὲ ὑπεύθυνοι ἐγκλημάτων, οὐδὲ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς εἰς προθυμίαν διεγειρόμενοι. διὰ τοῦτο ὑμᾶς μὲν μακαρίζω καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι οὐδὲν ὑμᾶς παρέβλαψεν ἡ ἐκείνων ὀλιγωρία· ἐκείνους δὲ ταλανίζω καὶ δακρύω, ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ὠφέλησεν ἡ ὑμετέρα σπουδή. οὐκ ἤκουσαν γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ
C θεοῦ, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. οὐκ εἶπεν ἐξελεξάμην κατοικεῖν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου, οὐδὲ, διατρίβειν, οὐδὲ, εἰσιέναι· ἀλλ', ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι. ἀγαπητόν μοι καὶ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τετάχθαι· στέργω ἐν τούτῳ, κἂν τὰ πρόθυρα ἐπιβῆναι καταξιωθῶ, φησί· μεγίστην ἡγοῦμαι δωρεὰν, κἄν με τὸν τελευταῖον ἀριθμήσῃ τις ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου. τὸν κοινὸν δεσπότην ὁ πόθος ἴδιον ποιεῖται· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀγάπη. ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου. ὁ φιλῶν οὐχὶ τὸν φιλούμενον μόνον ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν οἶκον ἐκείνου μόνον,
D ἀλλὰ καὶ τὸν πυλῶνα· οὐχὶ τὸν πυλῶνα τῆς οἰκίας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν στενωπὸν καὶ τὸ ἄμφοδον. καὶ κἂν ἱμάτιον, κἂν ὑπόδημα ἴδῃ τοῦ φιλουμένου, αὐτὸν νομίζει παρεῖναι τὸν φιλούμενον. τοιοῦτοι ἦσαν οἱ προφῆται· ἐπειδὴ τὸν θεὸν οὐχ ἑώρων τὸν ἀσώματον, ἑώρων τὸν οἶκον, καὶ διὰ τοῦ οἴκου τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐφαντάζοντο. ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν. ἕκαστος τόπος, ἕκαστον χωρίον πρὸς τὴν σύγκρισιν τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ, σκήνωμα ἁμαρτωλῶν ἐστι, κἂν δικαστήριον εἴπῃς, κἂν βουλευτήριον,

κἂν τὴν ἑκάστου οἰκίαν. κἂν γὰρ εὐχαὶ γίνωνται
ἐκεῖ, κἂν ἱκετηρίαι, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ φιλονεικίας
γίνεσθαι καὶ μάχας καὶ λοιδορίας, καὶ συλλόγους
περὶ βιωτικῶν φροντίδων· ὁ δὲ οἶκος οὗτος τού-
των καθαρεύει πάντων. διὰ τοῦτο, ἐκεῖνα μὲν
σκηνώματα ἁμαρτωλῶν, οὗτος δὲ οἶκος τοῦ θεοῦ.
καὶ καθάπερ λιμὴν πνευμάτων καὶ κυμάτων
ἀπηλλαγμένος, πολλὴν τοῖς ὁρμιζομένοις
πλοίοις παρέχει τὴν ἀσφάλειαν· οὕτω δὴ καὶ ὁ
τοῦ θεοῦ οἶκος, ὥσπερ ἀπό τινος χειμῶνος τῶν ἔξω-
θεν πραγμάτων τοὺς εἰσιόντας ἐξαρπάζων, μετὰ
πολλῆς παρέχει τῆς γαλήνης καὶ τῆς ἀσφαλείας
ἑστάναι, καὶ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι λογίων. τοῦτο τὸ
χωρίον ὑπόθεσίς ἐστιν ἀρετῆς, διδασκάλιον
φιλοσοφίας· οὐκ ἐν συνάξει μόνον, ὅτε ἀκρόα-
σις γραφῶν καὶ διδασκαλία πνευματική, καὶ
συνέδριον πατέρων αἰδεσίμων· ἀλλὰ καὶ ἐν παν-
τὶ τῷ λοιπῷ καιρῷ, ἐπίβηθι τῶν προθύρων μό-
νον, καὶ εὐθέως ἀπέθου τὰς φροντίδας τὰς βιω-
τικάς. εἴσελθε τῶν προθύρων εἴσω, καὶ καθά-
περ αὔρα τις πνευματικὴ περιΐσταταί σου τὴν
ψυχήν. αὕτη ἡσυχία εἰς φρίκην ἄγει, καὶ δι-
δάσκει φιλοσοφεῖν· ἀνίστησι τὸ φρόνημα, καὶ οὐκ
ἀφίησι μεμνῆσθαι τῶν παρόντων, μεθίστησί σε
ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανόν. εἰ δὲ χωρὶς συνάξεως
τοσοῦτον τὸ κέρδος τῆς ἐνταῦθα παρουσίας, ὅταν
προφῆται πάντοθεν βοῶσιν, ὅταν ἀπόστολοι
εὐαγγελίζωνται, ὅταν ὁ Χριστὸς ἐν μέσῳ εἱστήκῃ,
ὅταν πατὴρ ἀποδέχηται τὰ γινόμενα, ὅταν πνεῦ-
μα ἅγιον παρέχῃ τὴν οἰκείαν ἀγαλλίασιν, πό-
σης μὲν ὠφελείας ἐμπλησθέντες οἱ παρόντες
ἀπέρχονται, οἱ ἀπόντες δὲ πόσην ζημίαν ὑπο-
μένουσιν; ἐβουλόμην εἰδέναι ποῦ διατρίβουσιν
οἱ τῆς συνάξεως καταφρονήσαντες, τί κατέσχεν
αὐτούς, καὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης ἀπήγα-
γε, περὶ τίνων ἡ διάλεξις. μᾶλλον δὲ οἶδα σα-
φῶς. ἢ γὰρ περὶ ἀτόπων καὶ καταγελάστων πρα-
γμάτων διαλέγονται, ἢ βιωτικαῖς εἰσι προσηλω-
μένοι φροντίσιν· ἀμφοτέρων δὲ ἡ διατριβὴ
συγγνώμης ἀπεστέρηται, καὶ κόλασιν ἔχει τὴν
ἐσχάτην. καὶ περὶ μὲν τῆς προτέρας οὐδὲ λό-
γου δεῖ, οὔτε ἀποδείξεως· ὅτι δὲ καὶ οἱ τὰ τῆς οἰ-
κίας ἡμῖν προβαλλόμενοι πράγματα, καὶ τὴν
ἀφόρητον ἐκεῖθεν ἀνάγκην λέγοντες, οὐδὲ οὗ-
τοι δύνανται συγγνώμης τυχεῖν, ἅπαξ τῆς ἑβ-
δομάδος ἐνταῦθα καλούμενοι, καὶ οὐδὲ τότε

A ſiue domum ſingulorum. Licet enim
preces illic fiant, licet ſupplicationes,
tamen illic contentiones & pugnas &
conuicia, conuentuſque fieri de ſecu-
laribus curis neceſſe eſt: at hic locus ab
his omnibus eſt immunis, propterea
peccatorum quidem illa ſunt taberna-
cula, hæc vero domus eſt Dei:& quem-
admodum portus à ventis & fluctibus
liber multam nauibus in eo ſtationem
eligentibus præbet ſecuritatem: ſic ni-
mirum & Dei domus tanquam ab ex-
ternorum negotiorum tempeſtate a-
breptos eos, qui intrauerint, in multa
tranquilitate collocat, & ſecuritate, ſa-
B crorũ que eloquiorũ auditionis parti-
cipes efficit. Hic locus virtutis eſt occa-
ſio, philoſophiæ ſchola, non in collecta
ſolum, dum ſcripturæ ſacrę recitantur,
& doctrina ſpiritualis porrigitur, ac
venerandorum patrum ſenatus adſtat:
ſed quouis etiam reliquo tempore ve-
ſtibula tantũ ingredere, tum tu ſubito
ſeculares omnes curas depones. Intra
in veſtibulum & tanquam aura quadã
ſpiritualis animam tuam afflabit. Hæc
tranquillitas horrorem incutit, & phi-
loſophari docet, mentem erigit, neque
ſinit præſentium recordari, à terra in
C cœlum te transfert. Quod ſi abſque
collecta tantum quæſtum facis, quod
hic verſeris, quando vndique prophe-
tæ clamant, quando Apoſtoli euan-
gelium prædicant, quando, ſtat Chri-
ſtus in medio, quando quę fiunt ſuſci-
pit Pater, quando lætitiam ſuam Spi-
ritus ſanctus impertit, quanta qui ad-
ſunt vtilitate cumulati recedunt, quã-
to damno afficiuntur qui abſunt?
Vellem ſcire vbinam verſentur, qui
collectæ intereſſe neglexerunt, quid
eos detinuerit, & ab hac ſacra menſa
reuocarit, de quibus inter ſe collo-
D quantur. Immo vero iam probè noui:
aut enim de abſurdis ac ridiculis rebus
colloquuntur, aut ſecularibus curis af-
fixi ſunt: vtraque porro venia digna
non eſt occupatio, & extremo ſuppli-
cio eſt obnoxia. Ac de priori quidem
neque verba facere opus eſt, vel de-
monſtrationem afferre: eos vero qui
res domeſticas nobis obiiciunt, & in-
de ſe intolerabili vrgeri neceſſitate
cauſantur, ne iſtos quidem veniam
obtinere poſſe, cum ſemel in heb-
domada huc vocentur, ac ne tũ

Tabernacula peccatorum domus priuata.

quidem res ſpirituales terrenis anteferre dignemur, ex euangeliis conſtat. Nã & illi qui ad ſpiritales nuptias fuerant inuitati, eiuſmodi excuſationes obtendebant, quod hic quidẽ iugum emiſſet, ille vero prædium ſibi comparaſſet, ille ſponſam duxiſſet, ſed puniti ſunt tamen. Neceſſariæ quidem ſunt illæ cauſæ: ſed cum Deus inuitat, nulla excuſatione ſunt dignæ. Deo namque nobis ſunt omnia neceſſaria poſthabenda. vbi eius honori fuerit ſatisfactum, tum in alia ſtudium impendatur. Quis enim quæſo famulus, antequam domino debitum expleuerit miniſterium, domui ſuæ vnquam prouidebit? An non igitur abſurdũ eſt inter homines, vbi nudũ nomẽ eſt dominatus, tantam heris reuerentiam exhibere atque obediẽtiam. verũ autem dominũ non noſtrum ſolum, ſed ſupernarum etiam virtutum ne eodem quidem, quo cõſeruos noſtros, cultu & honore dignari? Atque vtinã fieri poſſet, vt in illorũ conſcientiam penetraretis, tũ vero probe intelligeretis, quot vulneribus ſcaterent, quot ſpinas haberẽt. Vt enim terra quæ manibus agricolarum exculta non eſt, deſerta fit, & ſyluefcit: haud ſecus anima quæ ſpirituali doctrina non imbuitur, ſpinas & tribulos producit. Si enim nos qui quotidie lectione prophetarũ fruimur & Apoſtolorum, vix impetum animi cohibemus, vix iram frænamus, vix cupiditatem reprimimus, vix inuidiæ tabem repellimus, licet aſſidua carmina ex ſcripturis ſacris deprompta noſtris perturbationibus occinamus, vix impudentes iſtas belluas cohibemus: illis quibus nunquam eiuſmodi eſt adhibita medicina, neque diuinã philiſophiã audiuerunt, quæ ſalutis quæſo ſpes eſt reliqua? Vellem mihi liceret animam illorum oculis veſtris ſubiicere, tum illã & ſordidam & ſqualentem, confuſam & abiectã ac pudore ſuffuſam cerneretis. Nam quemadmodum quæ balneis non vtuntur corpora, ſqualore ac ſordibus multis ſcatent: ita quæ ſpirituali doctrina exculta non eſt anima multis ſordibus peccatorum eſt obſita. Sunt enim balneum quoddam ſpirituale quæ hic fiunt, quod calore Spiritus ſordes omnes abſtergit: immo vero non ſordes tantum Spiritus ignis abſtergit, ſed etiam colorem.

Dei cultus omnibus rebus præferendus.

Eſa 1.18.

A αἱρούμενοι τὰ πνευματικὰ τῶν γηΐνων προτιμῆσαι πραγμάτων, ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων δῆλον. καὶ γὰρ οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸν γάμον τὸν πνευματικὸν, ταύτας προεβάλλοντο τὰς προφάσεις, ὁ μὲν ὅτι ζεῦγος ὠνήσατο, ὁ δὲ ὅτι ἀγρὸν ἐπριάσατο, ὁ δὲ ὅτι νύμφην ἠγάγετο· ἀλλ' ἐκολάσθησαν ὅμως. ἀναγκαῖαι μὲν αἱ αἰτίαι· ἀλλ' ὅταν ὁ θεὸς καλῇ, ἀπολογίαν οὐκ ἔχουσι. μετὰ γὰρ τὸν θεὸν ἡμῖν πάντα ἀναγκαῖα· μετὰ τὴν ἐκείνου τιμὴν, τότε τὰ ἄλλα ἀπολαυέτω σπουδῆς. τίς γὰρ οἰκέτης, εἰπέ μοι, πρὶν ἢ τὴν δεσποτικὴν πληρώσῃ διακονίαν, τὴν κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπιμελήσεταί B ποτε; πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐπ' ἀνθρώπων μὲν, ἔνθα ψιλὸν ὄνομα ἡ δεσποτεία, τοσαύτην τοῖς κυρίοις παρέχειν τὴν αἰδῶ καὶ τὴν ὑπακοὴν, τὸν δὲ ἀληθῶς δεσπότην, οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων, μηδὲ τῆς αὐτῆς τοῖς ἡμετέροις συνδούλοις ἀξιοῦν θεραπείας; εἴθε ἦν δυνατὸν ὑμῖν εἰς τὸ συνειδὸς αὐτῶν εἰσεληλυθέναι, καὶ τότε εἴδετε ἂν καλῶς, πόσων τραυμάτων ἔγεμον, ὅσας ἀκάνθας εἶχον. καθάπερ γὰρ γῆ γεωργικῶν οὐκ ἀπολαύουσα χειρῶν, χερσοῦται καὶ ὑλομανεῖ· οὕτω καὶ ψυχὴ πνευματικῆς οὐκ ἀπολαύουσα διδασκαλίας, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἐκπέμπει. εἰ γὰρ ἡμεῖς οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῆς τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων μετέχοντες ἀκροάσεως, μόλις κατέχομεν θυμὸν, μόλις χαλινοῦμεν ὀργὴν, μόλις καταστέλλομεν ἐπιθυμίαν, μόλις ἐκβάλλομεν τηκεδόνα φθόνου, συνεχεῖς ἐπῳδὰς τὰς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν ἐπᾴδοντες τοῖς ἡμετέροις πάθεσι, μόλις καταστέλλομεν τὰ ἀναίσχυντα θηρία· ἐκεῖνοι οἱ μηδέποτε ταύτης ἀπολαύοντες τῆς ἰατρείας, μηδὲ τῆς θείας ἐπακούοντες φιλοσοφίας, ποίαν σωτηρίας ἐλπίδα C ἕξουσιν, εἰπέ μοι; ἐβουλόμην δυνάσθαι δεῖξαι τοῖς ὑμετέροις ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκείνων ψυχὴν, καὶ εἴδετε ἂν ῥυπῶσαν, αὐχμῶσαν, καταχεχυμένην, καὶ τεταπεινωμένην, ἀπαρρησίαστον. ὥσπερ γὰρ τὰ βαλανείων οὐκ ἀπολαύοντα σώματα, αὐχμοῦ καὶ ῥύπου γέμει πολλοῦ· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ διδασκαλίας οὐκ ἀπολαύουσα πνευματικῆς, πολλὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἔχει περικειμένην αὐτῇ τὴν κηλῖδα. καὶ γὰρ βαλανεῖόν ἐστι τὰ ἐνταῦθα πνευματικὸν, τῇ θέρμῃ τοῦ πνεύματος πάντα ἀποσμῆχον ῥύπον· μᾶλλον δὲ οὐχὶ ῥύπον ἀποσμήχει μόνον τὸ τοῦ πνεύματος πῦρ, ἀλλὰ καὶ βαφήν.

Ἐὰν

Ἐὰν γὰρ ὦσι, φησίν, αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· κἂν μετὰ τῆς αὐτῆς, φησίν, ἀκριβείας τῶν ἁμαρτημάτων ὁ ῥύπος διάσχῃ τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν, ὡς εἰς ἕξιν βαφῆς ἀκίνητον καταστῆναι, καὶ οὕτως ἐγὼ δύναμαι εἰς τὴν ἐναντίαν αὐτὴν καταστῆσαι ποιότητα. ἀρκεῖ γὰρ νεῦσαι, καὶ πάντα ἀφανίζεται τὰ ἁμαρτήματα. Ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἀκούσητε (οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς δεῖσθε τῶν φαρμάκων διὰ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν) ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι δι' ὑμῶν μάθωσιν. εἰ δὲ ἐδυνάμην εἰδέναι τοὺς τόπους ἐν οἷς συλλέγονται, οὐκ ἂν ἠνώχλησα τὴν ὑμετέραν ἀγάπην· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατόν μοι ἑνὶ ὄντι τοσοῦτον εἰδέναι δῆμον, ὑμῖν ἐγχειρίζω τῶν ἀδελφῶν τῶν ὑμετέρων τὴν θεραπείαν· ἐπιμελήσασθε τῶν ἀδελφῶν τῶν οἰκείων, ἐπισπάσασθε, καλέσατε. οἶδα ὅτι πολλάκις τοῦτο ἐποιήσατε· ἀλλ' οὐδὲν τὸ πολλάκις τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἕως τότε ποιῆσαι, ἕως ἂν πείσητε καὶ ἑλκύσητε. οἶδα ὅτι ἠνωχλήσατε, ὅτι φορτικοὶ πολλάκις ἐνομίσθητε, ὅτι οὐκ ἐπείσατε· καὶ τοῦτο ὑμᾶς ὀκνηροτέρους ἐποίησεν. ἀλλὰ παραμυθείσθω ὑμᾶς ὁ Παῦλος λέγων· Ἡ ἀγάπη πάντα ἐλπίζει, πάντα πιστεύει, ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. σὺ τὸ σαυτοῦ ποίησον· κἂν ἐκεῖνος μὴ δέξηται τὴν θεραπείαν, σὺ τὸν μισθὸν ἔχεις παρὰ τῷ θεῷ. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς ἂν καταβάλῃς τὰ σπέρματα, καὶ μὴ ἐξενέγκῃ τοὺς ἀστάχυας, κεναῖς ἀνάγκη χερσὶν ἀπελθεῖν· ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ οὕτως· ἀλλὰ σὺ μὲν κατάβαλε τὴν διδασκαλίαν, ἐκείνη δὲ κἂν μὴ πεισθῇ τοῖς λεγομένοις, ἀπηρτισμένον ἔχεις τὸν μισθὸν, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἂν εἰ ἐπείσθη. οὐ παρὰ τὸ τέλος τῶν πραγμάτων ἁπλῶς, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν πονούντων προσέχων ὁ θεὸς, οὕτω τὰς ἀμοιβὰς ὁρίζειν εἴωθε. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ περὶ τὰ θέατρα μεμηνότες πρὸς τὰς τῶν ἵππων ἁμίλλας, τοῦτο καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. τί δὲ ἐκεῖνοι ποιοῦσιν; ἀπὸ ἑσπέρας ἀλλήλοις συντάσσονται, καὶ εἰς τὰς οἰκίας ἀλλήλων ἀπαντῶσιν ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ τόπους ἑτέρους ἑαυτοῖς ἀφορίζουσιν, ἵν' ὁμοῦ συγκροτηθέντες, μετὰ πλείονος ἡδονῆς ἐπὶ τὴν Σατανικὴν ἐκείνην ἀνέλθωσι θέαν. ὥσπερ ἐκεῖνοι κατὰ τῆς ἑαυτῶν σπουδάζουσι ψυχῆς, καὶ ἀλλήλους συγκαταποντοῦσιν· οὕτως ὑμεῖς προνοήσατε τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς,

A ſi enim fuerint, inquit, peccata veſtra ſicut phœniceum, ſicut niuem dealbabo. Quamuis non minus tenaciter peccatorum ſordes animæ naturæ adhæſerint, ac ſi colorem ex tinctura immobilem contraxiſſet: ita poſſum ego contrariam in eam qualitatem inducere. Sufficit enim ſolus nutus meus, vt omnia peccata deleantur. Hæc a me non eo fine dicuntur, vt vos audiatis (neque enim vel medicamentis indigetis, ob Dei benignitatem & gratiam) ſed vt illi per vos intelligant. Quod ſi loca ſcire potuiſſē, in quibus cōgregantur, nequaquam moleſtiam caritati veſtrę ex-
B hibuiſſem: ſed quoniam fieri nequit, vt ego qui vnus ſum, tam numeroſum populum nouerim, veſtræ fidei fratrum veſtrorum curationem committo: eſtote de fratribus veſtris ſoliciti, conciliate vobis illos, inuitate. Scio vos iſtud perſæpe feciſſe, ſed nihil eſt hoc perſæpe feciſſe, niſi eo vſque faciatis, quoad perſuaſeritis & allexeritis. Scio vos importunos fuiſſe, ſcio moleſtos ſæpenumero viſos eſſe, quod non perſuaſeritis: ideoque negligentiores redditi eſtis, ſed conſoletur vos Paulus, *1.Cor.13.7.*
C qui dicit, Caritas omnia ſperat, omnia credit, caritas nunquam excidit. Tu quod tui muneris eſt exequere: quamuis curationem ille non admittat, tu apud Deum mercedem habes. Nam in terram quidem ſi ſemen ieceris, neque ſpicas produxerit, vacuis neceſſe eſt manibus inde diſcedas: at in anima non ita fit: ſed ſi quidem doctrinam ieceris, quamuis illa perſuaſa non fuerit his quæ dicuntur, plenam & cumulatam apud Deum habes mercedem, nec minorem, quàm ſi perſuaſa planè fuiſſet. Non enim ſimpliciter re- *Non rerũ exitũ, ſed animi propoſitum Deus ſpectat.*
D rum exitum, ſed animi propoſitum eorum qui laborant, attendit Deus, dum præmia ſolet decernere. Vos igitur hortor, vt quod faciũt, qui ſtudiis theatrorum inſaniunt, & in equorum certaminibus, hoc vos quoque faciatis. Quid illi porro faciunt? Iã ab ipſa veſpera coeunt, & conueniunt inter ſe, & ad aliorũ domos veniunt ſub auroram, aliaq; loca ſibi deſignãt, vt ſimul cōgregati maiori cũ voluptate ad Satanicum ſpectaculũ illud aſcendant. Quemadmodum illi rei ſaluti animę ſuę noxię diligentẽ operã nauant, ſeque mutuo deducunt: ita vos animæ veſtræ curam gerite,

voſque inuicem ſeruate, cumque futura erit collecta, ad ædes perge tui fratris, cumque foris pro veſtibulo expecta, atque egredientem retine: licet ab innumeris neceſſitatibus vrgeatur, ne permittas, neve ſinas ſeculare aliquod negotium aggredi, prius quam ad eccleſiam illum adduxeris, & integrę collectæ perſuaſeris intereſſe: quamuis contendat, quamuis cõtradicat, quamuis innumeras excuſationes obtendat, ne illi credas, nec acquieſcas, ſed dicens ac docens fore, vt tum illi cætera magis facilia & expedita reddantur, cum abſoluta collecta, poſtquam particeps precum fuerit, patrumque benedictiones acceperit, deinceps ad illa properarit, atque his ac pluribus alijs verbis cum ipſum deuinxeris, ad ſacram iſtam menſam deducito, vt duplicem mercedem obtineas, cum ob tuũ tum ob illius aduentum. Omnino ſi tantum ſtudij tantúmque diligentiæ ad illos venandos & alliciendos, qui negligentiores ſunt, adhibuerimus, ſalutem aſſequemur. Quamtumuis enim negligentes ſint, & impudentes, & truculenti, aſſiduitatem propoſiti veſtri reueriti tandem à negligentia

Luc. 18. 2.

Exemplũ viduæ orãtis.

deſiſtent. Neque enim illo iudice qui Deum non nouerat, homines neq; reuerebatur aſperiores ſunt, quãtumuis ſint duri ac ſtupidi? attamen illum crudelem, ſæuum, ferreum, adamantem illum vnius mulieris conſtãs aſſiduitas exorauit. Quanam igitur venia digni erimus, ſi cum mulier vidua crudelem iudicem, qui neque Deum timebat, nec homines reuerebatur, inflectere potuerit, & ad beneficium conferendum impellere, nos fratres noſtros multo illo tolerabiliores multóque modeſtiores allicere non potuerimus, dum ad propria illos commoda capeſſenda cohortamur? Hæc ſæpe dixi, neque dicere ceſſabo, donec eos ſanos videro, qui ægrotant. Singulis diebus illos quæro, donec opera veſtra illos inueniam. A vobis etiam ſummopere contendo, vt eodem cum animi dolore cum quo hæc à me nunc dicuntur, cum eodem labore negligentiores diſquiratis. Non enim mihi tantum, ſed & vobis Paulus præcepit, vt membrorum veſtrorum curam geratis. Conſolamini enim, inquit, inuicem in verbis iſtis, ſicut & facitis:

1. Theſſ. 5. 11.

A καὶ ἀλλήλους συνδιασώσατε, καὶ συνάξεως μελλούσης γίνεσθαι, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀπάντησον τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἀνάμεινον ἔξω τῶν προθύρων, καὶ ἐξελθόντα κάτασχε· κἂν μυρίαι καλῶσιν ἀνάγκαι, μὴ συγχωρήσῃς, μηδὲ ἐπιτρέψῃς ἅψασθαί τινος τῶν βιωτικῶν, πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀγαγεῖν καὶ πεῖσαι τῆς συνάξεως μετασχεῖν ἁπάσης. κἂν φιλονεικῇ, κἂν ἀντιλέγῃ, κἂν μυρίας προβάλληται προφάσεις, μὴ πεισθῇς, μηδὲ ἀνάσχῃ, ἀλλ' εἰπὼν καὶ διδάξας ὅτι καὶ τὰ ἄλλα αὐτῷ τότε μᾶλλον ἐξευμαρισθήσεται, ὅταν τὴν σύναξιν ἐπιτελέσας, καὶ κοινωνήσας εὐχῶν, καὶ εὐλογιῶν πατέρων ἀπολαύσας, οὕτω πρὸς ἐκεῖνα βαδίζῃ, καὶ τούτοις καὶ πλείοσι τούτων ἑτέροις λόγοις καταδήσας αὐτόν, οὕτως ἄγε πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην τράπεζαν, ἵνα διπλοῦν ἔχῃς τὸν μισθόν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου παρουσίας. πάντως, ἂν τοσαύτῃ καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ περὶ τὴν ἄγραν τῶν ῥαθυμοτέρων χρησώμεθα, ἐπιτευξόμεθα τῆς σωτηρίας. κἂν γὰρ μυριάκις ὦσιν ὀλίγωροι καὶ ἀναίσχυντοι καὶ φονικοί, τὸ συνεχὲς ὑμῶν τῆς προαιρέσεως ἐρυθριάσαντες, ἀποστήσονταί ποτε τῆς ῥαθυμίας. οὐ γάρ εἰσιν ἐκείνου τοῦ δικαστοῦ τοῦ τὸν θεὸν οὐκ εἰδότος, οὐδὲ ἀνθρώπους αἰσχυνομένου χαλεπώτεροι, κἂν μυριάκις ὦσιν ἀναίσθητοι· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνον τὸν ὠμόν, τὸν ἄγριον, τὸν σιδηροῦν, τὸν ἀδάμαντα μιᾶς γυναικὸς χήρας προσεδρεία συνεχὴς ἐδυσώπησε. ποίας ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι, εἰ γυναικὸς χήρας δικαστὴν ὠμόν, καὶ μήτε τὸν θεὸν φοβούμενον, μήτε ἀνθρώπους ἐντρεπόμενον, δυνηθείσης ἐπικάμψαι καὶ πεῖσαι δοῦναι τὴν χάριν, ἡμεῖς τοὺς ἀδελφούς, τοὺς ἀνεκτοτέρους ἐκείνου πολλῷ, καὶ D μετριωτέρους ἐκείνου, μὴ δυνηθείημεν ἐφελκύσασθαι, ὑπὲρ τῶν οἰκείων αὐτοὺς παρακαλοῦντες ἀγαθῶν; ταῦτα πολλάκις εἶπον, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, ἕως ἂν ἴδω τοὺς νοσοῦντας ὑγιαίνοντας. καθ' ἑκάστην αὐτοὺς ἐπιζητῶ τὴν ἡμέραν, ἕως ἂν δυνηθῶ διὰ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς αὐτοὺς εὑρεῖν. δέομαι δὲ καὶ ὑμῶν, μετὰ τῆς αὐτῆς ὀδύνης, μεθ' ἧς ταῦτα λέγω νῦν, μετὰ τοῦ αὐτοῦ πόνου τὴν ἔρευναν ποιεῖσθαι τῶν ῥαθυμοτέρων. καὶ γὰρ οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν Παῦλος ἐπέταξε τῶν οἰκείων φροντίζειν μελῶν. Παρακαλεῖτε γάρ, φησίν, εἷς τὸν ἕνα ἐν τοῖς λόγοις τούτοις, καθὼς καὶ ποιεῖτε.

A καὶ πάλιν· Οἰκοδομεῖτε ἀλλήλους. καὶ γὰρ ὁ μισθὸς μέγας τοῖς τῶν ἀδελφῶν κηδομένοις, καὶ τιμωρία μεγίστη τοῖς ἀμελοῦσι καὶ καταφρονοῦσι τῆς σωτηρίας αὐτῶν. ὅθεν σφόδρα θαῤῥῶ καὶ πεπίστευκα ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ποιήσετε τὰ εἰρημένα· καὶ διὰ τοῦτο ἐνταῦθα ταύτην τὴν παραίνεσιν στήσας, ἐπὶ τὴν Παύλου τράπεζαν ὑμᾶς ἀγαγεῖν πειράσομαι. Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος. Ταῦτα πολλάκις καὶ ὑμεῖς ἠκούσατε, καὶ ἡμεῖς ἀνέγνωμεν. ἀλλ' οὐκ ἀναγινώσκειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιγινώσκειν χρὴ τὰ λεγόμενα· ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν ἡμῖν ἔσται τῆς ἀναγνώσεως. B καὶ γὰρ θησαυρὸς ἄνωθεν πατούμενος οὐκ ἐνδείκνυται τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ χρὴ διορύξαι πρότερον αὐτὸν, καὶ καταβῆναι κάτω, καὶ οὕτως ἅπασαν τὴν εὐπορίαν εὑρεῖν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν γραφῶν, οὐκ ἀρκεῖ μόνον ἡ ἀνάγνωσις δεῖξαι τὸν τῶν ἀποκειμένων ἀγαθῶν θησαυρὸν, ἂν μὴ διερευνήσῃς τὸ βάθος. Εἰ ἤρκει ἀνάγνωσις, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Φίλιππος τῷ εὐνούχῳ, Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; εἰ ἤρκει ἡ ἀνάγνωσις, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Χριστὸς τοῖς Ἰουδαίοις, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ὁ δὲ ἐρευνῶν οὐ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἵσταται, ἀλλὰ πρὸς τὸ βάθος αὐτὸ καταβαίνει. C καὶ γὰρ πολὺ πέλαγος νοημάτων ἐν τοῖς προοιμίοις ὁρῶ. ἐν μὲν γὰρ ταῖς βιωτικαῖς ἐπιστολαῖς αἱ προσρήσεις ἁπλῶς γίνονται, θεραπείαν ἐμφαίνουσαι μόνον· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πολλῆς σοφίας γέμει τὸ προοίμιον. οὐ γὰρ Παῦλός ἐστιν ὁ φθεγγόμενος, ἀλλ' ὁ κινῶν τὴν ἐκείνου ψυχὴν Χριστός. Παῦλος κλητός. Τὸ Παῦλος τοῦτο, ὄνομα μέν ἐστιν ἓν, καὶ ψιλὸν ὄνομα· τοσοῦτον δὲ ἔχει νοημάτων θησαυρὸν ἀποκείμενον, ὅσον διὰ τῆς πείρας ἔγνωτε. Εἰ γὰρ δὴ μέμνησθε, ἴστε ὅτι τρεῖς ἡμέρας D ὁλοκλήρους ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τούτου διελέχθην μόνον, τὰς αἰτίας λέγων δι' ἃς πρὸ τούτου Σαῦλος καλούμενος, μετὰ ταῦτα ἐκλήθη Παῦλος, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως μεταστὰς πρὸς τὴν πίστιν, ἐδέξατο τὴν προσηγορίαν, ἀλλὰ μέχρι πολλοῦ διέμεινεν ἔχων τὸ ὄνομα, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔθεντο οἱ γονεῖς· καὶ πολλὴν ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ σοφίαν καὶ κηδεμονίαν ἀνεδείκνυμεν, καὶ περὶ ἡμᾶς, καὶ περὶ τοὺς ἁγίους ἐκείνους γενομένην. Εἰ γὰρ ἄνθρωποι τοῖς αὐτῶν παιδίοις οὐχ ἁπλῶς ἐπιτιθέασι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ πάππου,

& rurſus, Ædificate alterutrum. Magna quippe merces eos manet, qui de fratribus ſunt ſolliciti, maximumque ſupplicium illis imminet, qui ſalutem illorum minime curăt & negligunt. Quamobrem valde confido credoque vos ea quæ diximus magna cum animi alacritate præſtituros: quam ob cauſam hic adhortandi finem faciens ad Pauli menſam deducere vos conabor. *1.Cor.1.1.* Paulus vocatus Apoſtolus. Hæc ſæpenumero & à vobis audita, & à nobis ſunt lecta: ſed non legere tantum verum etiam intelligere quæ dicuntur oportet: alioqui nullum nobis lucrum ex lectione conſtabit. Siquidem theſaurus ſi supernè calcetur, diuitias non oſtendit: ſed effodiendus eſt prius, & poſtquam infra deſcenderis, omnem deinde quęſtum inuenies: ita quoque fit in Scripturis, non ſola ſufficit lectio ad reconditos bonorum theſauros indicandos, niſi profundum ſcruteris. Si lectio ſufficeret, non dixiſſet Eunucho Philippus *Act.8.30.* Putaſne intelligis quę legis? Si lectio ſufficeret, Iudæis Chriſtus non dixiſſet, ſcrutamini ſcripturas: at is qui ſcrutatur, non ſuperficie tenus ſubſiſtit, ſed ad profundum ipſum vſque deſcendit. Etenim in ipſo exordio multũ ſenſuum pelagus cerno. Atque in ſecularibus quidem epiſtolis ſalutationes quoquo modo fiunt ſolum honorem cultumque deferentes: hic vero non ita: ſed multa exordium ſapientia redundat. Non enim Paulus eſt qui loquitur, ſed qui linguam eius mouet Chriſtus. Paulus vocatus. Hoc nomen Paulus vnum quidem eſt nudumque nomen: ſed tantum ſenſuum theſaurum habet reconditum, quantum experientia comperiſtis. Nam ſi recordamini, tres integros dies de ſolo hoc nomine diſſeruiſſe me ſcitis, dum cauſſas afferrem, ob quas cum Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus eſt, & qua de cauſſa non ſtatim ad fidem conuerſus hanc appellationem accepit, ſed ad multum tempus nomen retinuit, quod illi à principio parentes impoſuerant, multámque Dei ſapientiam & prouidentiam ex eo demonſtrauimus cum erga nos, tum erga ſanctos illos exhibitam. Nam ſi liberis ſuis homines non temere nomen imponunt, ſed hoc quidem à patre, illud autem ab auo,

Tribus diebus de nomine Pauli concionatus eſt.

aliud à maioribus cæteris eos appellent: multo magis Deus ſeruis ſuis non ſine cauſa nec ſine ratione aliqua appellationes impoſuit, ſed maiori cum iudicio ac ſapientia. Siquidem homines in honorem defunctorum, vel ad ſuam conſolationem ſæpenumero nominibus mortuorum filios ſuos appellant, eoque pacto per appellationem liberorum ſolatium ſibi doloris excogitant, quem ex obitu defunctorum conceperant: Deus autem memoriam virtutis ac doctrinam tanquam in ærea columna in appellatione ſanctorum recondit. Petrum quidem certè à virtute ſic vocauit, & in eius nomine firmitatis fidei argumentum & indicium collocauit, vt appellatione ſua perpetuo tanquam magiſtra quadam eiuſmodi firmitatis vtatur. Ioannem quoque ac Iacobum à magnitudine vocis in euangelio prædicando nota vocauit. Sed ne eadem rurſus memorando moleſtiam pariat oratio noſtra, his omiſſis illud dicam ipſa ſanctorum nomina ſeorſim ſemper religioſis & piis viris veneratione digna eſſe, ac peccatoribus formidanda. Oneſimum quidem certè, qui fugitiuus & fur extiterat, & de pecunia herili quippiam interuerterat, cum ſuſcepiſſet Paulus, eumque immutaſſet, atque ita ſacris myſteriis initiaſſet: cum deinceps eum domino ſuo redditurus eſſet, hæc ad illum ſcripſit: Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obſecro, cum ſim talis, vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus in Chriſto Ieſu. Vides illum addidiſſe tria, vincula propter Chriſtum, conuerſationem ob ætatem, & nominis reuerentiam? Nam cum vnus eſſet qui obſecrabat, triplicem eum conabatur efficere, qui pro Oneſimo ſupplicabat, vinctû, ſenem, Paulum. Vides ipſa ſeorſim nomina veneranda eſſe fidelibus ac religioſa? Si enim dilecti filioli nomen vſurpatum ſæpe vel inuitum parentem ad conferendum beneficium inflexit ob nominis amorem, multo magis in ſanctis id habere locum decebat. Porro formidabilia quoque peccatoribus quemadmodum pigris puerulis nomina magiſtrorum, audi quo pacto Paulus ſcribens ad Galatas ſubindicarit. Nam quoniam ad Iudaicam infirmitatem declinarant,

Petri nomen quid deſignet. Matth. 16. 18.

Philem. 8.

Præceptorum nomina veneranda.

A τὸ δὲ ἀφ᾽ ἑτέρων προγόνων καλοῦντες· πολλῷ μᾶλλον ὁ θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἄνευ λόγου τινὸς τὰς προσηγορίας ἐπέθηκεν, ἀλλὰ μετὰ πλείονος σοφίας. ἄνθρωποι μὲν γὰρ εἴς τε τιμὴν τῶν ἀπελθόντων, εἴς τε ἑαυτῶν παραμυθίαν πολλάκις, τοῖς τῶν τετελευτηκότων ὀνόμασι τοὺς ἑαυτῶν υἱοὺς καλοῦσι, παραμυθίαν τινὰ τῆς τῶν κατοιχομένων τελευτῆς διὰ τῆς τῶν παίδων προσηγορίας ἐπινοοῦντες· ὁ δὲ θεὸς ἀρετῆς ὑπόμνησιν καὶ διδασκαλίας, ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ προσηγορίᾳ τῶν ἁγίων ἐναποτίθεται. τὸν γοῦν Πέτρον ἀπὸ τῆς ἀρετῆς B οὕτως ἐκάλεσε, τὴν ἀπόδειξιν τῆς περὶ τὴν πίστιν στερρότητος ἐναποτιθέμενος αὐτοῦ τῷ ὀνόματι, ἵνα ἔχῃ διδάσκαλον διηνεκῆ, τὴν προσηγορίαν, τῆς τοιαύτης στερρότητος. τοῦτο καὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Ἰάκωβον ἐκάλεσεν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ κήρυγμα μεγαλοφωνίας. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγων διενοχλῶ, ταῦτα ἀφεὶς, ἐκεῖνο ἐρῶ, ὅτι καὶ αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ λεγόμενα τὰ ὀνόματα τῶν ἁγίων, καὶ τοῖς φιλοθέοις εἰσὶν αἰδέσιμα, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερά. τὸν γοῦν Ὀνήσιμον δραπέτην καὶ κλέπτην γενόμενον, καὶ τῶν δεσποτικῶν C ὑφελόμενόν τι χρημάτων ὑποδεξάμενος ὁ Παῦλος καὶ μεταβαλὼν, καὶ οὕτω πρὸς τὴν ἱερὰν χειραγωγήσας μυσταγωγίαν· εἶτα μέλλων ἀποδιδόναι τῷ δεσπότῃ πάλιν, οὕτω πρὸς αὐτὸν ἔγραφε· Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον διὰ τὴν ἀγάπην, μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν ὡς Παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ὁρᾷς ὅτι τρία ἐπέθηκε; τὰ δεσμὰ τὰ διὰ τὸν Χριστὸν, τὴν πολιτείαν τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας, τὴν αἰδῶ τὴν ἀπὸ τῆς προσηγορίας; ἐπειδὴ γὰρ εἷς ἦν ὁ παρακα- D λῶν, τριπλοῦν ἐφιλονείκησε ποιῆσαι τὸν ὑπὲρ Ὀνησίμου δεόμενον, τὸν πρεσβύτην. ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ τὰ ὀνόματα αἰδέσιμα τοῖς πιστοῖς ἐστι καὶ φιλόθεα; εἰ γὰρ παιδίου φιλουμένου προσηγορία ὀνομασθεῖσα πολλάκις, καὶ μὴ βουλόμενον τὸν πατέρα ἔπεισε δοῦναι τὴν χάριν διὰ τὸ πρὸς τὸ ὄνομα φίλτρον· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἁγίων συμβαίνειν τοῦτο εἰκὸς ἦν. ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι φοβερὰ ἦν, καθάπερ παιδίοις ῥαθυμοῦσι τὰ τῶν διδασκάλων ὀνόματα, ἄκουσον πῶς Γαλάταις ἐπιστέλλων, αὐτὸ τοῦτο ᾐνίξατο. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀσθένειαν ἀπέκλιναν Ἰουδαϊκὴν,

A καὶ περὶ τὴν πίστιν αὐτὴν ἐκινδύνευον, βουλόμενος αὐτοὺς ἀναστῆσαι καὶ πεῖσαι μηδὲν Ἰουδαϊκὸν ἐπεισάγειν τῇ τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίᾳ, οὕτως ἔγραφεν· Ἰδὲ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. εἶπες, ἐγώ· τίνος ἕνεκεν προσέθηκας τὸ ὄνομα; τὸ γὰρ, ἐγώ, οὐκ ἦν ἱκανὸν δηλῶσαι τὸν γράφοντα; ἀλλ᾽ ἵνα μάθῃς, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ ὀνόματος παρενθήκη, ἱκανὴ τῶν ἀκουόντων καθάψασθαι, διὰ τοῦτο προστίθησι τὴν προσηγορίαν, εἰς ὑπόμνησιν αὐτοὺς ἄγων τοῦ διδασκάλου. καὶ ἡμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχομεν· ὅταν γὰρ ἀναμνησθῶμεν τῶν ἁγίων, κἂν ἐν ῥᾳθυμίᾳ ὦμεν, διεγειρόμεθα, B κἂν ἐν καταφρονήσει, φοβούμεθα. Παῦλον γοῦν τὸν ἀπόστολον ὅταν ἀκούσω ἐγώ, ἐννοῶ τὸν ἐν θλίψεσι, τὸν ἐν στενοχωρίαις, τὸν ἐν πληγαῖς, τὸν ἐν φυλακαῖς, τὸν ἐν τῷ βυθῷ νυχθήμερον γενόμενον, τὸν εἰς τρίτον ἁρπαγέντα οὐρανόν, τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τὰ ἄρρητα ῥήματα ἀκούσαντα, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν νυμφαγωγὸν τοῦ Χριστοῦ, τὸν εὐξάμενον ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν. καὶ καθάπερ σειρά τις χρυσῆ, τῶν κατορθωμάτων ὁ ὁρμαθὸς μετὰ τῆς τοῦ ὀνόματος μνήμης τοῖς μετ᾽ ἀκριβείας προσέχουσιν C ἐπεισέρχεται· καὶ οὐ μικρὸν ἡμῖν ἀπὸ τούτου γίνεται κέρδος. ἐνῆν καὶ πλείονα τούτων εἰς τὴν προσηγορίαν εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τῆς δευτέρας ἁψώμεθα λέξεως, ἐνταῦθα τὴν περὶ τοῦ ὀνόματος στήσαντες θεωρίαν, ἐπ᾽ ἐκείνην βαδιζώμεθα λοιπόν. ὥσπερ γὰρ τὸ Παῦλος ὄνομα πολλὴν παρέσχεν ὑμῖν εὐπορίαν, οὕτω καὶ τὸ κλητὸς, εἰ βουληθείημεν αὐτὸ καταμαθεῖν μετὰ τῆς προσηκούσης σπουδῆς, τῆς ἴσης ἢ καὶ πλείονος ἐμπλήσει θεωρίας ἡμᾶς. καὶ καθάπερ ἀπὸ κόσμου χρυσοῦ, ἢ διαδήματος βασιλικοῦ λίθον ἕνα τις ἐξελὼν, καὶ D οἰκίας λαμπρὰς καὶ πολυτελεῖς ἀγροὺς, καὶ οἰκετῶν ἀγέλας, καὶ ἕτερα πολλῷ πλείονα τούτων πρίασθαι δυνήσαιτ᾽ ἄν, τὸν μαργαρίτην ἀποδόμενος ἐκεῖνον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν θείων ῥημάτων, ἂν μιᾶς ῥήσεως ἔννοιαν ἀναπτύξαι θελήσῃς, πολλήν σοι παρέξει πνευματικῆς εὐπορίας ὑπόθεσιν, οὐκ οἰκίας, οὐδὲ ἀνδράποδα, οὐδὲ πλέθρα γῆς κομίζουσα, ἀλλὰ θεοσεβείας καὶ φιλοσοφίας ἀφορμὰς ἐνιεῖσα ταῖς τῶν προσεχόντων ψυχαῖς. σκόπει οὖν αὐτὸ τοῦτο τὸ κλητὸς, εἰς ὅσην ἡμᾶς χειραγωγεῖ πραγμάτων ἱστορίαν πνευματικῶν.

A & de ipſa fide periclitabantur, cum illos vellet erigere ac perſuadere, vt in euangelicam doctrinam nihil Iudaicum introducerent, ita ſcripſit: Ecce ego Paulus, dico vobis, quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. *Gal. 5. b* Dixiſti, Ego: cur addidiſti nomen? Num enim illud, Ego ſufficiebat, ad eum indicandum qui ſcribebat? vt nimirum diſcas ipſum nominis additamentum ad commouẽdos auditorum animos ſuffeciſſe: propterea nomen addit, vt eis memoriam refricet præceptoris. Idem quoque nobis accidit; cum enim nobis in memoriam ſancti reuocantur, ta- B metſi deſidia torpeſcimus, excitamur: licet contemnamus, terremur. Paulum quidem certe Apoſtolum cum audio animo, intueor illum qui in tribulationibus verſabatur, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, qui vnius diei noctiſque ſpatio in profundo maris fuit, qui tertium raptus in cœlum fuit, qui in paradiſo verba audiuit arcana, vas electionis, Chriſti paranymphum, qui à Chriſto anathema eſſe pro fratribus optauit. Itaque tanquam aurea quædam catena rectè factorum turba cum nominis memoria ſeſe ingerit his, C qui diligenter attenderint: neque mediocre inde lucrum decerpitur. Potuiſſemus his etiam plura de nomine dicere: ſed vt ſecundam quoque dictionem attingamus, hic finita de nomine contemplatione, deinceps gradum ad illam faciemus: vt enim nomen Paulus multum nobis lucri comparauit, ita & illud, vocatus, ſi conuenienti ſtudio velimus illud indagare, non minori vel etiam maiori nos contemplatione complebit. *De dictione vocatus nunc agit.* Et quemadmodum ſi quis ex mundo aureo vel D regio diademate lapillum vnum eximat, & domos ſplendidas, & agros magni pretii, ac famulorum greges aliáque multo his maiora coëmere poterit, illa margarita diuendita: ita quoque fiet in verbis ſacris ſi vnius dictionis ſenſum velis euoluere, multam ſpiritualis tibi quæſtus materiam præbebit; non quod domos aut mancipia vel terræ iugera tibi comparet; ſed quod pietatis ac philoſophiæ occaſiones afferat eorum animabus, qui attenti ac ſeduli fuerint. Ipſum igitur illud, vocatus, conſidera quantam ad ſpiritualium rerum hiſtoriam nos deducat.

Prius autem illud diſcendum eſt, quid ſit illud ipſum, vocatus, ac deinde ſcrutandum, quam tandem ob cauſſam ad Corinthios ſolum & ad Romanos non ad vllum alium literas mittens ita ſcripſerit. Neque enim ſine cauſſa vel temere id facit. Nam ſi nos epiſtolis non temere inſcriptiones præfigimus, ſed ſi ad inferiores literas mittamus, Talis tali, ſcribimus: cum autem ad æquales, etiam dominum in inſcriptione vocamus eum, qui epiſtolam recipit, cum vero noſtram dignitatem longè excedunt, alia quoque plura adiicimus nomina, quæ maiorem cultum & honorem præ ſe ferant. Quod ſi nos tantam curam adhibemus, neque eodem modo ad omnes ſcribimus, ſed pro varietate perſonarum quæ literas recipiunt, conuenientes appellationes præmittimus: multo magis Paulus non temere, aut ſine cauſſa hoc modo ad hos, ad illos alio modo ſcribebat: ſed cum aliqua ſpirituali ſapientia. Ac nulli quidem alteri mittentem literas vocatum eum in exordio epiſtolæ ſeipſum appellaſſe, decurſis ipſis epiſtolarum initiis diſcere poſſumus. Cur autem id ageret, iam noſtrum eſt dicere, ſi prius quid ſit, vocatus, demonſtrauerimus, quidque nos per hanc dictionem docere Paulus voluerit. Quid ergo docere nos vult Paulus, cum ſeipſum vocatum appellat? Se nimirum priorem ad Dominum non acceſſiſſe, verum vocatum obediuiſſe: non ipſum quæſiuiſſe atque inueniſſe, ſed cum aberraſſet, inuentum eſſe: non ipſum ad lucem reſpexiſſe primum, ſed lucem radios ſuos in eius palpebras vibraſſe, & exterioribus oculis orbato, interiores deinde eſſe reſeratos. Cum igitur docere nos vellet, ſe nullum ex ſuis rectè factis omnibus ſibiipſi tribuere, ſed Deo qui vocauit, ſeipſum vocatum appellat. Nam qui ſtadij mihi fores aperuit, inquit, & ſcammatis, ille coronarũ etiam eſt auctor: qui præbuit initium & radicem plãtauit, hic mihi fructuum, qui deinde germinarunt, occaſiones ſuppeditauit. Quapropter alibi quoq; rurſus cum dixiſſet, Plus omnibus laboraui, ſubiunxit, Non ego autẽ, ſed gratia, quæ mecũ eſt. Itaq; nomen illud vocatus, aliud nihil indicat, niſi Paulũ nihil ex ſuis rectè factis ſibi propriũ arbitrari, ſed omnia Domino Deo tribuere.

Salutationes præfiguntur epiſtolæ.

1.Cor. 15. 10.

A Hac nimirum de cauſſa cum & ipſe reſurgeret, veſtes in ſepulchro & loculo manere permiſit, nudumque corpus ſuſcitauit, immenſæ gloriæ & beatitudinis plenum. Hæc igitur nobis cum explorata ſint dilectiſſimi, & verbis eruditi, & per oculus edocti talem conuerſationē exhibeamus, vt in nubibus rapti, ſemper cum illo verſemur, eiusque gratia ſalui facti, futuris bonis perfruamur. quæ nobis omnibus aſſequi contingat in Chriſto Ieſu domino noſtro, cum quo Patre, vna cum Spiritu ſancto gloria imperium, honor, adoratio nunc & ſemper B & in ſecula ſeculorum. Amen.

διὰ δὴ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀνιστάμενος, τὰ ἱμάτια ἐν τῷ τάφου καὶ τῆς σοροῦ κατέλιπε, γυμνὸν ἀνέστησε τὸ σῶμα, δόξης ἀφάτου καὶ μακαριότητος ἐμπεπλησμένον. ταῦτα οὖν [illegible], ἀγαπητοί, καὶ διὰ λόγων παιδευθέντες, καὶ δι' ὀφθαλμῶν διδαχθέντες, τοιαύτην ἐπιδειξώμεθα πολιτείαν, ἵνα ἐν νεφέλαις ἁρπαγέντες ἀεὶ μετ' αὐτοῦ διατρίβοντες ὦμεν, [illegible] καὶ τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσαντες ἀγαθῶν. ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Non oportere quemquā de ſeipſo deſperare, aut preces contra inimicos fundere aut animo deficere, quamuis petens non accipiat, & ad maritos de pace erga vxores conſeruanda.

Περὶ τοῦ μὴ ἀπογινώσκειν τινὰ ἑαυτόν, μηδὲ καταρᾶσθαι τῶν ἐχθρῶν, μηδὲ ἀπαγορεύειν ἐν τῷ μὴ λαμβάνειν αἰτοῦντας, καὶ πρὸς ἄνδρας περὶ τῆς πρὸς τὰς γυναῖκας εἰρήνης.

Eodem interprete.

C Magnas vobis ago gratias, quod cum animi alacritate habitos de precibus ſermones exceperitis, quod beatum me reddideritis.
Eccli. 25.12 Beatus quippe, qui narrat in aures audientium. Id mihi non ex plauſibus laudibusue tantum, ſed & ex iis quæ fieri a vobis cernebam, perſuaſum eſt. Cum enim, vt aduerſus inimicos preces minimè funderetis, vos cohortarer, ac dicerem nos, dum id agimus, Deum irritare, ac legibus eius alias cōtrarias ferre, (dixit enim ipſe, Orate pro inimicis, at nos dum aduerſus inimicos oramus, petimus ab eo, vt
Matt. 5. 44. D ſuam legem ipſe diſſoluat) cum igitur hæc & talia dicerem, multos inter vos cernebam faciem percutientes & pectus, grauiter ingemiſcentes, manus in cœlum tendentes, veniam à Deo propter eiuſmodi preces fuſas poſtulantes. Tum vero ego ſublatis in cœlum oculis Deo gratias egi, quod tam cito nobis doctrinæ ſermo fructū protuliſſet. Ea quippe ſpiritualis ſeminis eſt conditio, non annis indiget, nec temporibus, nec diebus, ſed ſi animā generoſam inuaſerit, confeſtim ſpicam virentem & perfectam oſtendit: quod & à vobis heſterno die peractum eſt.

Πολλὰς μὲν ὑμῖν ἔχω χάριτας, ὅτι μετὰ προθυμίας τοὺς περὶ τῆς εὐχῆς ἐδέξασθε λόγους, ὅτι με μακάριον ἐποιήσατε. Μακάριος γὰρ ὁ λέγων εἰς ὦτα ἀκουόντων. οὐκ ἀπὸ τῶν κρότων καὶ τῶν ἐπαίνων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ποιοῦντας εἶδον, ἐπείσθην. ὅτε γὰρ ὑμῖν παρῄνουν μὴ καταρᾶσθαι τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἔλεγον ὅτι τὸν θεὸν παροξύνομεν τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ἀντινομοθετοῦμεν αὐτῷ (αὐτὸς γὰρ εἶπεν, Εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, ἡμεῖς δὲ καταρώμενοι τῶν ἐχθρῶν, ἀξιοῦμεν αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ λῦσαι νόμον) ὅτε ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγον, πολλοὺς εἶδον τὰ πρόσωπα τύπτοντας καὶ στήθη, στενάζοντας [illegible], εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀνατείνοντας, συγγνώμην αἰτοῦντας περὶ τῶν [illegible]. τότε δὴ καὶ ἐγὼ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας, ηὐχαρίστησα τῷ θεῷ, [illegible] ταχέως ὁ λόγος τῆς διδασκαλίας τὸν καρπὸν ἡμῖν ἤνεγκε. τοιοῦτον γὰρ ὁ σπόρος ὁ πνευματικός. οὐ δεῖται ἐνιαυτῶν, οὐδὲ χρόνων, οὐδὲ ἡμερῶν, ἀλλ' ἂν [illegible], εὐθέως τὸν στάχυν ἀνθοῦντα καὶ ἀπηρτισμένον δείκνυσιν· ὃ δὴ καὶ [illegible]

A κατέβαλον λόγον κατανύξεως, καὶ ἐβλάστησε στεναγμὸς ἐξομολογήσεως, στεναγμὸς πολὺν ἔχων τὸν πλοῦτον τῶν ἀγαθῶν. εἰ γὰρ ὁ τελώνης ἐκεῖνος, ἵνα τὸ στῆθος τύψας εἴπῃ, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ἀπῆλθε δεδικαιωμένος ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον· πόσην εἰκὸς ἡμᾶς κτήσασθαι παρρησίαν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ τοσαύτην κατάνυξιν ἐπιδειξαμένους; καίτοι τελώνου χεῖρον οὐδέν. τοῦτο γὰρ ἔσχατος ὅρος κακίας ἐστίν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς παραδηλῶν, εἰς παράδειγμα τῶν ἐσχάτων κακῶν τὰς πόρνας καὶ τοὺς τελώνας ἄγει συνεχῶς. πεπαρρησιασμένη γάρ ἐστι βία, B ἀνεπιτίμητος ἁρπαγή, ἀναίσχυντος πλεονεξίας τρόπος, πραγματεία λόγον οὐκ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορεία· ἀλλ᾽ ὅμως ὁ τοσούτοις συζῶν κακοῖς, ἴσχυσεν ἀπὸ ψιλῶν ῥημάτων ἀπορρίψασθαι τὰ ὀνείδη, καὶ πλέον ὧν ᾔτησε λαβεῖν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἠξίου λέγων, Ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ· ὁ δὲ θεὸς οὐχ ἵλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐδικαίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον. διὰ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος· Τῷ δὲ δυναμένῳ πάντα ποιῆσαι ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. καίτοι ὁ Φαρισαῖος ηὔξατο, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ ἔστη, C καὶ τὸν αὐτὸν ἐκάλεσε θεὸν, καὶ πλείονα εἶπε ῥήματα, καὶ ἀπὸ εὐχαριστίας τὸ προοίμιον ἐποιήσατο τῆς εὐχῆς. πόθεν οὖν ἐκεῖνος μὲν καὶ ἃ εἶχεν ἀπώλεσε καλά, οὗτος δὲ καὶ ἣν οὐκ εἶχε περιέλαβε παρρησίαν; ὅτι οὐ τῆς εὐχῆς ὁ αὐτὸς τρόπος ἦν. ὁ μὲν γὰρ ἀλαζονείας ἔγεμε καὶ τύφου καὶ ἀπονοίας, οὗτος δὲ εὐγνωμοσύνης πολλῆς. διὰ τοῦτο οὗτος μὲν μυρία ἁμαρτημάτων φορτία ἔχων, πάντα ἀπέθετο, καὶ δικαιοσύνην ἔλαβεν· ἐκεῖνος δὲ πλήρη τὴν ναῦν κατορθωμάτων ἀναγαγὼν, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ νηστείας, καθάπερ τινὶ σκοπέλῳ περιρράξας τῷ τῆς D κενοδοξίας καὶ ἀπονοίας φρονήματι, ἐν αὐτῷ τῷ λιμένι τὸ ναυάγιον ὑπέμεινε. τὸ γὰρ ἐν εὐχῇ ζημιωθῆναι, ἐν λιμένι ναυάγιόν ἐστιν ὑπομεῖναι. ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῆς εὐχῆς τοῦτο γέγονεν, ἀλλὰ παρὰ τὴν προαίρεσιν τὴν αὐτοῦ. ὁρᾷς πῶς οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ἡ εὐχὴ, ἐὰν μὴ προσῇ τὸ κατ᾽ ἐκείνους εὔξασθαι τοὺς νόμους, οὓς τέθεικεν ὁ Χριστός; τίνας δὲ τέθεικε νόμους; ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὔχεσθαι καὶ τῶν πολλὰ

Compunctionis ſermonem ſparſerã, & confeſſionis gemitus germinauit, gemitus multas bonorum diuitias ſecum ferens. Nam ſi publicanus ille, *Luc. 18. 13.* cum pectus percutiendo dixiſſet, Propitius eſto mihi peccatori, plus quam Phariſæus iuſtificatus receſſit, quantã nos apud Deum nobis conciliaſſe gratiam veriſimile eſt, cum intra per breue tempus tantam compunctionem oſtenderimus? Tametſi publicano nihil eſt peius: cum his improbitatis limes ſit vltimus: quod vtique Chriſtus *Publicanus limes vltimus malitiæ.* indicans in extremorum malorum exemplum meretrices ac publicanos ſemper in medium adducit. Eſt enim violentia quæ liberè confidenterque graſſatur, rapina ſine reprehenſione, impudẽs auaritiæ genus, negotiatio à ratione aliena, inſolẽs mercatura: attamen is qui inter tot mala vixerat, nudis verbis potuit tot probra delere, ac plura quam poſtularat accipere. Nam petierat quidem ille, Propitius eſto mihi peccatori; Deus autem non propitius tantum fuit, ſed etiam illum ſupra Phariſæum iuſtificauit. Propterea inquit Paulus: Ei autem, qui poteſt o- *Epheſ. 3. 20* mnia facere ſuperabundanter quam petimus, aut intelligimus. Atqui precatus eſt etiam Phariſæus, & in templo ſtetit, & eũdem Deum inuocauit, & plura verba profudit, & ex gratiarum actione orationis exordiũ texuit. Vnde igitur factum eſt, vt ille quidem ea quæ habebat bona perdiderit, hic autem eã gratiam ac fiduciam, quam non habebat ſibi conciliauerit? quod nimirũ orandi modus idem non eſſet. Nam ille quidem arrogantiæ, faſtus, ſuperbiæque totus plenus erat, hic vero multę probitatis & ęquitatis. Idcirco licet hic innumeris peccatorũ ſarcinis grauaretur, omnes abiecit, & iuſtitiam aſſumpſit: ille autem qui plenam rectè factorum, eleemoſynarum, ieiuniorum, nauem reduxerat, tanquam ſcopulo cuipiam inanis gloriæ ſuperbiæque tumori allidens in ipſo portu naufragium fecit. ſiquidem in oratione damnum pati, id vero eſt in portu naufragium facere. Non tamen id ex natura orationis, ſed ex culpa voluntatis eius euenit. Vides ad ſalutem nobis orationẽ non ſufficere, niſi ſimul ex legibus, quas tulit Chriſtus, oremus? Quas porro leges ille tulit? vt pro inimicis oremus, tametſi multis moleſtiis

nos affecerint: ac niſi hoc præſtemus, plane perimus: id quod ex Phariſæi conſtat exemplo. Si enim iſte cum aduerſus inimicos oraſſet, verum manis gloriæ cupiditati ſolū addictus fuiſſet, tantam pœnam ſuſtinuit, quod ſupplicium illos manet, qui longos multoſque ſermones producūt aduerſus inimicos? Quid facis mi homo? adſtas, vt veniam peccatorum poſtules, & animam iracundia reples? quādo omnium mitiſſimos eſſe nos oportet, dum alloquimur dominum, dum pro delictis oramus, miſericordiam, clementiam, ac veniam implorantes, tum excandeſcimus, in feritatē deuoluimur, & os noſtrum felle complemus? quo pacto quęſo poterimus ſalutē adipiſci, cum ſupplicū ſpeciem præ nobis feramus, verba ſuperborum efferamus, & in nos dominum irritemus? Ingreſſus es, vt propria vulnera curares, non vt propinqui vulnera redderes acerbiora. Propitiationis tēpus eſt, orationis tempus, ac gemitus non iracundiæ: lacrymarum non excandeſcentiæ: compunctionis non indignationis. Cur confundis ordinē? cur tibi ipſi repugnas? cur ædificium tuum diruis? hominem qui orat, ante alia omnia miti animo eſſe oportet, modeſta mente, corde contrito: qui vero clamat aduerſus inimicos, nunquam illud poterit obtinere: quippe qui ſit iræ plenus, neque modeſtia poſſit mētem in officio continere. Ne igitur aduerſus inimicos preces fundamus, ſed neque rectè factorum memores noſtrorum ſimus, ne nobis id accidat, quod Phariſęo. Nam quemadmodum peccatorum recordari bonum eſt, ita rectè factorum bonum eſt obliuiſci. Quam tādem ob cauſſam? quoniam rectè factorum quidē memoria nos in ſuperbiā erigit, peccatorū autem memoria mentem deprimit atque humilē reddit: atque illa quidem negligentiores efficit, iſta vero diligentiores nos reddit. Nam qui nihil ſibi eſſe boni arbitrantur, alacriores ad acquirenda bona fiunt: qui vero multum ſibi repoſitum quæſtum exiſtimant his opibus confidentes non magnum ſtudiū præ ſe ferunt ad plura ſibi deinceps comparanda. Noli ergo rectè factorū meminiſſe, vt meminerit illorū Deus: Dic enim peccata tua primus, vt iuſti-

A λυπησάντων. κἂν μὴ τοῦτο ποιῶμεν, ἀπολλύμεθα πάντως. καὶ δῆλον ἐκ τοῦ παραδείγματος τοῦ κατὰ τὸν Φαρισαῖον. εἰ γὰρ ἐκεῖνος, οὐχὶ τῶν ἐχθρῶν κατευξάμενος, ἀλλὰ κενοδοξήσας μόνον, τοσαύτην ἔδωκε δίκην, τίς μέλλει τιμωρία τοὺς μακροὺς καὶ πολλοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀποτείνοντας λόγους; τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; ἕστηκας συγγνώμην αἰτῶν ἁμαρτημάτων, καὶ θυμοῦ πληροῖς τὴν διάνοιαν; ὅτε πάντων ἡμερωτέρους εἶναι χρὴ, δεσπότῃ διαλεγομένους, ὑπὲρ οἰκείων πλημμελημάτων παρακαλοῦντας, ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν καὶ συγγνώμην αἰτοῦντας, τότε ἀγριούμεθα, καὶ πρὸς
B θηριωδίαν ἐκπίπτομεν, καὶ πικρίας τὸ στόμα πληροῦμεν; καὶ πῶς δυνησόμεθα, εἰπέ μοι, τῆς σωτηρίας ἐπιτυχεῖν, σχῆμα μὲν ἱκετῶν περιβεβλημένοι, ῥήματα δὲ ἀπονοίας φέροντες, καὶ καθ' ἑαυτῶν παροξύνοντες τὸν δεσπότην; εἰσῆλθες τὰ οἰκεῖα θεραπεῦσαι τραύματα, οὐχὶ τὰ τοῦ πλησίον χαλεπώτερα ἐργάσασθαι. ἱλασμοῦ καιρός ἐστιν, εὐχῆς καιρός, καὶ στεναγμοῦ, οὐχὶ ὀργῆς· δακρύων, οὐχὶ θυμοῦ· κατανύξεως, οὐχὶ ἀγανακτήσεως. τί συγχέεις τὴν τάξιν; τί σαυτῷ πολεμεῖς; τί καταλύεις σου τὴν οἰκοδομήν; τὸν εὐχό-
C μενον πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἥμερον ἔχειν χρὴ διάνοιαν, κατεσταλμένον νοῦν, συντετριμμένην καρδίαν· ὁ δὲ τῶν ἐχθρῶν καταβοῶν, οὐκ ἂν δυνηθείη τοῦτο κατορθῶσαί ποτε. θυμοῦ γὰρ πεπληρωμένος, οὐκ οἷόν τέ ἐστιν ἔχειν καὶ ἐσταλμένην διάνοιαν. μὴ τοίνυν κατευχώμεθα τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν κατορθωμάτων τῶν ἡμετέρων μνημονεύωμεν, ἵνα μὴ πάθωμεν ὅπερ ὁ Φαρισαῖος. ὥσπερ γὰρ ἁμαρτημάτων μεμνῆσθαι, καλὸν, οὕτω κατορθωμάτων ἐπιλελῆσθαι, καλόν. τίνος ἕνεκεν, ὅτι ἡ μὲν τῶν κατορθωμάτων μνήμη
D πρὸς ἀλαζονείαν ἡμᾶς ἐπαίρει, ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη καταστέλλει τὴν διάνοιαν καὶ ταπεινοῖ. καὶ ἐκείνη μὲν ῥαθυμοτέρους ποιεῖ, αὕτη δὲ σπουδαιοτέρους ἐργάζεται. καὶ γὰρ ὅσοι μηδὲν νομίζουσιν ἔχειν καλὸν, προθυμότεροι γίνονται πρὸς τὸ κτήσασθαι τὰ καλά· οἱ δὲ πολλὰ ἑαυτοῖς ἀποτεθεῖσθαι τὴν ἐμπορίαν ἡγούμενοι, θαρροῦντες τῇ ταύτης περιουσίᾳ, οὐκ ἂν πολλὴν ἐπιδείξαιντο σπουδὴν πρὸς τὸ πλείονα περιλαβέσθαι πάλιν. μὴ τοίνυν μνησθῇς τῶν κατορθωμάτων, ἵνα μνησθῇ αὐτῶν ὁ θεός. Λέγε γὰρ, φησὶ, τὰς ἁμαρτίας σου πρῶτος, ἵνα δι-

καιωθῇς.

κακίας σῆς. καὶ πάλιν· Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ἀνομιῶν σου, φησί· σὺ δὲ μνήσθητι. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν τοῦ τελώνου οὕτω ταχέως ἐπήκουσεν ὁ θεός, τὸν δὲ Ἰσαὰκ ἀφῆκεν εἴκοσιν ἔτη δέεσθαι καὶ παρακαλεῖν αὐτὸν περὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τότε ἐπένευσε ταῖς εὐχαῖς τοῦ δικαίου; ἀνάγκη γὰρ τῆς χθὲς διδασκαλίας ἀποδοῦναι ὑμῖν τὰ λείψανα. τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο γέγονεν; ἵνα ἀπὸ μὲν τῶν κατὰ τὸν τελώνην μάθῃς τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου ταχέως ἐπακούσαντος, ἀπὸ δὲ τῶν κατὰ τὸν Ἰσαὰκ μάθῃς τὴν ὑπομονὴν τοῦ δούλου βραδέως λαβόντος, καὶ οὐκ ἀποστάντος τῆς ἱκετηρίας· ἵνα, κἂν ἁμαρτωλὸς ᾖς, μὴ ἀπογνῷς, κἂν δίκαιος ᾖς, μὴ ἐπαρθῇς. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ᾽ οἱ κακῶς ἔχοντες. κακῶς εἶχεν ὁ τελώνης· διὰ τοῦτο ταχέως αὐτῷ ὤρεξε χεῖρα· ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἰσχυρότερος ἦν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν εἴασεν, ἵνα αὐτοῦ τὴν ὑπομονὴν ἐπιτείνῃ. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ἐκ περιουσίας ἡμῖν ὁ λόγος εἰρήσθω. τίνος δὲ ἕνεκεν ἡ γυνὴ στεῖρα ἦν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἵν᾽, ὅταν ἴδῃς παρθένον μητέρα γινομένην, μὴ ἀπιστήσῃς· ἵν᾽, ὅταν εἴπῃ σοι ὁ Ἰουδαῖος, πῶς ἔτεκεν ἡ Μαρία, εἴπῃς αὐτῷ, πῶς ἔτεκεν ἡ Σάρρα, καὶ ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἡ Ῥαχήλ; ὅταν γὰρ μέλλῃ τι θαυμαστὸν καὶ μέγα γίνεσθαι θαῦμα, πολλοὶ προτρέχουσι τύποι. καὶ καθάπερ βασιλέως εἰσιόντος, προτρέχουσι στρατιῶται, ὥστε μὴ ἀθρόον ἀπαρασκευάστως δέξασθαι τὸν βασιλέα, οὕτω καὶ θαύματος μέλλοντος γίνεσθαι παραδόξου, προτρέχουσι τύποι, ὥστε ἡμᾶς προμελετήσαντας μὴ καταπλαγῆναι ἀθρόον, μηδὲ ἐκστῆναι τῷ παραδόξῳ τοῦ γινομένου. τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου. προέδραμεν Ἰωνᾶς, καὶ ἐγύμνασεν ἡμῶν τὴν διάνοιαν. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνον μετὰ τρεῖς ἡμέρας τὸ κῆτος ἤμεσεν, οὐχ εὑρὸν ἐν αὐτῷ τὴν οἰκείαν τροφὴν καὶ κατάλληλον. οἰκεία γὰρ τροφὴ καὶ κατάλληλος θανάτου, τῆς ἁμαρτίας ἡ φύσις· ἐντεῦθεν ἐτέχθη, ἐντεῦθεν ἐρριζώθη, ἐντεῦθεν καὶ τρέφεται. καθάπερ οὖν ἐφ᾽ ἡμῶν, ἐπειδὰν λίθον καταπίωμεν οὐκ εἰδότες, τότε μὲν πρότερον ἐπιχειρεῖ πέψαι τοῦτον ἡ τοῦ στομάχου δύναμις· ἐπειδὰν δὲ εὕρῃ ἀλλοτρίαν αὐτῷ οὖσαν τροφήν, ὁμιλήσασα ἐπὶ πλέον αὐτῷ τῇ πεπτικῇ δυνάμει, ἐκεῖνον μὲν οὐ διαφθείρει, τὴν δὲ ἑαυτῆς ἀπόλλυσιν ἰσχύν, ὅθεν οὐδὲ τὴν προτέραν δύναται κατέχειν τροφήν,

A ficeris,& rurſus: iniquitatum tuarum non recordabor, inquit: at tu recordare. Sed quam tandem ob cauſſam publicanum tam cito exaudiuit Deus, Iſaac autem viginti annos orare permiſit, eique pro vxore ſua ſupplicare, ac tum demum iuſti precibus annuit? ſunt enim vobis heſternæ doctrinæ reliquæ perſoluendæ. Quam igitur ob cauſſam id accidit? vt ex iis quę publicano euenerunt, Domini benignitatem cognoſcas: ex iis autem, quæ Iſaac euenerunt, patientiam ſerui cognoſcas: qui tardè accepit, & precari non deſtitit: vt B licet peccator ſis, non deſperes: licet iuſtus ſis, non efferaris. Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Malè habebat publicanus; propterea citò manum illi porrexit. Iſaac autem robuſtior erat; propterea reliquit ipſum, vt patientiam eius augeret. Sed hæc quidem ex abundanti à nobis ſint dicta. Cur autem vxor ſterilis eſſet, operæpretiũ fuerit enarrare. Vt cum virginem videris factam eſſe matrem, credere non recuſes: vt cum dixerit tibi Iudęus, quo pacto peC perit Maria? dicas illi, quo pacto peperit Sarra, & Rebecca, & Rachel? Cum enim mirabile quippiam magnumq; fuerit euenturum, multæ præcurrunt figuræ. Et quemadmodũ cum Imperator ingreditur præcurrũt milites, ne ſubito ab imparatis excipiatur: ita cum inſolitum futurũ eſſet miraculũ, præcedunt figuræ vt nos prius exercitati ac diſpoſiti non ſubito attoniti hæreamus, nec rei præter expectationẽ viſæ territi nouitate obſtupeſcamus. Præceſſit Ionas, & mentem noſtram exercuit. Vt enim illum poſt tres dies cetus D euomuit, cum in eo proprium conueniens non reperiſſet alimentum: proprium quippe conueniensque mortis alimentum eſt peccati natura: inde nata eſt, inde corroborata eſt, inde etiam alitur. Vt igitur in nobis, ſi quando lapidem deglutiuimus imprudentes, tum quidem primum illum vis ſtomachi concoquere aggreditur: cum vero cibum minimè ſibi proprium compererit, vbi diutius vim ſuam concoquendi illi applicuit, nequaquam illum corrumpit, ſed virtutem ſuam perdit. Vnde nec priorem cibum poteſt continere,

Matth. 9. 12.

Cur eſſet ſterilis vxor Iſaac.

A ſed defeſſa cum ipſo illam quoque nõ ſine graui dolore euomit: ita quoq; in morte accidit. Lapidem angularẽ deglutiuit, neque concoquere ipſum potuit, omnis eius virtus elãguit: propterea cum ipſo reliquum, quem habebat cibum eiecit, dum hominũ naturam ſimul euomuit. Neque enim deinceps illam in finem poterit continere. Propterea ſteriles quoque præceſſerunt, vt etiam partus fides fieret, vel potius non modo vt fides partus fieret, ſed ſi exacte examinare velimus, ipſius etiã mortis figurã ſterilitatem fuiſſe reperiemus. Sed attẽdite: ſubtile namque

Cur ſterilis partus præceſſerit.

B eſt, quod dicemus: quippe dicturi ſumus quo pacto ad fidẽ reſurrectionis nos vteri Sarræ ſterilitas quaſi manu ducat. Quonã igitur pacto manu ducit? Quemadmodũ illa cum eſſet mortua beneficio dei ſuſcitata eſt, & Iſaaci corpus viuũ germinauit; ſic cum eſſet mortuus Chriſtus propria virtute reſurrexit. Neque violentam eſſe noſtrã expoſitionem audi qua ratione Paulus teſtetur: Cum enim de Abrahamo dixiſſet: Non conſiderauit emortuam vuluam Sarrę, ſed confortatus eſt fide dans gloriã Deo, pleniſſimè ſciẽs, quia

Rom. 4. 19.

C quæcunq; promiſit, potens eſt & facere: hoc eſt, efficere vt ex corporibus mortuis filius viuus enaſcatur: deinde ab illa fide, vt ad hanc nos deduceret adiecit: Non eſt ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatum eſt illi: ſed & propter nos. Ad quid? Quibus reputabitur, inquit, credentibus in eũ, qui ſuſcitauit Ieſum dominũ noſtrũ à mortuis. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi. Iſaacum ex mortuis corporibus excitauit: ſic etiam filiũ ſuum qui mortuus erat ſuſcitauit. Viſne alterius etiã rei ſymbolum fuiſſe ſterilitatem co-

D gnoſcere? Multitudinem fideliũ paritura erat Eccleſia: vt igitur credere minimè recuſares quo pacto infœcunda, infrugifera, ſterilis peperiſſet, præceſſit ea, quæ natura ſterilis erat: quæ ſterili volũtati viã prę muniret, & Sarra facta eſt Eccleſię figura. Nã vt illa cũ ſterilis eſſet, peperit in ſenecta, ſic & iſta cum ſterilis eſſet, nouiſſimis tẽporibus peperit. Atque hoc verum eſſe, quo pacto Paulus teſtetur audi. Nos autem ſumus liberæ filij. Cum enim figura ſit Eccleſię Sarra, quę libera eſt, idcirco addidit, nos liberæ filios eſſe.

Gal. 4. 31.

A ἀλλὰ ἀτονήσασα κἀκεῖνον αὐτῷ συνεξεμεῖ μετὰ πολλῆς τῆς ὀδύνης· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου γέγονε. κατέπιε τὸν λίθον τὸν ἀκρογωνιαῖον, καὶ οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν πέψαι· ἠσθένησεν αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις. διὰ τοῦτο μετ' αὐτοῦ καὶ τὴν λοιπὴν, ἣν εἶχε, συνεξέβαλε τροφὴν, τὴν ἀνθρωπίνην συνεξεμέσας φύσιν. οὐδὲ γὰρ ταύτην κατασχεῖν δυνήσεται λοιπὸν εἰς τέλος. διὰ τοῦτο καὶ αἱ στεῖραι προέδραμον, ἵνα ὁ τόκος πιστωθῇ. μᾶλλον δὲ οὐχ ἵνα ὁ τόκος πιστωθῇ μόνον, ἀλλ' ἐὰν ἀκριβῶς ἐξετάσωμεν, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου τὴν στείρωσιν τύπον οὖσαν εὑρήσομεν. ἀλλὰ προσέ-

B χετε. λεπτὸν γὰρ τὸ ῥηθησόμενον. μέλλομεν γὰρ ἐρεῖν, πῶς πρὸς τὴν πίστιν τῆς ἀναστάσεως ἡμᾶς ἡ μήτρα τῆς Σάῤῥας στειρωθεῖσα χειραγωγεῖ. πῶς οὖν ἡμᾶς χειραγωγεῖ; καθάπερ αὕτη νεκρὰ οὖσα ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος ἀνέστη, καὶ σῶμα ἐβλάστησε ζῶν τὸ τοῦ Ισαάκ· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς νεκρωθεὶς ἠγέρθη τῇ οἰκείᾳ δυνάμει. καὶ ὅτι οὐ βεβίασται τὸ εἰρημένον, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ Παύλου λέγοντος. εἰπὼν γὰρ περὶ τοῦ Ἀβραάμ, Ὅτι οὐκ ἐνενόησε τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ,

C καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι, τουτέστιν, ἀπὸ τῶν νεκρῶν σωμάτων ζῶντα ποιῆσαι γεννηθῆναι υἱόν· εἶτα ἀπ' ἐκείνης εἰς ταύτην ἡμᾶς τὴν πίστιν χειραγωγῶν ἐπήγαγεν· Οὐκ ἐγράφη δι' ἐκεῖνον μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς. διὰ τί; Οἷς μέλλει, φησὶ, λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. τὸν Ισαάκ ἀπὸ νεκρῶν σωμάτων ἤγειρεν· οὕτω καὶ τὸν υἱὸν ἀνέστησε, νεκρὸν γενόμενον. βούλει καὶ ἑτέρου πράγματος μαθεῖν σύμβο-

D λον οὖσαν τὴν στείρωσιν; ἤμελλεν ἡ ἐκκλησία τὸ πλῆθος ἀποκυῆσαι τῶν πιστῶν. ἵν' οὖν μὴ ἀπιστῇς, πῶς ἡ ἄγονος, ἡ ἄκαρπος, ἡ στεῖρα ἔτεκε, προέλαβεν ἡ φύσει στεῖρα, προοδοποιοῦσα τῇ προαιρέσει στείρᾳ, καὶ ἡ Σάῤῥα τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο τύπος. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη στεῖρα οὖσα ἔτεκεν ἐν γήρᾳ, οὕτω καὶ αὕτη στεῖρα οὖσα ἔτεκεν ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν. καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· Ἡμεῖς δὲ τῆς ἐλευθέρας τέκνα ἐσμέν. ἐπεὶ γὰρ ἡ Σάῤῥα τύπος ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας, ἡ ἐλευθέρα, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ὅτι τῆς ἐλευθέρας τέκνα ἐσμέν.

[illegible] κτ̄ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας [illegible] ... [illegible] ἀλλ' ... [illegible] Ἱερουσαλὴμ [illegible] ... [illegible] Σάρρα [illegible] ... [illegible] ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα [illegible] ... [illegible] Σάῤῥα [illegible] ... [illegible] ἀλλ' [illegible] ... [illegible] ἀδελφοί [illegible] αἰτοῦντι, [illegible]

A Et rursus: Itaque fratres [illegible] Hæc promissionis filij sumus. Quo[illegible] est hoc, promissionis: quemadmodum illum natura non peperit, sic neque nos natura peperit, sed gratia Dei. Et rursus: Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, hæc est autem Ecclesia. Accessistis etiam ad Sion montem, inquit, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & ecclesiam primitiuorum. Si ergo superna Hierusalem est Ecclesia, porro Hierusalem supernæ figura est Sara, prout dixit, Duo sunt, vnum quidem in seruitutem generans, quæ est Agar: quæ B autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra: manifestum est Hierusalem quæ sursum est [illegible] esse Saram habita ratione partus ac sterilitatis. [illegible] quæ diximus: sed [illegible] attendamus, [illegible] eorum nos esse [illegible], quæ dicuntur. Hi ergo pleniores [illegible] sunt dogmatum [illegible] sermones [illegible] ad [illegible] cum illis [illegible]. Sterilis erat vxor, vt castitatem mariti cognosceres: quod nec illam expulerit, tametsi tum id lex nulla prohiberet, neque alteram duxerit præter liberam introduxit: C quod tamen faciunt multi quærendarum specie liberorum, vt luxuriam suam expleant, & has eiiciunt, illas introducunt: alij quoque pellices in eas armant, & infinitis pugnis ac rixis domum complent. At non ita iustus ille: sed [illegible] erat data sibi a Deo vxore contentus, ac naturæ dominum precabatur, vt naturæ vincula solueret, neque vxori exprobrauit: vnde vero constat eum non exprobrasse? ex ipsa Scriptura. Si exprobrasset, hoc quoque Scriptura dixisset, neque tacuisset: siquidem & præclara facinora, & vi- D tia iustorum commemorat, vt hæc fugiamus, illa æmulemur. Cum igitur apud filium eius nurus ipsius Rachel [illegible], & ille obiurgaret, expressit vtrumque nec celauit Scriptura. [illegible] dixisset: Da mihi liberos: [illegible] autem non, moriar: quid ille ait? Numquid Deus ego, qui priuauit te fructu ventris? Da mihi liberos. Mu[illegible] & a ratione aliena. Marito dicis, da mihi liberos, & naturæ dominum prætermittis? Idcirco & ille [illegible] respondens [illegible] cum petitione repressit.

& à quo petendum eſſet edocuit. At non ita iſte, neque tale quicquam ipſe dixit, neque apud iſtum illa conqueſta eſt aut lamentata. Hinc caſtitatem docemur ſimul & fidem. Nam cum Deum precetur, fidem eius hoc indicat: cum vero nequaquam vxorem eiiciat, id eius manifeſtam reddit caſtitatem: cum autem non exprobret, neque deſpiceret, id patientiam eius & animi moderationem, multamque modeſtiam & amorem erga vxorem oſtendit. Neque enim quemadmodum nunc multi factitant, qui in eiuſmodi ærumnis ad veneficia præſtigiaſque confugiunt, illa ſuperflua, inutilia, noxia, animæque lethifera ille fecit, ſed omiſſis omnibus his, cunctiſque contemptis rebus humanis, ad naturæ dominum qui poterat his ſolus mederi recurrit. Audite hæc mariti, diſcite vxores, imitemur iſtum omnes, nihil pluris faciat vxor, quam virum: nihil magis vir diligat, quam vxorem. Hoc omnium noſtrum vitam tuetur, hoc mundum continet vniuerſum. Nam quemadmodum concuſſo fundamento totum corruit ædificium: ſic etiam cum diſſidia inter coniuges oriuntur tota vita noſtra ſubuertitur. Vide namque: mundus ex vrbibus conſtat, vrbes ex domibus, ex viris ac vxoribus domus. Si igitur inter viros & vxores pugna conſurgat, dum iſta turbantur etiam vrbes euertuntur: quod ſi vrbes turbentur, vniuerſum etiam orbem omnino neceſſe eſt, tumultibus bellis pugniſque compleri. Propterea Deus iſtius rei maximè curam gerit: Propterea vxorem eiici non ſinit, præterquam ob ſolam fornicationem. Quid igitur ſi contumelioſa ſit? dicet aliquis, ſi profuſa ſit & ſumptuoſa, & innumeris aliis vitiis ſcateat? patienter fer omnia, neque propter vitia eiice, veruntamen vitia corrige. Propterea tu capitis locum tenes, vt corpori ſcias mederi. Nam neque ſi corpus noſtrum innumeris ſit confoſſum vulneribus, illud à capite ſeparamus. Ne igitur vxorem quoque ſepares à corpore. Nobis enim corporis loco eſt vxor.

A [illegible]

B [illegible]

C [illegible]

D [illegible]

[illegible]

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· Οἱ ἄνδρες οὕτως ὀφείλουσιν ἀγαπᾷν τὰς γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. καὶ πρὸς τὰς γυναῖκας δὲ ὁ αὐτὸς νόμος ἡμῖν. ὡς τὴν ἑαυτῆς φίλει κεφαλὴν, ὦ γύναι· καὶ εἰ τιμᾷς, οὕτω τίμα τὸν ἄνδρα. οὐ γὰρ εἰκῇ τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ πράγματος ποιούμεθα λόγον. εἶδα ὅσων ἀγαθῶν αἴτιόν ἐστι, τὸ γυναῖκα πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατεῖν· εἶδα καὶ πόσων ἐστὶν ὑπόθεσις, ὅταν πρὸς ἑαυτοὺς διαστασιάζωσι. τότε γὰρ οὐ πλοῦτος, οὐκ εὐπαιδία, οὐ πολυπαιδία, οὐκ ἀρχὴ καὶ δυναστεία, οὐ δόξα καὶ τιμὴ, οὐ τρυφὴ καὶ πολυτέλεια, οὐκ ἄλλη τις εὐπραγία δύναιτ' ἂν εὐφρᾶναί ποτε γυναῖκα ἢ ἄνδρα, ὅταν πρὸς ἀλλήλους ζυγομαχῶσι. τοῦτο δὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων σπουδάζωμεν. ἐλαττώματα ἔχει ἡ γυνὴ, ποίησον ὅπερ ἐποίησεν ὁ Ἰσαάκ· δεήθητι τοῦ θεοῦ. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος τῇ καρτερίᾳ τῆς εὐχῆς φύσεως ἔλυσε πήρωσιν, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς προαιρέσεως ἐλαττώματα διορθῶσαι δυνησόμεθα, τὸν θεὸν συνεχῶς παρακαλοῦντες. Καὶ ἴδῃ σε ὁ θεὸς διὰ τὸν αὐτοῦ νόμον καρτεροῦντα, καὶ φέροντα γενναίως τῆς γυναικὸς τὰ ἁμαρτήματα, συνεφάψεταί σοι τῆς διδασκαλίας, καὶ μισθόν σοι δώσει τῆς ὑπομονῆς. Τί γὰρ οἶδας, φησὶν, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις, ἢ τί οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; μὴ ἀπογνῷς μηδὲ, φησὶ, μηδὲ ἀπελπίσῃς. συμβαίνει γὰρ αὐτὴν καὶ σωθῆναι. ἂν δὲ ἀδιόρθωτος μείνῃ, σὺ τὸν μισθὸν οὐκ ἀπώλεσας τῆς ὑπομονῆς· ἐὰν δὲ ἐκβάλῃς, ἓν πρῶτον ἥμαρτες, τὸ παραβῆναι τὸν νόμον, καὶ μοιχὸς κρίνεσθαι παρὰ τῷ θεῷ. Ὃς γὰρ ἂν ἐκβάλῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, φησὶ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι. πολλάκις δὲ καὶ ἑτέραν χαλεπωτέραν ἐκείνης λαβὼν, τὴν μὲν ἁμαρτίαν εἰργάσω, ἀναπαύσεως δὲ οὐκ ἀπέλαυσας. ἂν δὲ καὶ κρείττω λάβῃς, οὐκ ἀφίησί σοι τὴν ἡδονὴν ἀκέραιον εἶναι τὴν ἐκ τῆς δευτέρας, ἡ τὴν ἄφεσιν τῆς προτέρας, λογιζομένης σοι μοιχείας. μοιχεία γάρ ἐστι, τὸ τὴν προτέραν ἀφεῖναι. ὅταν οὖν ἴδῃς δυσκολίαν τινὰ συμπεσοῦσαν, ἢ ἐν τῷ γάμῳ, ἢ ἐν ἑτέρᾳ πραγμάτων καταστάσει, παρακάλει τὸν θεόν. αὕτη γὰρ μόνη λύσις ἀρίστη τῶν συμβαινόντων ἡμῖν δεινῶν. καὶ γὰρ μέγα τῆς εὐχῆς τὸ ὅπλον ἐστί.

quam ob cauſſam beatus etiam Paulus aiebat. Viri diligere vxores ſic debent, vt corpora ſua. *Ephes. 5. 28.* Sicut tuum caput amas, & colis vxor, ita virum tuum cole: neque enim ſine cauſſa tantam iſtius rei rationem habemus. Scio quot bona conciliet iſtud, ſi nullum inter virum & vxorem diſſidium oriatur; ſcio quot malorum occaſionem pariat, ſi inter ſe contendant. Tunc enim non diuitiæ, non felicitas quam boni afferunt liberi, non multitudo liberorum, non magiſtratus ac principatus, non gloria, non honor; non deliciæ, non ſumptus, non alia quæuis felicitas vxorem exhilarare, vel virum poterit ſi inter ſe rixentur. Huic potiſſimum rei præ cæteris omnibus ſtudeamus. Vitioſa eſt vxor, fac quod Iſaac fecit, Deum precare. Si enim ille precum aſſiduitate debilitatem ſoluit naturæ, multo magis nos, ſi aſſidue Deum oremus, poterimus vitia voluntatis corrigere. Si te Deus viderit ſtudio ſuæ legis obſeruandæ tolerare patientérque ferre delicta vxoris, ad illam docendam te iuuabit, ac patientiæ tibi mercedem rependet. Vnde enim ſcis vir, inquit, ſi vxorem ſaluam facies? *1. Cor. 7. 16* aut vnde ſcis vxor, ſi virum ſaluum facies? Noli autem animum deſpondere, noli deſperare. Fieri enim poteſt vt ipſa quoque ſalua fiat: quod ſi ſe non corrigat, tu tamen patientiæ mercedem non amittes: ſin autem eieceris, illud vnum primum peccaſti, quod legem tranſgreſſus fueris, & adulter apud Deum iudiceris: Quicunque enim eiecerit vxorem ſuam, inquit, excepta fornicationis cauſſa, facit eam mœchari. *Matth. 5. 32.* Sæpenumero autem accepta difficiliori, peccatum admiſiſti, nec tamen vllam relaxationem aut quietem nactus es. Sin meliorem aſſumpſeris, non permittitur tibi, vt ſyncera voluptate perfruaris ex ſecunda, ob dimiſſionem prioris, cum inde tibi adulterium imputetur. Eſt enim adulterium priorem dimittere. Cum igitur aliquam videris oriri difficultatem vel in matrimonio, vel in aliquo alio rerum ſtatu, Deum precare: hic ſolus optimus è malis emergendi modus. Magna quippe eſt orationis armatura

Hoc & ſæpenumero dixi, & nunc dico, neque dicere ceſſabo: licet peccator ſis, continue orando [illegible] publicanum qui repulſam nō tulit, qui tam multis ſe peccatis expiauit. Viſne intelligere quanta res ſit oratio. Non tam valet amicitia apud Deum quam oratio. Neque meus eſt hic ſermo: neque enim auderem tanti momenti rem ex mea ſententia definire: audi ex Scriptura, quod amicitia non perficit, id [illegible] eſſe perfectum. Quis ex vobis eſt, qui habebit amicum, & veniens dicet ei, Amice, commoda mihi tres panes: & ille reſpondens dicet illi, Oſtium clauſum eſt, pueri iam in cubili: noli mihi moleſtus eſſe. Dico enim vobis, etſi quod amicus eius ſit, non dabit ei, propter importunitatem tamen eius dabit ei, quotquot habet neceſſarios. Vides quo pacto quod non potuit amicitia, hoc aſſiduitas potuerit? Nam quoniā fuit amicus, qui petebat, ne propterea rem illum perfeciſſe cenſeres, dicit, Etſi quod amicus eius ſit non dabit ei, propter importunitatem eius dabit ei. Licet id amicitia nō id præſtet, inquit, aſſiduitas tamen præſtabit id quod amicitia minimè potuit. Et vbi tandem id accidit? In publicano. Neque enim erat amicus Deo publicanus, ſed amicus eſt factus: itaque licet inimicus ſis, aſſiduitate fies amicus. Vide etiam Syrophœniſſam, & audi quid illi dicat. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus. Cur igitur id fecit, ſi bonum non eſt? aſſiduitate mulier id bonū effecit, vt diſcas nos quibus digni minimè ſumus, iis per aſſiduitatem dignos euadere. Hęc ego dixi, ne dicas peccator ſum: fiduciam non habeo, preces non habeo. Ille fiduciam habet, qui ſe nō habere illam putat: ſicut is qui ſe fiduciam habere putat, fiduciam amittit, quemadmodū Phariſæus: qui vero ſeipſum abiectum putat & fiducia deſtitutum, maximè exaudietur quēadmodum publicanus. Vide quā multa tibi exempla ſuppetant Syrophœniſſa, publicanus, latro in cruce, amicus in parabolis, qui tres panes petebat, non tā propter amicitiam quā propter aſſiduitatem obtinuit. [illegible] vnuſquiſque ſi dixiſſet, Peccator ſum, & pudore ſuffuſus, & idcirco

[illegible]

οὐδὲν ἂν πλέον ἐγένετο αὐτῶν ἑκάστῳ. ἐπειδὴ δὲ ἕκαστος τούτων οὐ πρὸς τὸ μέγεθος εἶδε τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἐθάῤῥει, καὶ κατετόλμησε, καὶ αὐτὸς ὁ ἁμαρτωλὸς ἀντεποιήσατο τῆς ἀξίας πλείονος, καὶ ἤνυσεν ἕκαστος ἅπερ ἠθέλησε. ταῦτ' οὖν μεμνημένοι πάντα καὶ φυλάττοντες, καὶ ἐκτενῶς δεώμεθα, μετ' ἐπιτάσεως, μετὰ τοῦ θαῤῥεῖν, μετὰ χρηστῶν ἐλπίδων, μετὰ σπουδῆς πολλῆς. ὅσης γὰρ σπουδῆς κατεύχονται τῶν ἐχθρῶν, μετὰ τοσαύτης ἡμεῖς σπουδῆς καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν εὐξώμεθα, καὶ πάντως ἐπιτευξόμεθα τῶν συμφερόντων ἁπάντων. φιλάνθρωπος γὰρ ὁ διδοὺς, καὶ οὐχ οὕτως ἡμεῖς ἐπιποθοῦμεν λαβεῖν, ὡς ἐκεῖνος ἐπιποθεῖ δοῦναι. ταῦτ' οὖν ἅπαντα εἰδότες, κἂν εἰς ἐσχάτην κακίας πυθμένα καταπέσωμεν, μηδ' οὕτως ἀπογινώσκωμεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, ἀλλὰ μετ' ἀγαθῆς ἐλπίδος προσίωμεν, πείθοντες ἑαυτοὺς ὅτι πάντως ληψόμεθα ἃ αἰτοῦμεν, ἂν κατὰ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κειμένους νόμους αἰτῶμεν. τῷ δὲ δυναμένῳ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, Χριστῷ τῷ παμβασιλεῖ θεῷ ἡμῶν, πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A accedere nõ debeo nihil promouiſſet: at quoniam illorum quiſque non ad peccatorum ſuorum reſpexit magnitudinem, ſed ad diuitias benignitatis Dei confidens & audax fuit, & quamuis peccator præter dignitatem ſuam poſtulauit, & quæ voluit quiſque perfecit. Hæc igitur omnia mente verſemus, & aſſidue preces fundamus, vigiles, cõfidentes bonæ ſpei pleni, multo cum ſtudio. Quanto cum ſtudio exteri aduerſus inimicos preces fundũt: tanto cum ſtudio nos pro inimicis & pro fratribus preces fundamus & omnino cuncta quę in rem noſtrã fuerint B obtinebimus. Benignus enim eſt, qui largitur, nec adeo nos deſideramus accipere, ac deſyderat ille largiri. Hæc igitur omnia cũ ſciamus, licet in infinitum nequitiæ profundũ ſimus deuoluti ne ſic quidem de ſalute noſtra deſperemus, ſed bona etiam cum ſpe accedamus, nobiſque perſuadeamus omnino fore, vt quod petimus aſſequamur: ſi ex præſcripto latarum ab ipſo legum petamus. Eum qui poteſt omnia facere ſuperabũdanter, quam petimus, aut intelligimus Chriſtum Epheſ.3.20.
C omnium Regem Deum noſtrum decet omnis gloria, honor, & adoratio, vna cum Patre initij experte ac ſanctiſſimo viuificoque Spiritu nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

Περὶ τοῦ μὴ δημοσιεύειν τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀδελφῶν, μηδὲ κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν.

Μακαρίζω τῆς σπουδῆς ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, μεθ' ἧς εἰς τὸν πατρῷον οἶκον συντρέχετε. ἀπὸ γὰρ τῆς σπουδῆς ταύτης καὶ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν τῆς κατὰ ψυχὴν ἔχω θαῤῥεῖν, καὶ γὰρ ἰατρεῖον θαυμαστὸν τῆς ἐκκλησίας τὸ διδασκαλεῖόν ἐστιν ἰατρεῖον, οὐ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν. πνευματικὸν γάρ ἐστι, καὶ οὐχὶ τραύματα σαρκὸς, ἀλλ' ἁμαρτήματα διανοίας διορθοῦται. τῶν δὲ ἁμαρτημάτων τούτων καὶ τῶν τραυμάτων τὸ φάρμακον, ὁ λόγος ἐστί. τοῦτο τὸ φάρμακον οὐκ ἐκ βοτανῶν τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ῥημάτων τῶν ἐξ οὐρανοῦ σύγκειται

Quod non oporteat peccata fratrum diuulgare, neque inimicis imprecari.

Eodem interprete.

D Laudo vos, dilectiſſimi, quod tanto ſtudio ad paternam domum concurratis. Nã ex hoc ſtudio de veſtra ſecundum animam ſanitate confidendi mihi præbetur occaſio: ſiquidem mirabilis quædam eſt officina medica Eccleſię ſchola: medica non corporum, ſed animorum. Spirituale namque eſt, neque vulnera carnis, ſed peccata mentis ſanat: porro peccatorum iſtorũ ac vulnerum medicamentũ eſt oratio. Hoc medicamentũ non ex herbis terreſtribus, ſed ex verbis conſtat cœleſtibus:

hoc non manibus medicorum, ſed linguis prophetarum eſt compoſitum. Quam ob cauſſam perpetuum eſt, & neque temporũ longinquitate debilitatur, neque morborum virtute ſuperatur. Nam medicorum quidem medicaméta vtroque defectu ac vitio laborant: dum recentia ſunt vim ſuam produnt: cum vero multum temporis eſt elapſum, in modum corporum ſenectute confectorũ imbecilliora redduntur: quin etiam perſæpe morborũ difficultate vincũtur: quippe quæ humana ſint: at diuinum medicamentũ tale non eſt: ſed multo tempore interiecto ſuam omnem vim retinet. Sane ex eo tempore, quo vixit Moyſes (ab illo enim initium eſt Scripturarum) tam multos homines ſanauit, & ſuam virtutem nõ amiſit: ſed neque ab vlla vnquam ægritudine ſuperatũ eſt. Hoc medicamentum non numerata pecunia licet accipere, ſed qui ſyncerã voluntatem & affectum exhibet totum illud ſecum reportat. Idcirco diuites ſimul & pauperes pariter hac medicina fruuntur. Nam vbi quidẽ pecunias impendi neceſſe eſt, qui locuples eſt vtilitatis ſit particeps: pauper autem ſæpe lucri expers diſcedit: cum tanti reditus illi non ſuppetant, vt ad medicamentum conficiendum ſufficiant. Hic vero quoniã pecuniam numerare non permittitur, ſed fides & voluntas eſt exhibenda, qui numerare poteſt iſta & cum alacritate perſoluere, hic potiſſimum percipit vtilitatem: quandoquidem hæc ſunt quæ pro mercede medicinæ iſtius exiguntur. Et diues, & pauper pariter hanc vtilitatem participant: immo vero non pariter vtilitatem participant: ſed maiori percepta pauper abſcedit. quid ita? quod nimirum pauper varijs præoccupatus ſollicitudinibus, ſuperbia tumens, & opibus inflatus ac faſtu deſidiæ deditus ac negligentiæ non admodum attẽte, neque magno cum ſtudio medicinam auditionis ſcripturæ recipiat: pauper autẽ, a delicijs & ingluuie, ac negligentia immunis, multamque inde animæ ſuæ conciliãs philoſophiã dum totum tempus in opere manuũ, ac legitimis laboribus ſuis conſumit, attẽtior ac robuſtior euadat, ac maiori cum diligentia quæ dicuntur percipiat: quo fit, vt maiori precio per ſo-

A τοῦτο οὐκ ἰατρῶν χερσίν, ἀλλὰ [illegible] ποικίλαι [illegible] γλώσσαις. διὰ τοῦτο [illegible] οὔτε πλήθει χρόνων ἀναλίσκεται, οὔτε νοσημάτων [illegible] ἐλέγχεται. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἰατρῶν φάρμακα ἀμφότερα ταῦτα ἔχει τὰ ἐλαττώματα. νέα μὲν γὰρ ὄντα τὴν [illegible] τὴν ἑαυτῶν. χρόνου δὲ [illegible] παρελθόντος πολλοῦ, καθάπερ τὰ γεγηρακότα τῶν σωμάτων, ἀσθενέστερα γίνεται. πολλάκις δὲ αὐτὰ [illegible] νοσημάτων διήλεγξεν. ἀνθρώπινα γάρ ἐστι. τὸ δὲ θεῖον φάρμακον οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ χρόνου διαγενομένου πολλοῦ, τὴν οἰκείαν [illegible]

B πᾶσαν. ἐξ ὅτου γοῦν ἐγένετο Μωϋσῆς (ἐξ ἐκείνου γὰρ ἡ ἀρχὴ τῶν γραφῶν) [illegible] τοσούτους ἀνθρώπους, καὶ τὴν οἰκείαν [illegible] οὐκ ἀπέβαλεν· ἀλλ' οὐδὲ [illegible] ἐγένετο πώποτε. τοῦτο τὸ φάρμακον [illegible] καταβαλόντα λαβεῖν, ἀλλ' ὁ [illegible] καὶ διάθεσιν γνησίαν [illegible], ὅλον [illegible] ἀπῆλθε. διὰ τοῦτο καὶ πλούσιοι καὶ πένητες [illegible] τῆς ἰατρείας ἀπολαύουσι ταύτης. [illegible] ἀνάγκη καταθεῖναι χρήματα, [illegible] μετέχει τῆς ὠφελείας· ὁ δὲ πένης [illegible]

C πεστερημένος τοῦ κέρδους ἀπέρχεται, [illegible] σης αὐτῷ τῆς προσόδου πρὸς τὴν τοῦ φαρμάκου κατασκευήν. ἐνταῦθα δέ, [illegible] οὐκ ἔστι καταβαλεῖν, ἀλλὰ [illegible] δεῖ καὶ προαίρεσιν, ὁ [illegible] ταῦτα [illegible] προθυμίας [illegible] λαβών [illegible] καὶ ταῦτα τῆς ἰατρείας [illegible]. καὶ ὁ πλούσιος καὶ ὁ πένης τῆς ὠφελείας κοινωνοῦσιν ὁμοίως· μᾶλλον δὲ οὐχ ὁμοίως κοινωνοῦσι τῆς ὠφελείας, ἀλλὰ [illegible] ἀπολαύσας ὁ πένης ἀπέρχεται. [illegible] ὁ πλούσιος πολλαῖς προκατειλημμένος φροντίσιν, ἔχων τὴν ἀπόνοιαν καὶ τὸν φύσημα τῆς

D εὐπορίας, ῥᾳθυμία συζῶν καὶ ῥᾳθυμία, οὐ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, οὐδὲ μετὰ πολλῆς [illegible] τὸ φάρμακον τῆς ἀκροάσεως [illegible] δὲ πένης, τρυφῆς καὶ [illegible] ἀπηλλαγμένος, [illegible] ρων ἔργα [illegible] πολλὴν ἑαυτῷ [illegible] προσεκτικώτερος [illegible] μετὰ πλείονος [illegible] ἀκριβείας [illegible] [illegible] καταβαλὼν [illegible]

[illegible]

luta maiori decerpta vtilitate diſcedat. Hoc a me non eo dicuntur conſilio, vt diuites quoſcumque vituperem, nec vt pauperes quoſcunque laudem: [illegible] neque diuitiæ malum ſunt, ſed diuitiis male vti: neque paupertas bonum, ſed paupertate male vti. Vituperabatur diues ille qui ætate Lazari vixerat, non quia diues fuerat, ſed quia crudelis fuerat & inhumanus. Laudabatur pauper ille in ſinu Abrahæ, non quia pauper fuerat, ſed quia paupertatem cum gratiarum actione tolerauerat. Res enim aliæ, attendite diligenter ad ea quæ dicimus: poterunt enim ſufficientem philoſophiam modeſtiamque vobis inſerere, ac vitioſam omnem cogitationē expellere, atque efficere, vt rectum de rebus iudicium feratis: res igitur aliæ ſunt naturæ bonæ, aliæ planè contrariæ: aliæ quæ nec bonæ ſunt nec malæ, ſed medium quendam locum tenent. Bonum eſt quiddam natura ſua pietas, malū impietas: bonum virtus, malum improbitas: porro diuitiæ ac paupertas per ſe neque hoc ſunt, neque illud, ſed pro ratione propoſiti ac voluntatis eorum qui vtuntur illis aut hoc aut illud fiunt. Nam ſi ad humanitatem quidē diuitiis vtare tibi res ad occaſionem boni traducetur: ſin autem ad rapinas auaritiam & iniuriam, in contrariū ipſum vſum conuertes: veruntamen non ſūt in cauſſa diuitiæ, ſed is qui ad iniuriā diuitiis eſt vſus. Ita quoque de paupertate dici poteſt: ſi quidem illam patienter tuleris dominum gratias agens, res tibi occaſio fiet ac materia coronarum: ſin autem idcirco blaſphemus fueris in creatorem, eiuſque prouidentiam accuſaueris, eam ad malum vſum rurſus traduxiſti. Sed quemadmodum illic auaritiæ fraudiſque diuitiæ cauſſa non ſunt, ſed is qui male diuitiis vtitur: ſic etiam blaſphemiæ culpā non reiiciemus in paupertatem, ſed in eum qui rem moderatè ferre noluit, vbique namque cum laus, tum vituperium ex ſententia & voluntate noſtra pendet. Bonæ ſunt diuitiæ, ſed nō ſimpliciter, verum illi, cui peccatum nō eſt: & rurſus mala eſt paupertas ſed non ſimpliciter, verū in ore impii quoniam ægrè fert quoniam blaſphemat, quoniam indignatur, quoniā creatorē accuſat. Ne igitur diuitias accuſemus,

neque pauper [illegible] repe-
remus, [illegible]
nullum [illegible] in medio po-
ſite. Sed quod [illegible]
eſt, vt ad prius illud argumentum reuer-
tamur, & diues & pauper eadem cum
[illegible] medica-
mentis [illegible]
[illegible] pauper. Non hæc
medicamentorum iſtorum præcipua laus
eſt, quæ [illegible], quod tempo-
ris longinquitate non corrumpuntur,
quod à morbo non vincuntur, quod
[illegible] gratis [illegible], quod
ex æquo diuitibus & pauperibus pateat
medicina: ſed & aliud quippiam nihilo B
minus laudem habent. Quidnam il-
lud tandem eſt? quod nos ad hanc me-
dicinæ officinam venientes non diuulga-
mus. Nam illi quidem qui ad profanas
medicorum officinas abeunt, multos
habent vulnerum ſpectatores, ac niſi
prius medicus vlcus detegat, medica-
mentum non adhibebit: hic vero non ita
fit, ſed cum [illegible] videamus ægro-
tos occulte illos curamus. Neque enim
in medium adductis peccatoribus eo-
rum deinde peccata diuulgamus, ſed
communi omnibus doctrina propoſita, C
conſcientiæ relinquimus auditorum,
vt vnuſquiſque ſuo vulneri ex iis quæ
dicta ſunt eliciat medicinam. Prodit
[illegible] doctrinæ ſer-
mo, qui vitij [illegible],
laudat virtutem, reprehendit [illegible]
tiam, [illegible] caſtitatem, accu-
ſat [illegible] præconium mode-
ſtiæ, tanquam varium multiplexque
pharmacum ex omnibus ſpeciebus
compoſitum: porro conuenientia ſibi &
vtilia vt [illegible] audi-
torum. Procedit igitur [illegible] ſermo,
& vnuſquiſque conſcientiæ [illegible], la-
tenter ſibi adhibet medicinam & priuſ- D
quam ægritudo publicetur, ſæpe reſti-
tuit ſanitatem. Heri quidem certe au-
diſtis, quo pacto virtutem orationis lau-
darim, quo pacto eos qui negligenter
orabant, [illegible]
conſpicim [illegible]. Quotquot igitur
conſcij fuerint ſuæ diligentiæ, laudem
orationis exceperunt, & [illegible] dili-
gentiores ſunt facti: qui vero ſibi
conſcij negligentiæ [illegible]
[illegible], & ſe-
dulitatem excitauerunt. Veruntamen ne-
que illi [illegible], neque illi [illegible]

[illegible]

A ἡ δὲ ἄγνοια ἀμφοτέροις χρήσιμος αὕτη. πῶς, ἐγὼ λέγω. ὁ τῶν ἐγκωμίων ἀκούσας τῆς εὐχῆς, καὶ συνειδὼς ἑαυτῷ σπουδὴν, εἰ πολλοὺς εἶχε μάρτυρας τῶν ἐγκωμίων, πρὸς ἀπόνοιαν ἂν ἐξωλίσθησε· νυνὶ δὲ λανθανόντως δεξάμενος τὸν ἔπαινον, πάσης ἀλαζονείας ἀπήλλακται. πάλιν ὁ συνειδὼς ἑαυτῷ ῥαθυμίαν, τῆς κατηγορίας ἀκούσας, ἐγένετο βελτίων ἀπὸ τῆς κατηγορίας, οὐδένα ἔχων τῆς ἐπιτιμήσεως γνωστὴν ἀνθρώπων. τοῦτο δὲ αὐτὸν οὐχ ὡς ἔτυχεν ὤνησε. δεῖ γὰρ τὸ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἐπτοῆσθαι δόξαν, ἕως μὲν ἂν λανθάνειν νομίζωμεν ὄντες κακοὶ, σπουδάζομεν γίνεσθαι βελτίους· ἐπειδὰν δὲ πᾶσι γενώμεθα κατάδηλοι, καὶ τὴν ἐκ τοῦ λανθάνειν ἀπολέσωμεν παραμυθίαν, ἀναισχυντότεροι καὶ ῥαθυμότεροι μᾶλλον γινόμεθα. καὶ καθάπερ τὰ ἕλκη γυμνούμενα, καὶ ἀέρι ψυχρῷ συνεχῶς ὁμιλοῦντα, χαλεπώτερα γίνονται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἡμαρτηκυῖα, ἂν μεταξὺ πολλῶν ἐλέγχηται ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησεν, ἀναισχυντοτέρα γίνεται. ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, λανθανόντως ὁ λόγος ὑμᾶς ἐθεράπευσε. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι ἡ λανθάνουσα αὕτη ἰατρεία πολὺ τὸ κέρδος ἔχει, ἀκούσατε τί φησιν ὁ Χριστός. Ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἔλεγξον αὐτόν. καὶ οὐκ εἶπε, μεταξὺ σοῦ καὶ τῆς πόλεως, οὐδὲ μεταξὺ σοῦ καὶ τοῦ δήμου, ἀλλὰ, μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. ἀμάρτυρος ἔστω, φησὶν, ἡ κατηγορία, ἵνα εὔκολος γένηται ἡ πρὸς διόρθωσιν μεταβολή. μέγα ἄρα ἀγαθὸν, τὸ ποιεῖσθαι τὴν παραίνεσιν μὴ δημοσιευομένην. ἀρκεῖ τὸ συνειδὸς, ἀρκεῖ ὁ κριτὴς ἐκεῖνος ὁ ἀδέκαστος. οὐχ οὕτω σὺ ἐπιτιμᾷς τῷ ἡμαρτηκότι, ὡς τὸ συνειδὸς ἑαυτοῦ (πικρότερος ἐστὶν ὁ κατήγορος ἐκεῖνος) οὔτε ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ πεπλημμελημένα. μὴ τοίνυν προστίθει τραύματα τραύμασι, δημοσιεύων τὸν ἡμαρτηκότα, ἀλλ' ἀμάρτυρον ποιοῦ τὴν παραίνεσιν. τοῦτο τοίνυν καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν νῦν, ὅπερ καὶ Παῦλος ἐποίησεν, ἀμάρτυρον κατασκευάζων τοῦ παρὰ Κορινθίοις ἡμαρτηκότος τὴν κατηγορίαν. καὶ ἄκουε πῶς. Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα ταῦτα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλώ. καὶ μὴν οὐχὶ αὐτὸς, οὐδὲ Ἀπολλὼ ἦσαν οἱ σχίσαντες τὸν δῆμον καὶ τὴν ἐκκλησίαν διατεμόντες· ἀλλ' ὅμως συνεσκίασε τὴν κατηγορίαν, καὶ καθάπερ προσωπείοις τισὶ, τοῖς αὐτοῦ καὶ Ἀπολλὼ ὀνόμασι,

atque hæc ignorantia prodeſt vtriſque. Quo pacto id fiat, exponam. Qui laudes orationis audiuit, & ſuæ diligentiæ conſcius eſt, ſi multos haberet laudum teſtes, in ſuperbiam laberetur: iam vero laudem clam excipiens ob omni oſtentatione eſt immunis. Rurſus is qui ſibi conſcius eſt negligentiæ, dum vituperationem audit, hac vituperatione fit melior, cum neminem ſuæ reprehenſionis habeat ſpectatorem. Hoc vero non mediocriter illi prodeſt: nam cum vulgi exiſtimationi ſimus addicti, quãdiu quidem latere nos putamus, qui mali ſumus,
B fieri meliores ſtudemus: poſtquam autem omnibus innotuimus, & ſolatium illud ex occultatione perdidimus, eo magis impudentes ac negligentes euadimus. Et quemadmodum quæ deteguntur vlcera, ſemperque frigido aëri exponuntur, acerbiora fiunt: ita quoque anima peccati rea, ſi coram multis, ob ea quæ deliquit, reprehendatur, impudentior euadit. Ne igitur hoc accideret, clam vos ſermo curauit. Atque vt intelligatis admodum vtilem
C hanc occultam eſſe medendi rationem audite, quid Chriſtus dicat? Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum: & non dixit, inter te & ciuitatem, neque inter te & populum, ſed inter te & ipſum ſolum. Sit ſine teſtibus accuſatio, inquit, vt facilior fiat mutatio in melius. Magnum ergo bonum eſt, ſi non publicè fiat cohortatio: ſufficit conſcientia: ſufficit incorruptus ille iudex. Non ita tu peccatorem reprehendis, vt ipſius conſcientia (quippe quod aſperior ille ſit accuſator) ne-
D que delicta eius accuratius noſti. Noli ergo vulnus vulneribus addere, dum auctorem peccati diuulgas, ſed ſemotis arbitris admonitionem adhibeto. Hoc igitur nunc quoque nos agimus, quod Paulus egit, dum ſine teſtibus apud Corinthios eius, qui peccarat inſtituit accuſationem. Audi vero quo pacto. Propterea fratres transfiguraui hæc in meipſum & Apollo. Atqui non ipſe, neque Apollo erant, qui populum ſciderant, & eccleſiam diuiſerant: accuſationem tamen occultauit, & tanquam laruis quibuſdam ſuo & Apollo nominibus

Matth. 18. 15.

1. Cor. 4. 6.

reorum vultus obtegens facultatem A illis tribuit ex illa nequitia emergendi. Et rurſus: Ne forte cũ venero, humiliet me deus & lugeã multos ex iis, qui ante peccarunt, & non egerunt pœnitentiã ſuper immunditia & impudicitia, quam geſſerunt. Vide, quo pacto indefinitè dicat eos, qui peccarunt, ne ſi manifeſtam accuſationem inſtitueret, impudentiam augeret eorum animæ qui peccarant. Ita nos ergo tanta cautione reprehẽſiones ſuſcipimus, ſic admoneo, & vos omni cũ ſtudio emendationẽ admittitis, ac diligenter iis quę dicuntur attenditis.

1.Cor. 12.

B Diſſeruimus apud vos heſterno die de orationis virtute: oſtendi quo pacto tum temporis Diabolus, vt maleficus eſt, inſidias ſtruat. Cum enim maximum nobis lucrum ex oratione cernat obuenire, tunc maximè impetum facit: vt excuſatione nos priuet, vt vacuis manibus nos domum remittat. Et quemadmodum apud magiſtratus, ſi forte ſatellites, & qui magiſtratus latus ſtipant, eos qui ipſum conueniunt, odio proſequantur, virgis procul arcent illos, atque accedere vetant, & conqueri, eiuſque clementiam experiri: ſic nimirũ & Diabolus cum accedentes ad iudicẽ homines viderit procul arcet non virga, ſed negligentia. Nouit quippe, probe nouit, ſi prouidi vigileſque acceſſerint, & peccata ſua confeſſi fuerint, animaque feruenti defleuerint multam illos veniam impetraturos. Benignus enim eſt Deus, atque idcirco præoccupat illos & ab alloquio repellit, vt nihil eorum quæ poſtulant, conſequantur. Sed milites quidem magiſtratuum violenter illos ſummouẽt, qui eos conueniunt: hic vero non vim afferens, ſed nos decipiens, & ad negligentiã impellens. Quapropter nec venia digni ſumus, cum nos ipſos bonis ſponte priuemus. Lux eſt mentis & animæ cum ſtudio fuſa oratio, lux inextincta & perennis, propterea innumeras noſtris mentibus cogitationum ſordes inicit, & quæ nunquam cogitauimus, hæc collecta tempore orationis in animam noſtram infundit. Et quemadmodum venti ſæpenumero exaduerſo ingruentes accenſum ignem lucernæ flatu diuentilatum extinguunt: ſic & Diabolus cum

Tum præcipue nos vexat Dæmon, cum oramus.

A ὡς ἐλέγχοντες ἑτέρους ὑπὲρ ἁμαρτημάτων, ὧν ἐσμεν ὑπεύθυνοι. ἐπιλαμβάνεται γὰρ εὐθέως τὸ συνειδὸς τοῦ λέγοντος, καὶ τὸ διδασκαλίας περικείμενον ἀξίωμα, εἰς τὰ αὐτὰ τοῖς μαθηταῖς καταπίπτειν ἁμαρτήματα, καὶ τῶν αὐτῶν δεῖσθαι ἐλέγχων, πικροτέραν τῷ λέγοντι ποιεῖ τὴν ὀδύνην. καὶ ταῦτα οὐχ ἁπλῶς ἀποδύρομαι νῦν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ βάρος τῶν εἰρημένων οὐκ ἐνεγκόντες, μετὰ τὴν ἀναχώρησιν προσελθόντες ἐδυσχέραινον, ἠγανάκτουν, ἀπάγεις ἡμᾶς, λέγοντες, τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποσοβεῖς. διὰ τοῦτο ταῦτα ἠναγκάσθην εἰπεῖν, ἵνα μάθητε ὅτι B οὐκ ἀπάγω, ἀλλὰ συνάγω μᾶλλον· οὐκ ἀποσοβῶ, οὐδὲ ἀπείργω, ἀλλ' ἐπισπῶμαι διὰ τῶν ἐλέγχων πλέον. ὁ γὰρ φόβος τῆς εἰρημένης τιμωρίας, καθάπερ πῦρ εἰς κηρὸν, οὕτως εἰς τὸ συνειδὸς τῶν ἁμαρτανόντων ἐμπίπτων, λύει μὲν ἠρέμα καὶ τήκει τὰ πλημμελήματα διηνεκῶς ἐγκαθήμενος, καθαρὰν δὲ καὶ ἀποστίλβουσαν ἐργαζόμενος τὴν διάνοιαν, πλείονα τὴν παρρησίαν ἡμῖν ἐντίθησιν. ἀπὸ δὲ τῆς παρρησίας καὶ προθυμία πλείων φύοιτ' ἂν πρὸς τὸ συνεχῶς τῶν ἀπορρήτων καὶ φρικτῶν κοινωνεῖν μυστηρίων. καὶ καθά- C περ ὁ πικρὰ φάρμακα τοῖς κακοσίτοις διδοὺς, καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκκαθαίρων χυμοὺς, διεγείρει τὴν καταβεβλημένην ὄρεξιν, καὶ μετὰ πλείονος παρασκευάζει τῆς προθυμίας τῆς συνήθους ἅπτεσθαι τροφῆς· οὕτω δὴ καὶ ὁ πικρὰ λέγων ῥήματα, καὶ καθαίρων τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς τῆς διανοίας, καὶ τὸ βαρὺ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποσκευαζόμενος φορτίον, δίδωσιν ἀναπνεῦσαι τῷ συνειδότι, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς ἀπογεύσασθαι τοῦ σώματος παρασκευάζει τοῦ δεσποτικοῦ. οὐ τοίνυν δυσχεραίνειν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων χρὴ, ἀλλ' ἀποδέχεσθαι καὶ D ἐπαινεῖν. εἰ δέ τινες ἀσθενέστερον διάκεινται, καὶ οὐκ ἀνέχονται ταύτης ἡμῶν τῆς ἀπολογίας, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι οὐκ ἐμαυτοῦ νόμους ὑμῖν ἐξηγοῦμαι, ἀλλ' ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβάντα ἀναγινώσκω γράμματα· καὶ ἀνάγκη τὸν ταύτην ἐμπιστευθέντα τὴν διακονίαν, ἢ πάντα μετὰ παρρησίας εἰπεῖν τὰ ἐγκείμενα, τὸ συμφέρον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἡδὺ τοῖς ἀκροαταῖς πανταχοῦ ζητοῦντα· ἢ τὴν τῶν ἀκουόντων ὑποφοβούμενον ἀπέχθειαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἐκείνων προέσθαι σωτηρίαν, διὰ τῆς ἀκαίρου ταύτης χάριτος. ὅτι γὰρ καὶ τῷ λέγοντι καὶ τοῖς ἀκούουσι

σφόδρα

σφόδρα ἐπικίνδυνον τὸ τῶν θείων ἀποκρύπτεσθαί τι νόμων· καὶ ὅτι φόνων ὑπεύθυνοι οἱ διδάσκαλοι κρίνονται, ὅταν μὴ πάντα χωρὶς ὑποστολῆς ἐξηγῶνται τοῦ θεοῦ τὰ δικαιώματα, Παῦλον ὑμῖν τούτων πάλιν παρέξομαι μάρτυρα. διὰ γὰρ τοῦτο συνεχῶς ὑπὲρ ἁπάντων ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐκείνην καταφεύγω ψυχήν, ὅτι χρήσιμοί τινές εἰσι καὶ θεῖοι νόμοι τὰ Παύλου ῥήματα. οὐ γὰρ Παῦλός ἐστιν ὁ λαλῶν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ τὴν ἐκείνου ψυχὴν κινῶν, δι' ἐκείνου γὰρ φθέγγεται πάντα, ἅπερ ἐκεῖνος εἶπε. τί τοίνυν φησὶν ὁ Παῦλος; καλέσας τοὺς τὴν Ἔφεσον οἰκοῦντας, καὶ ἐσχάτην πρὸς αὐτοὺς δημηγορίαν εἰπών, ἐπειδὴ λοιπὸν αὐτῶν ἀφίστασθαι ἤμελλε, διδάσκων τοὺς ἐφεστηκότας αὐτοῖς, ὅτι καθάπερ οἱ τὸ αἷμα ἐκχέοντες τῶν μαθητῶν, οὕτως οἱ τὰ συμφέροντα μὴ λέγοντες αὐτοῖς, εἰσὶν ὑπεύθυνοι κολάσεως καὶ τιμωρίας, οὕτω πως φησί· Καθαρός εἰμι ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων. διὰ τί; Οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ· ὡς εἰ ὑπεστείλατο τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι, οὐκ ἦν καθαρὸς ἐκ τοῦ αἵματος, ἀλλ' ὡς ἀνδροφόνος ἐκρίνετο. καὶ μάλα εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ ἀνδροφόνος τὸ σῶμα ἀναιρεῖ μόνον, ὁ δὲ πρὸς χάριν δημηγορῶν, καὶ ῥαθυμοτέρους ποιῶν τοὺς ἀκροατάς, τὴν ψυχὴν ἀπόλλυσι· κἀκεῖνος μὲν τῷ παρόντι παραδίδωσι θανάτῳ, οὗτος δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόλλυσι καὶ πρὸς τὰς ἀθανάτους παραπέμπει κολάσεις καὶ τιμωρίας. ἆρα οὖν Παῦλος μόνος τοῦτό φησιν; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ πρὸ Παύλου πάλιν ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου τὸ αὐτὸ τοῦτο αἰνίττεται οὕτω λέγων· Σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. τί ἐστι, σκοπόν; σκοπὸς λέγεται, ὁ, τῶν στρατοπέδων κάτω καθημένων ὑψηλὸν καὶ γεώλοφον χωρίον καταλαβών, κἀκεῖθεν ἐπιόντας τοὺς πολεμίους σκοπεύων, καὶ τοῖς κάτω καθημένοις μηνύων τὴν ἔφοδον, καὶ διεγείρων πρὸς τὴν τοῦ πολέμου παράταξιν, ὥστε μὴ ἀφυλάκτοις ἐπιπεσόντας, μετὰ πολλῆς διαχειρίσασθαι τῆς εὐκολίας. ἐπεὶ οὖν πολλὰ τῶν ἐπιόντων δεινῶν οὐχ ὁρῶμεν ἡμεῖς οἱ χαμαὶ βαδίζοντες, ᾠκονόμησεν ἡ τοῦ θεοῦ χάρις, ὥσπερ ἐφ' ὑψηλοῦ χωρίου τῆς προφητείας, τοὺς ἁγίους προφήτας ἑστῶτας, μέλλουσαν τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν ἡμῖν ἐπιέναι πόρρωθεν προμηνύειν·

A admodum periculoſum eſſe quippiam ex legibus diuinis celare, ac tanquam cædis patratæ reos iudicari doctores, niſi abſque metu cuncta Dei iura, ac decreta promulgent, Pauli vobis teſtimonio comprobabo. Propterea namque in omnibus rebus ad beatam illam animam ſæpe confugio, quod fructuoſæ quædam ſacræque leges Pauli ſint verba. Non enim Paulus eſt, qui loquitur, ſed qui eius animam mouet Chriſtus, ſiquidem per illum cuncta loquitur, quæ ille pronuntiat. Quid igitur ait Paulus? Cum eos qui Epheſum incolebant vocaſ- B ſet, ac poſtremam ad illos concionem habuiſſet, propterea quod ab illis deinceps diſceſſurus erat, vt illorum præſules doceret, non minus quam qui ſanguinem funderent diſcipulorum, eos qui res vtiles celarent pœnis eſſe obnoxios ac ſuppliciis, ita loquitur: Mundus ſum ego à ſanguine omnium. Quid ita? Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne conſilium Dei: itaque ſi ſubterfugiſſet, quo minus annuntiaret, mundus à ſanguine non C fuiſſet, verum vt homicida damnatus eſſet, ac merito ſanè. Nam homicida quidem corpus tantum interficit: qui vero ad gratiam concionatur, & ſegniores reddit auditores, animam perdit: atque ille quidem præſenti morti tradit: hic vero perdit animam, & ad æternas pœnas ſuppliciaque tranſmittit. An igitur ſolus hoc dicit Paulus? Nequaquam, ſed ante Paulum Deus rurſus iſtud ipſum per Prophetam ſubindicat ita dicens: Speculatorem dedi te domui Iſraël. Quid eſt hoc ſpeculatorem? Spe D culator dicitur is, qui dum exercitus inferius conſident, ſublimem & eminentem in colle locum occupat, & inde inuadentes hoſtes ſpeculatur, atque in valle ſedentibus eorũ aduentum denuntiat, vt ad pugnam capeſſendam eos excitet, ne ſi in illos incautos irruant, magna illos cum facilitate contrucident. Quando igitur multa, quę nobis imminent, mala non videmus nos, qui humi verſamur, ita diuina gratia diſponẽte factum eſt, vt tanquã in ſublimi loco prophetię ſtantes prophetę ſancti irruituram in nos iram diuinam à longe prænuntiarent,

Pauli verba quanti facienda.

Act.10.17

Ezech.3. 17.

TTt

vt nos per pœnitentiam reparãtes, animámq; noſtram lapſam erigentes, multo ante infligendam à Deo plagam repellamus. Idcirco ſpeculatorem, inquit, dedi te domui Iſraël, Vt calamitatem imminẽtem pręnunties, quemadmodum hoſtes ille. Neque verò mediocrem pœnam cõcionatori, qui diuinam iram non pręnuntiarit, imponit. Quam vero tandem? Animas eorũ, qui perierint, inquit, de manu tua requiram. Quis igitur eſt ille tã crudelis & inhumanus, & immiſericors, qui concionatori vitio vertat dicenti, déque ira diuina frequẽter verba facienti, cum tãtas luiturus ſit pœnas, ſi tacuerit? Nobis ergo qui cõcionamur, nequaquã prodeſſe, ſi talia ſiluerimus, ſufficienter & propheta nos docuit, & Apoſtolus: ſed neque vobis prodeſſe qui auditis, inde cõſtabit. Nã ſi ego dũ ſileo, peccata ſilentio abſconderẽ rectè ſuccẽſeret vnuſquiſque, ac merito indignaretur, niſi ſilerem: ſin autem quantumuis iam nos ſileamus, omnino neceſſe eſt vt illic delicta manifeſtentur, quid poterit ſilẽtium prodeſſe? Immo nihil proderit, ſed ſummopere nocebit. Nam ſi quidem nũc proloquar, ad pœnitentiam & animi compunctionem inducã: ſin taceam: nũc quidẽ eorum quæ peccauerimus, non recordabimur, neq; pœnitentiam agemus; at in futuro ſæculo nuda & aperta pręoculis noſtris intuebimur, ac fruſtra & incaſsũ lamẽtabimur. Quãdo igitur omnino neceſſe eſt, vt vel illic, vel in hac vita ob delicta cõpũgamur, ſatius eſt vt illud hic poti⁹, & nõ illic fiat: vnde id cõſtat? Ex propheticis verbis, ex Euangelicis. Nam propheta quidẽ ſic ait: In inferno autẽ quis confitebitur tibi? Non quod non cõfiteamur, ſed quod fruſtra illud faciamus. Chriſtus autem per parabolã hoc ipſũ docuit. Erat enim, inquit, Lazarus quidã mendicus vndiq; vlceribus plenus, immedicabili morbo laborãs, alter autem quidã diues pauperi micas nõ impertiebat. Et quid opus eſt parabolam totã percurrere? Quippe noſtis hiſtoriã omnẽ, crudelitatẽ diuitis, quo pacto mendicũ participẽ menſę nõ faceret, egeſtatẽ illius ac famẽ, qua perpetuo cõflictabatur. At hęc in hac vita: poſtquã autẽ mortuus eſt vterq;, videt illum mendicũ in ſinu Abrahæ diues.

Pœna imminet cõcionatori tacenti.

Pſal. 6. 6.

Luc. 16. 19

A ἵνα διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτοὺς ἀνακτησάμενοι, καὶ πεπτωκυῖαν ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἀνορθώσαντες, τὴν θεήλατον πόρρωθεν ἀποκρουσώμεθα πληγήν. διὰ τοῦτό φησι· σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ ἵνα μέλλουσαν ἐπιέναι τὴν συμφορὰν προμηνύσῃς, καθάπερ ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους. καὶ τιμωρίαν δὲ οὐ μικρὰν ἐπιτίθησι τῷ μὴ προλέγοντι τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν. ποίαν δὴ ταύτην; Τὰς ψυχὰς τῶν ἀπολλυμένων, φησὶν, ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. τίς οὖν οὕτως ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος καὶ ἀσυμπαθὴς, ὡς ἐγκαλεῖν τῷ λέγοντι καὶ περὶ τῆς τοῦ θεοῦ διαλε-
B γομένῳ συνεχῶς ὀργῆς, τοσαύτην κόλασιν ὑφίστασθαι μέλλοντι, εἰ σιγήσειεν; ὅτι μὲν οὖν ἡμῖν οὐ συμφέρει τοῖς λέγουσι τὰ τοιαῦτα σιγᾷν, ἱκανῶς καὶ ὁ προφήτης, καὶ ὁ ἀπόστολος ἡμᾶς ἐπαίδευσεν. ὅτι δὲ οὐδὲ ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ σιγήσας ἀπέκρυπτον τῇ σιγῇ τὰ ἁμαρτήματα, καλῶς ἐδυσχέραινεν ἕκαστος καὶ ἠγανάκτει δικαίως, μὴ σιγῶντος ἐμοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἡμῶν σιγώντων νῦν, ἀνάγκη πάντως ἐκεῖ φανῆναι τὰ πλημμελήματα, τί τὸ ὄφελος ἀπὸ τῆς σιγῆς γένοιτ' ἄν; ἀλλ' ὄφελος μὲν
C οὐδὲν, βλάβη δὲ ἐσχάτη. ἂν μὲν γὰρ εἴπω νῦν, εἰς μετάνοιαν ἄγω καὶ κατάνυξιν διανοίας· ἂν δὲ σιγήσω, νῦν μὲν οὐκ ἀναμνησόμεθα τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν, οὐδὲ μετανοήσομεν. ἐκεῖ δὲ αὐτὰ ὀψόμεθα πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα, καὶ θρηνήσομεν εἰκῆ καὶ μάτην. ἐπεὶ οὖν ἀνάγκη πάντως, ἢ ἐκεῖ, ἢ ἐνταῦθα κατανυγῆναι ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, βέλτιον ἐνταῦθα, καὶ μὴ ἐκεῖ. πόθεν τοῦτο δῆλον; ἀπὸ τῶν προφητικῶν ῥημάτων, ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν. ὁ μὲν γὰρ προφήτης φησὶν, Ἐν τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογή-
D σεταί σοι; οὐχ ὅτι οὐκ ἐξομολογούμεθα, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖ τοῦτο ποιοῦμεν. ὁ δὲ Χριστὸς καὶ διὰ παραβολῆς αὐτὸ τοῦτο ἐπαίδευσε. Λάζαρος γάρ τις ἦν πτωχός, φησιν, ἡλκωμένος πάντοθεν, νόσον ἀνίατον ἔχων· ἕτερος δέ τις πλούσιος τῶν ψιχίων οὐ μετεδίδου τῷ πένητι. καὶ τί δεῖ πᾶσαν ἐπελθεῖν τὴν παραβολήν, ἴστε γὰρ τὴν ἱστορίαν ἅπασαν, τὴν ὠμότητα τοῦ πλουσίου, πῶς οὐ μετεδίδου τῆς τραπέζης τῷ πτωχῷ, τὴν πενίαν τὴν ἐκείνου καὶ τὸν λιμὸν, ᾧ προσεπάλαιε διηνεκῶς. ἀλλ' ἐνταῦθα ταῦτα. ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησεν ἑκάτερος, ὁρᾷ τὸν πτωχὸν ἐκεῖνον ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραάμ.

καὶ τί φησι; Πάτερ Ἀβραάμ, ἀπόστειλον αὐτόν, ἵνα ἐπιστάξῃ τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τῇ γλώττῃ μου, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῆς ὀδύνης. εἶδες ἀντίδοσιν; οὐ μετέδωκεν αὐτῷ ψιχίων, οὐ μεταλαμβάνει σταγόνος ὕδατος. ᾯ γὰρ μέτρῳ, φησί, μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. τί οὖν ὁ Ἀβραάμ; Τέκνον, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· καὶ νῦν οὗτος μὲν ἐνταῦθα παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, ὅτι κατανύσσονται μὲν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ μεταβάλλονται καὶ βελτίους γίνονται ἀπὸ τῆς γεέννης, οὐδὲν δὲ κερδαίνουσιν εἰς παραμυθίαν τῆς φλογός. Πάτερ γάρ, ἀπόστειλον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκόν μου, φησίν, ἵνα τοῖς συγγενέσι μου διαμαρτύρηται, καὶ μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τοῦτον. αὐτὸς ἀποτυχὼν τῆς εὐεργεσίας, ἑτέροις προξενεῖ τὴν σωτηρίαν λοιπόν. εἶδες πῶς ὠμὸς ἦν πρὸ τούτου, πῶς φιλάνθρωπος ἐγένετο μετὰ ταῦτα; παρὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς κείμενον παρέτρεχε τὸν Λάζαρον ζῶν, νυνὶ δὲ καὶ ἀπόντων φροντίζει τῶν συγγενῶν· καὶ τότε μὲν ἐν περιουσίᾳ ὤν, πρὸς τὴν ἐλεεινὴν οὐκ ἐπεκάμπτετο τοῦ πτωχοῦ θέαν, νυνὶ δὲ ἐν ὀδύναις καὶ ἀνάγκαις ὢν ἀπαραιτήτοις, κήδεται τῶν αὐτῷ προσηκόντων, καὶ ἀξιοῖ πεμφθῆναι τὸν ταῦτα ἀπαγγέλλοντα αὐτοῖς. ὁρᾷς πῶς φιλάνθρωπος γέγονε καὶ ἥμερος καὶ συμπαθητικός; τί οὖν, ἀπώνατό τι τῆς μεταμελείας; ἐγένετό τι κέρδος αὐτῷ ἀπὸ τῆς κατανύξεως; οὐδαμῶς. ἄκαιρος γὰρ ἡ μετάνοια. ἐλύθη τὸ θέατρον, ἀπῆλθε τὰ σκάμματα, οὐκ ἔτι καιρὸς τῶν παλαισμάτων ἦν. διὰ τοῦτο παρακαλῶ καὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, ἐνταῦθα ὀδύρεσθαι χρὴ καὶ θρηνεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι. λυπείτω ἡμᾶς ἐνταῦθα τὰ ῥήματα, καὶ μὴ φοβείτω ἐκεῖ τὰ πράγματα· δακνέτω ἡμᾶς ὁ λόγος ἐνταῦθα, καὶ μὴ δακνέτω ἡμᾶς ἐκεῖ σκώληξ ὁ ἰοβόλος· καιέτω ἡμᾶς ἐνταῦθα ἡ ἐπιτίμησις, καὶ μὴ καιέτω ἐκεῖ ἡ γέεννα τοῦ πυρός. τοὺς ἐνταῦθα θρηνοῦντας ἀκόλουθον ἐκεῖ παρακληθῆναι· τοὺς ἐνταῦθα τρυφῶντας καὶ γελῶντας καὶ ἀναλγήτως περὶ τὰ ἁμαρτήματα διακειμένους ἀνάγκη πᾶσα ἐκεῖ θρηνῆσαι καὶ ὀδύρεσθαι καὶ βρύξαι τοὺς ὀδόντας. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τοῦ τότε δικάζοντος ἡμῖν. μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες, ὅτι κλαύσετε.

A Et quid ait? *Pater Abraham, mitte illum, vt inſtillet extremo digiti ſui in linguam meam, vt requieſcã a dolore.* Vides retributionem? Non impertiit ipſi micas, vnius aquæ guttæ nõ fit particeps. In qua enim menſura, inquit, menſi fueritis, remetietur vobis. Mar 4. 24 Luc. 16. 25. Quid ergo Abraham? *Fili recepiſti bona tua & Lazarus mala: & nunc hic quidem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* Sed quod eſt in quæſtione poſitum, illos nimirum ob peccata compungi, & cõuerti, ac pœnis gehẽnæ fieri meliores, nihil tamen hoc illis ad leuanda flammæ tormenta prodeſſe, quæ ſequuntur oſtẽdunt; B *Pater*, enim, inquit, *Mitte illum in domum meam, vt cognatis meis teſtetur, & non veniant in hunc locum.* Cum beneficium ipſe non obtinuiſſet, aliorum poſtea ſalutem procurat. Vidiſti quo pacto crudelis antea fuerit, quo pacto deinde benignus euaſerit? Lazarum ante oculos iacẽtem præteribat, dum viueret, iam vero etiam abſentium cognatorum curam gerit: ac tum quidem dum opibus circumflueret, ad miſerabile mendici ſpectaculum non inflectebatur, iam vero dum in doloribus ac neceſſitatibus verſatur ineuitabilibus, de propinquis ſuis eſt ſolicitus, ac mitti rogat, qui hæc illis annuntiet. C Vides vt benignus & clemens euaſerit & miſericors? Quid igitur? nũquid illi profuit pœnitentia? num aliquid lucri ex illa compunctione collegit? Nihil omnino: quippe, quod intempeſtiua eſſet pœnitentia. Solutum erat theatrũ, ſublatus locus certaminis, nõ amplius luctarum tempus fuit. Propterea moneo, precor & obſecro, hîc lamentari oportet, ac propter peccata lugere. Hîc nos verba contriſtẽt, ne nos illic res terreãt: hîc nos pungat D oratio, neq; nos illic vermis pũgat venenatus: hîc nos vrat reprehenſio, neque nos gehenna ignis illic vrat. Eos qui hic lugent, conſentaneum eſt illic conſolari: eos qui hic in deliciis degunt & rident, nec vllo propter admiſſa peccata dolore tãguntur, planè illic lugere ac lamentari, ac frendere dentibus eſt neceſſe. Non mea ſunt hæc verba, ſed ipſius, qui iudicium in nos tum temporis exercebit. Matth 5. 4 Beati quippe, inquit, ij, qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis.

Quāto igitur ſatius eſt temporariā cōpunctionē & luctū cum æternis bonis & voluptate, quę finē non habeat, cōmutare, quā breui hac & tēporaria vita ridēdo tranſacta illuc abire immortali ſupplicio plectendos? At verecundaris & erubeſcis enunciare peccata? ſanè quidem ſi coram hominibus ea dicenda eſſent & euulganda, non tamen ita pudere te oportuit (pudor enim eſt & ignominia peccare, non

Pudere nos debet peccare nō confiteri.

quæ peccaueris cōfiteri) iam vero neque neceſſarium eſt martyribus præſentibus confiteri. Apud conſcientiæ rationes fiat inquiſitio delictorū: ſine teſtibus ſit iudicium, Deus te confitentem ſolus audit, Deus qui peccata non exprobrat, ſed confeſſione peccata delet. At hoc pacto etiam pigritaris ac detrectas? Scio equidem conſcientiam ſuorum delictorum memoriam minimè ferre. Nam ſi tantum ſubeat animum eorum quæ deliquimus recordatio, tanquam pullus quidam indomitus ac frenatu difficilis mens reſilit. Sed tu coërce illam ac refræna, demulce manu, cicurem illam redde, perſuade fore, vt niſi nunc confiteatur, illic confiteatur, vbi maior pœna, vbi diffamatio maior. Hic iudicium fit ſine teſtibus, ac tu ipſe in te iudicium exerces, qui peccaſti: at illic in medium orbis terrarum cuncta producentur, niſi prius hîc fuerint à nobis deleta. Erubeſcis peccata confiteri? erubeſce peccata committere. Nos vero dum illa committimus temere & impudenter ea aggredimur: cum autem ea fuerint confitenda, tum nos pudet pigétque, cum id alacriter à nobis fieri oporteret. Non enim ignominioſum eſt incuſare peccata, ſed iuſtitia & virtus. Niſi iuſtitia eſſet, ac virtus, non propoſuiſſet illi mercedem Deus. Nam confeſſionem obtinere mercedem audi, quibus verbis Scriptura teſtetur:

Eſa.43.26.

Dic tu iniquitates tuas primus, vt iuſtificeris. Quem tandem pudebit illius operis, quo fit iuſtus? quem confiteri peccata pudeat, vt peccata ſoluat? Num enim idcirco peccata iubet confiteri, vt puniat? Immo vt dimittat. Nam in externis quidem tribunalibus, poſt confeſſionem

Pſal.105.1.

ſequitur pœna. Propterea pſalmus etiam hoc ipſum reformidans,

A πόσῳ τοίνυν βέλτιον πρόσκαιρον κατάνυξιν καὶ ὀδυρμὸν ἀθανάτων ἀλλάξασθαι καλῶν καὶ ἡδονῆς τέλος οὐκ ἐχούσης, ἢ τὸν βραχὺν τοῦτον καὶ πρόσκαιρον βίον ἐνταῦθα γελάσαντας, ἀπελθεῖν ἐκεῖ κολασθησομένους ἀθάνατα; ἀλλ' αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷς τὰ ἁμαρτήματα εἰπεῖν; μάλιστα μὲν εἰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων ἔδει ταῦτα λέγειν καὶ ἐκπομπεύειν, οὐδὲ οὕτως αἰσχύνεσθαι ἔδει (αἰσχύνη γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν, οὐ τὸ ὁμολογῆσαι τὰ ἁμαρτηθέντα) νυνὶ δὲ οὐδὲ ἀνάγκη παρόντων μαρτύρων ἐξομολογεῖσθαι. παρὰ τοῖς λογισμοῖς τοῦ συνειδότος γινέσθω τῶν πεπλημμελημένων

B ἡ ἐξέτασις· ἀμάρτυρον ἔστω τὸ δικαστήριον· ὁ θεὸς ὁράτω σε μόνος ἐξομολογούμενον, ὁ θεὸς ὁ μὴ ὀνειδίζων τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλὰ λύων τὰ ἁμαρτήματα ἀπὸ τῆς ἐξομολογήσεως. ἀλλὰ καὶ οὕτως ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ; οἶδα κἀγὼ, ὅτι οὐκ ἀνέχεται τὸ συνειδὸς τῆς μνήμης τῶν οἰκείων πλημμελημάτων. ἂν γὰρ ἔλθωμεν μόνον εἰς ἀνάμνησιν τῶν πεπλημμελημένων ἡμῖν, καθάπερ πῶλός τις ἀδάμαστος καὶ δυσήνιος, σκιρτᾷ ἡ διάνοια. ἀλλὰ κάτασχε, χαλίνωσον, καταψήχε τῇ χειρὶ, ἥμερον αὐτὴν ποίησον· πεῖσον ὅτι ἂν μὴ νῦν ἐξο-

C μολογήσηται, ἐκεῖ ἐξομολογήσεται, ὅπου πλείων ἡ κόλασις, ὅπου μείζων ὁ παραδειγματισμός. ἐνταῦθα ἀμάρτυρόν ἐστι τὸ δικαστήριον, καὶ σὺ σαυτὸν δικάζεις ὁ ἡμαρτηκώς· ἐκεῖ δὲ εἰς μέσον τὸ θέατρον τῆς οἰκουμένης ἅπαντα παραχθήσεται, ἂν μὴ προλαβόντες ἐνταῦθα αὐτὰ ἀπαλείψωμεν. αἰσχύνῃ ὁμολογῆσαι ἁμαρτήματα, αἰσχύνου πρᾶξαι ἁμαρτήματα. ἡμεῖς δὲ ὅταν αὐτὰ πράττωμεν, ἰταμῶς καὶ ἀναισχύντως τολμῶμεν· ὅταν δὲ ὁμολογῆσαι δέῃ, τότε αἰσχυνόμεθα καὶ ὀκνοῦμεν, δέον μετὰ προθυμίας τοῦτο ποιεῖν.

D οὐ γάρ ἐστιν αἰσχύνη κατηγορεῖν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ ἀρετή. εἰ μὴ δικαιοσύνη καὶ ἀρετὴ ἦν, οὐκ ἂν μισθὸν ἔθηκεν αὐτῇ ὁ θεός. ὅτι γὰρ μισθοὺς ἔχει ἡ ἐξομολόγησις, ἄκουσον τί φησι· Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς. τίς αἰσχύνεται ἔργον, ἀφ' οὗ γίνεται δίκαιος, τίς αἰσχύνεται ὁμολογῆσαι ἁμαρτήματα, ἵνα λύσῃ ἁμαρτήματα; μὴ γὰρ διὰ τοῦτο κελεύει ὁμολογῆσαι, ἵνα κολάσῃ, οὐχ ἵνα κολάσῃ, ἀλλ' ἵνα συγχωρήσῃ. ἐπὶ γὰρ τῶν ἔξω δικαστηρίων, μετὰ τὸ ὁμολογεῖν, κόλασις. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ψαλμὸς αὐτὸ τοῦτο ὑφορώμενος,

μή τις δεδοικὼς κόλασιν μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἀρνήσηται τὰ ἁμαρτήματα, φησίν· ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι χρηστός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. μὴ γὰρ οὐκ οἶδε τὰ ἁμαρτήματά σου, ἐὰν μὴ σὺ ὁμολογήσῃς; τί οὖν σοι γίνεται πλέον ἐκ τοῦ μὴ ὁμολογεῖν; μὴ γὰρ δύνασαι λαθεῖν; κἂν μὴ εἴπῃς, ἐκεῖνος οἶδεν. ἂν δὲ σὺ εἴπῃς, ἐκεῖνος ἐπιλανθάνεται. Ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας σου, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ. ὁρᾷς; ἐγὼ οὐ μὴ μνησθῶ, φησί. φιλανθρωπίας γὰρ τοῦτο. σὺ δὲ μνήσθητι, ἵνα σωφρονισμοῦ λάβῃς ὑπόθεσιν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Παῦλος, ἁμαρτημάτων ὧν οὐκ ἐμέμνητο ὁ θεός, αὐτὸς διηνεκῶς ἐμέμνητο οὑτωσὶ λέγων· οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, ὅτι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν. καί, Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. οὐκ εἶπεν, ἤμην, ἀλλ', εἰμί. ἡ συγχώρησις ἐγένετο τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τῷ θεῷ, καὶ ἡ μνήμη τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἠφανίζετο παρὰ τῷ Παύλῳ· ἅπερ ὁ δεσπότης ἀπήλειψε, ταῦτα αὐτὸς ἐξεπόμπευεν. ἠκούσατε γὰρ τοῦ προφήτου λέγοντος, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ· σὺ δὲ μνήσθητι. ὁ θεὸς σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν καλεῖ, καὶ οὗτος πρῶτον τῶν ἁμαρτωλῶν ἑαυτὸν καλεῖ. εἰ δὲ τῶν συγκεχωρημένων ἁμαρτημάτων οὐκ ἐπελανθάνετο, ἐννόησον πῶς τῶν εὐεργεσιῶν ἐμέμνητο τοῦ θεοῦ. καὶ τί λέγω, ὅτι οὐ καταισχύνει μνήμη ἁμαρτημάτων; οὐχ οὕτως ἡμᾶς ποιεῖ λαμπροὺς κατορθωμάτων μνήμη, ὡς ἡ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη. μᾶλλον δὲ ἡ μὲν τῶν κατορθωμάτων μνήμη οὐ μόνον οὐ ποιεῖ λαμπρούς, ἀλλὰ καὶ αἰσχύνης πληροῖ καὶ καταγνώσεως· ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων μνήμη παρρησίας ἡμᾶς ἐμπίπλησι καὶ δικαιοσύνης πολλῆς. τίς τοῦτό φησιν; ὁ Φαρισαῖος καὶ ὁ τελώνης. ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν τὰ ἁμαρτήματα, κατῆλθε δεδικαιωμένος· ὁ δὲ εἰπὼν τὰ κατορθώματα, κατῆλθεν ἐλάττων τοῦ τελώνου γενόμενος. ὁρᾷς ὅση βλάβη μεμνῆσθαι κατορθωμάτων· ὅση ὠφέλεια μὴ ἐπιλελῆσθαι ἁμαρτημάτων; καὶ μάλα εἰκότως. ὁ μὲν γὰρ τῶν κατορθωμάτων μεμνημένος εἰς ἀπόνοιαν αἴρεται, ὑπερορᾷ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ὅπερ ὁ Φαρισαῖος ἔπαθεν (οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσαύτην ἀλαζονείαν ἦλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν, Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι,

ne quis metu pœnæ, quæ confeſſionem ſequatur, peccata denegaret, ait, Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Pſa 105.1.* Num enim tua peccata neſcit, niſi tu confeſſus fueris? quid ergo tibi prodeſt ſi minimè confitearе? Num enim potes latere? Quamuis non dixeris, ille nouit. Quod ſi tu dixeris, ille obliuiſcitur. Ecce enim ego ſum Deus, qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor. *Eſa. 43.25.* Vides? non recordabor, inquit. Eſt enim hoc clementiæ. At tu recordare, vt caſtigationis captes occaſionem. Hæc cum audiſſet Paulus, peccatorum quorum non recordabatur Deus, perpetuo recordabatur cum ita diceret: Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſequutus ſum Eccleſiā Dei. *1.Cor.15.9.* Et, Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. *1. Tim. 1. 15.* Non dixit, eram, ſed, ſum. Facta erat remiſſio peccatorum apud Deum, & apud Paulum peccatorum memoria non delebatur. Quæ Dominus deleuerat, hæc ipſe diuulgabat. Audiſtis enim Prophetam dicentē: Et nō recordabor: At tu recordare. Deus vas electionis ipſum vocat, & iſte ſe peccatorum primum vocat. Quod ſi peccatorum non obliuiſcebatur, cogita quo pacto Dei beneficiorum recordaretur. Quid ego dico memoriam peccatorum minimè probro afficere? non ita nos memoria rectè factorum reddit illuſtres, ac memoria peccatorum. Inmo verò non modo non reddit illuſtres memoria rectè factorum, ſed etiam opprobro afficit & condemnat: at peccatorum memoria fiducia nos ac iuſtitia multa cumulat. *Exemplū Phariſæi & Publicani.* Quis hoc dicit? Phariſæus & Publicanus. Nam hic quidem cum ſua peccata dixiſſet, iuſtificatus deſcendit: ille verò cum ſua rectè facta dixiſſet, publicano factus inferior deſcendit. Vides quantum afferat damni rectè factorum meminiſſe: quantam pariat vtilitatem peccatorum minimè obliuiſci? Ac merito ſanè: qui namque rectè factorum meminit, in ſuperbiam effertur, cæteros homines aſpernatur, quod & accidit Phariſæo (neque enim in tantam veniſſet arrogantiam, non dixiſſet, Non ſum ſicut cæteri homines, *Luc.18.11.*

nisi ieiunij ſui decimarumque memi- A
niſſet) memoria vero peccatorum
mentem reprimit, humilitatem ſua-
det, at per humilitatem beneuolen-
tiam Dei conciliat. Audi quæſo quo
pacto nos Chriſtus rectè facta obliuio-
Luc. 17. 10 ni tradere iubeat. Cum feceritis hæc
omnia, dicite, Serui inutiles ſumus.
Tu dic inutilem eſſe te ſeruum, non
ego te inutilem reddo. Tu ſi tuam ipſe
vilitatem confeſſus fueris, ego te illu-
ſtrē reddo, & corona remuneror. Vi-
des quot teſtimoniis vtilē eſſe peccato-
rum memoriā nobis fuerit cōprobatū,
& noxiā memoriam rectè factorum:
B & contra rurſus ſupplicium nobis ex
obliuione peccatorum, vtilitatem au-
tem ex obliuione rectè factorum ori-
ri? Vis etiam aliunde cognoſcere ma-
ximum eſſe rectè factum peccatorum
recordari? audi Iobum. Vt enim cæ-
teris gloriabatur, ita & confeſſione
Iob. 31. 34. peccatorum, cum ita diceret. Quod ſi
cum ſponte peccaſſem, expaui fre-
Peccatorū recordari quam vtile. quentiam multitudinis, vt non enar-
rarem peccata mea. Horum autem
verborum hic ſenſus eſt. Nunquam
mihi cœtus cōſeruorum pudorem im-
poſuit. Quid enim prodeſt ignotum C
eſſe hominibus, cum iudex omnia no-
uerit? quid vero nocet, quòd hi quæ à
nobis commiſſa ſunt, nouerint, ſi nos
ille pœna voluerit liberare? Licet om-
nes condemnent, ſi me calculo ſuo iu-
dex abſoluat, nihil illorum ſenten-
tiam curo: licet omnes laudent & ce-
lebrent, ſi me ille condemnet, nihil
mihi iudicium illorum prodeſt. Sem-
per enim oculos in illum oportet con-
uertere, idémque præſtandum eſt in
peccatis, quod in pecuniarū impenſa
præſtamus. Statim enim atque è cu-
bili ſurreximus, antequam pedem in D
forum inferamus, aut aliquod priua-
tum publicumque negotium aggre-
diamur, vocato ſeruo rationem ab eo
exigimus expenſarum, vt videamus
quid perperam, quid in legitimos vſus
inſumptum fuerit, quantumque ſit
reliquum: quod ſi perexiguum eſſe
viderimus id, quod reſtat, omnes
vias augendorum redituum exco-
gitamus, ne forte incauti fame con-
ficiamur. Hoc igitur & in actioni-
bus noſtris faciamus: aduocata con-
ſcientia noſtra rationes exigamus ab
ea verborum, actionū, cogitationum.

A εἰ μὴ ἐμέμνητο τῆς νηστείας αὐτοῦ καὶ τῆς δεκάτης.
ἡ δὲ μνήμη τῶν ἁμαρτημάτων καταστέλλει τὴν διά-
νοιαν, ταπεινοφρονεῖν πείθει, καὶ διὰ τῆς ταπεινο-
φροσύνης ἐπισπᾶται τοῦ θεοῦ τὴν εὔνοιαν. ἄκου-
σον γοῦν πῶς καὶ ὁ Χριστὸς κελεύει λήθῃ παρα-
πέμπειν ἡμᾶς τὰ κατορθώματα. Ὅταν ταῦτα
πάντα ποιήσητε, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσ-
μεν. σὺ λέγε ὅτι ἀχρεῖος δοῦλος εἶ, ἐγώ σε οὐ ποιῶ
ἀχρεῖον· σὺ ἐὰν ὁμολογήσῃς τὴν εὐτέλειαν τὴν
σαυτοῦ, ἐγώ σε λαμπρὸν ποιῶ καὶ στεφανῶ. ὁρᾷς
διὰ πόσων ἡμῖν ἀποδέδεικται κέρδος ἔχουσα τῶν
ἁμαρτημάτων ἡ μνήμη, καὶ βλάβος τῶν κατορ-
B θωμάτων ἡ μνήμη· καὶ τοὐναντίον πάλιν, κό-
λασις μὲν ἀπὸ τῆς λήθης τῶν ἁμαρτημάτων,
ὠφέλεια δὲ ἀπὸ τῆς λήθης τῶν κατορθωμάτων
ἡμῖν γινομένη; βούλει μαθεῖν καὶ ἑτέρωθεν ὅτι
κατόρθωμα μέγιστόν ἐστι μεμνῆσθαι ἁμαρτημά-
των; ἄκουσον τοῦ Ἰώβ. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις
ἐκαλλωπίζετο, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῇ ἐξομολογήσει
τῶν ἁμαρτημάτων, οὑτωσὶ λέγων· Εἰ δὲ καὶ ἁ-
μαρτὼν ἑκουσίως διετράπην πολυοχλίαν λαοῦ
μου, τοῦ μὴ ἐξαγγεῖλαι τὰς ἁμαρτίας μου. ὃ δὲ
λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδέποτέ με σύλλογος τῶν
C συνδούλων εἰς αἰσχύνην ἤγαγε. τί γὰρ ὄφελος
ἐκ τῆς ἀγνοίας τῶν ἀνθρώπων, τοῦ κριτοῦ πάν-
τα εἰδότος; τί δὲ βλάβος ἐκ τοῦ εἰδέναι τούτους
τὰ πεπλημμελημένα, ὅταν ἐκεῖνος ἀπολῦσαι
βούληται τῆς δίκης; κἂν πάντες δικάζωσιν, ὁ
δὲ δικαστὴς ἀποψηφίσηται, οὐδείς μοι λόγος τῆς
ἐκείνων ψήφου· κἂν ἅπαντες ἐπαινέσωσι καὶ θαυ-
μάσωσιν, ἐκεῖνος δέ με καταδικάζῃ, οὐδέν μοι
πάλιν ὄφελος τῆς ἐκείνων κρίσεως. πανταχοῦ
γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾶν χρὴ, καὶ ταὐτὸ ποιεῖν ἐπὶ τῶν
ἁμαρτημάτων, ὅπερ ποιοῦμεν ἐπὶ τῆς τῶν χρημάτων
D δαπάνης. εὐθέως ἀναστάντες ἀπὸ τῆς κλίνης, πρὶν
εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, ἢ μεταχειρίσαι τι τῶν ἰδιω-
τικῶν ἢ δημοσίων πραγμάτων, τὸν οἰκέτην κα-
λέσαντες ἀπαιτοῦμεν λόγον τῶν δαπανηθέν-
των, ἵν᾽ εἰδῶμεν τί μὲν κακῶς, τί δὲ εἰς δέον ἀνή-
λωται, πόσον δὲ ὑπολέλειπται· κἂν εἰδῶμεν ὀλί-
γον ὂν τὸ ὑπολελειμμένον, πάντα τρόπον προ-
σόδων ἀφορμὰς ἐπινοοῦμεν, ἵνα μὴ λάθωμεν
διαφθαρέντες λιμῷ. οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν πρά-
ξεων τῶν ἡμετέρων ποιῶμεν. τὸ συνειδὸς τὸ ἡμέ-
τερον καλέσαντες ποιήσωμεν αὐτῷ λόγον τῶν
ῥημάτων, τῶν πραγμάτων, τῶν ἐνθυμήσεων·

ἐξετάσωμεν, τί μὲν εἰς δέον ἀνήλωται, τί δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ· ποῖος λόγος ἐδαπανήθη κακῶς, εἰς λοιδορίας, εἰς αἰσχρολογίας, εἰς ὕβρεις· ποῖον ἐνθύμημα τὸν ὀφθαλμὸν εἰς ἀκολασίαν ἐκίνησε· τίς λογισμὸς ἐπὶ βλάβῃ τῇ ἡμετέρᾳ εἰς ἔργον ἐξενέχθη, ἢ διὰ χειρῶν, ἢ διὰ γλώττης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων αὐτῶν. καὶ σπουδάσωμεν τῆς μὲν ἀκαίρου δαπάνης ἀποστῆναι, ἀντὶ δὲ τῶν ἅπαξ ἀναλωθέντων κακῶς, ἑτέραν ἀποθέσθαι πρόσοδον· ἀντὶ τῶν ῥημάτων τῶν εἰκῆ προενεχθέντων, εὐχάς· ἀντὶ τῶν ὄψεων τῶν ἀκολάστως γενομένων, ἐλεημοσύνας, νηστείας. εἰ γὰρ μέλλοιμεν δαπανᾶν μὲν ἀκαίρως, μηδὲν δὲ ἀποτίθεσθαι, μηδὲ θησαυρίζειν ἑαυτοῖς ἀγαθόν, εἰς ἐσχάτην κατενεχθέντες πενίαν, λήσομεν πρὸς τὴν ἀθάνατον τοῦ πυρὸς ἑαυτοὺς παραπέμποντες κόλασιν. τῶν μὲν οὖν χρημάτων ὑπὸ τὴν ἕω τὸν λόγον ποιεῖν εἰώθαμεν· τῶν δὲ πράξεων, μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν ἑσπέραν αὐτήν, ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενοι, οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος, οὐδενὸς θορυβοῦντος, τῶν μεθ' ἡμέραν ἡμῖν πεπραγμένων καὶ λελεγμένων ἁπάντων ἀπαιτῶμεν τὰς εὐθύνας ἡμᾶς ἑαυτούς. κἂν ἴδωμέν τι ἡμαρτημένον, κολάσωμεν τὸ συνειδὸς, ἐπιτιμήσωμεν τῇ διανοίᾳ, κατανύξωμεν τὸν λογισμὸν οὕτω σφοδρῶς, ὡς μηκέτι τολμῆσαι διαναστάντας ἡμᾶς πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἁμαρτίας ἀγαγεῖν βάραθρον, τῆς ἐν ἑσπέρᾳ πληγῆς μεμνημένους. ὅτι γὰρ οὗτος ὁ καιρὸς ἐπιτηδειότερος πρὸς τὸ τοιοῦτο λογοθέσιον, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. πολλὰ μεθ' ἡμέραν, οὐχ ὡς βουλόμεθα πράττομεν· καὶ φίλοι παροξύνουσι, καὶ οἰκέται ἐκθηριοῦσι, καὶ γυνὴ λυπεῖ, καὶ παιδίον ὀδυνᾷ, καὶ ὄχλος πραγμάτων βιωτικῶν καὶ δημοσίων περιΐσταται· καὶ οὐ δυνάμεθα συνιδεῖν ποτε, οὐδὲ ὅπως ὑποσκελιζόμεθα. πάντων δὲ τούτων ἀπαλλαγέντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντες ἡσυχίας, συγκροτῶμεν ἐπὶ τῆς κλίνης τὸ δικαστήριον, ἵνα τὸν θεὸν ἵλεων διὰ τῆς τοιαύτης κρίσεως ἔχωμεν. ἂν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἁμαρτάνωμεν, καὶ παίωμεν τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν, μηδέποτε δὲ αἰσθανώμεθα, καθάπερ οἱ συνεχῆ τραύματα λαμβάνοντες, εἶτα καταφρονοῦντες, πυρετοὺς καὶ θάνατον ἑαυτοῖς ἀφόρητον ἐπισπῶνται·

A Diſquiramus quid commodè vtiliterque ſit inſumptum, quid in noſtrum damnum: quis ſermo perperam fuerit impenſus in detractiones, in turpiloquia, in contumelias: quænam cogitatio ad laſciuiam oculū concitarit; quod conſilium iu damnum noſtrorū in opus exierit, ſiue manibus illud ſiue lingua, ſiue oculis ipſis fuerimus exequuti. Et ab intempeſtiuis quidē ſumptibus abſtinere ſtudeamus, in locum antem eorum, quæ male inſumpta ſunt, alios reditus recondamus: loco verborum temere prolatorū preces: loco aſpectuum laſciuorū eleemoſy-
B nas & ieiunia. Si enim intēpeſtiuè ſimus iuſumpturi, nihil autem reconditurí, neq; boni quicquā nobis in theſauris repoſituri, in extremā egeſtatē redactos, incautos nos in æternū ignis ſupplicium præcipites agemus. Ac pecuniarum quidem ſummo mane ſolemus rationes inire: actionū vero poſt prandiū, vel ſub ipſam veſperā in lecto iacentes, nemine interpellante, nemine interturbante: à nobis ipſis omniū, quæ fecimus, ac diximus, rationem exigamus Quod ſi quid peccatū eſſe animaduertamus, caſtigemus con-
C ſcientiam, mentem increpemus, cor noſtrum ita vehementer compungamus, vt nō amplius, vbi ſurrexerimus, in idem peccati barathrum nos audeamus impellere, veſpertinæ memores ſectionis. Hoc enim tempus aptius eſſe ad eiuſmodi ratiocinium, audi, quo pacto teſtetur propheta, cū dicat: Quæ dicitis in cordibus veſtris, *Pſal. 4.5.* in cubilibus veſtris compungimini. Multa interdiu non vt volumus, à nobis fiunt, & amici offendunt, & exaſperant ſerui, contriſtat vxor, filius dolore afficit, negotiorum ſecu-
D larium ac publicorum nos turba circunſidet, neque poſſumus intelligere, ne quidem qua ratione ſupplantemur. At his omnibus expediti, cum ſoli fuerimus veſperi, multaque frui licuerit tranquillitate, iudicium in lecto excitemus, vt Deum nobis propitium eiuſmodi habita quæſtione reddamus. Quod ſi quotidie peccemus, & animum noſtrum vulneremus, nunquam autem ſentiamus: vt qui vulnera frequenter accipiunt, ac deinde cōtemptis illis febrim ſibi vel intolerandum accerſunt interitum:

ſic & nos hoc continuo ſtupore, ineuitabili nos obnoxios ſupplicio reddimus. Scio moleſta eſſe quæ dicimus, ſed multam pariunt vtilitatem. Clementem dominum habemus, occaſionem tantum arripere vult, & omnem confeſtim exhibet humanitatem. Si enim cum peccamus, & impuniti manemus, deteriores non fieremus, ſaltem nobis pœnam remitteret: ſed hoc probè nouit non minus damni nobis peccatorum impunitatem, quam ipſamet afferre peccata. Propterea ſupplicium infert, non vt præteritorum pœnas exigat, ſed vt in futurum emendet. Atque vt hoc verum eſſe noueris, audi quid ad Moyſen dicat Deus: Dimitte me, & indignatus ira atteram eos. Dimitte me, dicebat, non quod eum Moyſes retineret, (nihil enim ad ipſum loquutus erat, ſed tacitus coram eo ſtabat) verum occaſionem ei præbere volebat pro illis orandi. Nam quoniam illi ſupplicio digna peccata commiſerant, & ſupplicio ineuitabili, nec tamen illos volebat punire, ſed humanitatem in eos exercere; hoc vero ſegniores illos reddebat: vtrumque præſtabat, vt neque ſupplicium inferretur, nec deteriores impunitate illi fierent, cum intelligerent, ſe non ſuo merito, ſed propter Moyſis patrocinium iram Domini euitaſſe. Hoc nos etiam ſæpenumero facimus, dum ſeruos qui animaduerſione digna delicta commiſerint, neque punire volumus neque pœnarum metu liberare, amicis iniungimus, vt è manibus noſtris eos eripiant, vt & metus in eis æquè vehemens maneat, & plagas à nobis inferendas effugiant. Tale quid etiam Deus præſtitit: idque verum eſſe, ipſius conſtat ex verbis. Dimitte me, inquit, & indignatus ira. Atqui nos cum pœnas ſumere volumus, & nemo permittit, tum indignari ſolemus: ipſe verò dicit, Dimitte, & indignabor ira: vt intelligas, iram in Deo perturbationem non eſſe, ſed ſupplicium, quo nos afficit, hac appellatione deſignari. Cum igitur Moyſen dicentem audieris: Si quidem remittis eis peccatum, remitte, priuſquam ſeruum, dominum mirare, quod huius ipſe benignitatis occaſionem illi præbuerit. Neque verò tantum id hoc loco fecit,

Exo. 32. 9.

Exponitur locus Exodi de prece Moyſis.

Exo. 32. 31.

A οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς συνεχοῦς ταύτης ἀναισθησίας ἀπαραίτητον ἐπισπώμεθα τιμωρίαν. οἶδα ὅτι φορτικὰ τὰ εἰρημένα, ἀλλ' ἔχει πολὺ τὸ κέρδος. ἥμερον ἔχομεν δεσπότην, προφάσεως ἐπιλαβέσθαι βούλεται μόνον, καὶ πᾶσαν εὐθέως ἐπιδείκνυται τὴν φιλανθρωπίαν. εἰ γὰρ ἁμαρτάνοντες καὶ μένοντες ἀτιμώρητοι μὴ ἐγινόμεθα χείρους, κἂν ἀφῆκεν ἡμῖν τὴν κόλασιν· ἀλλ' οἶδε τοῦτο σαφῶς, ὅτι τῶν ἁμαρτημάτων αὐτῶν οὐκ ἔλαττον ἡμᾶς τὸ μὴ κολάζεσθαι ἁμαρτάνοντας βλάπτει. διὰ τοῦτο ἐπιτίθησι τὴν τιμωρίαν, οὐ τῶν ἀπελθόντων ἀπαιτῶν δίκην,
B ἀλλὰ τὰ μέλλοντα διορθούμενος. καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἄκουσον τί φησι πρὸς τὸν Μωυσέα· Ἄφες με, καὶ θυμωθεὶς ἐκτρίψω αὐτούς. ἄφες με, ἔλεγεν, οὐχ ὅτι Μωυσῆς αὐτὸν κατεῖχεν (οὐδὲν γὰρ ἐφθέγξατο πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ σιγῇ παρειστήκει) ἀλλὰ πρόφασιν αὐτῷ δοῦναι βουλόμενος τῆς παρ' αὐτοῦ ἱκετηρίας. ἐπειδὴ γὰρ ἄξια μὲν κολάσεως ἥμαρτον ἐκεῖνοι, καὶ κολάσεως ἀπαραιτήτου, κολάσαι δὲ αὐτοὺς οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ φιλανθρωπεύσασθαι, τοῦτο δὲ αὐτοὺς ῥᾳθυμοτέρους ἐποίει, ἀμφότερα κατε-
C σκεύαζεν, ὥστε μήτε τὴν τιμωρίαν ἐπενεχθῆναι, μήτε ἐκείνους ῥᾳθυμοτέρους ἐκ τῆς ἀτιμωρησίας γενέσθαι, μαθόντες ὅτι οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀξίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ Μωυσέως προστασίαν τὴν ὀργὴν τοῦ δεσπότου διέφυγον. τοῦτο καὶ ἡμεῖς πολλάκις ποιοῦμεν· καὶ οἰκέτας ἄξια κολάσεως πλημμελήσαντας οὔτε κολάσαι βουλόμενοι, οὔτε τοῦ ἐκ τῆς κολάσεως ἀπαλλάξαι φόβου, φίλοις κελεύομεν τῶν ἡμετέρων αὐτοὺς ἐξαρπάσαι χειρῶν, ὥστε καὶ τὸν φόβον αὐτοῖς ἀκμάζοντα μένειν, καὶ τὰς παρ' ἡμῶν πληγὰς διαφυγεῖν. τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐποίησε. καὶ ὅτι ἔστιν ἀληθὲς, ἀπ' αὐτῶν
D τῶν ῥημάτων δῆλον. ἄφες με, φησὶ, καὶ θυμωθείς. καὶ μὴν ὅταν βουλομένοις τι τιμωρήσασθαι μηδεὶς ἀφῇ, τότε θυμούμεθα· αὐτὸς δὲ λέγει, ἄφες με, καὶ θυμωθήσομαι· ἵνα μάθῃς, ὅτι θυμὸς οὐ πάθος ἐστὶ περὶ Θεὸν, ἀλλ' ἡ καθ' ἡμῶν γινομένη κόλασις ταύτῃ καλεῖται τῇ προσηγορίᾳ. ὅταν οὖν ἀκούσῃς τοῦ Μωυσέως λέγοντος, Εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες, πρὸ τοῦ δούλου τὸν δεσπότην ἐκπλάγηθι, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ τῆς φιλανθρωπίας ταύτης παρέσχε τὰς ἀφορμάς. οὐκ ἐνταῦθα δὲ μόνον τοῦτο ἐποίησεν,

ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἱερεμίαν, καὶ πρὸς τὸν Ἰεζεκιὴλ τὸ αὐτὸ τοῦτο φησί· Περιδράμετε καὶ ἴδετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἱερουσαλὴμ, εἰ ἔστι τις ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην· ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς. Εἶδες φιλανθρωπίαν; τῆς μὲν ἑνὸς ἀρετῆς πολλοὶ συναπολαύουσι καὶ τῶν πονηρῶν· τῇ δὲ τῶν πολλῶν κακίᾳ, κἂν εἷς ὁ κατορθῶν ᾖ μεταξὺ δήμου πολλοῦ, οὐ συγκαταφέρεται. ἀλλ' εἷς μὲν ἄνθρωπος ὀρθῶς ζῶν δῆμον ὁλόκληρον ἐξαρπάσαι δυνήσεται τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ· πόλις δὲ ὁλόκληρος διεφθαρμένη πρὸς τὴν οἰκείαν κόλασιν καὶ τιμωρίαν ἐπισπάσασθαι τὸν εὖ βιοῦντα καὶ καθελεῖν οὐ δυνήσεται. καὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ Νῶε δῆλον. πάντων γοῦν ἀπολλυμένων διεσώζετο μόνος· καὶ ἀπὸ τοῦ Μωσέως φανερόν. μόνος γοῦν ἴσχυσε δῆμον τοσοῦτον παραιτήσασθαι. ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον μεῖζον ἔχω τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ δεῖγμα εἰπεῖν. ὅταν γὰρ ζῶντας ἀνθρώπους καὶ παῤῥησίαν ἔχοντας μὴ εὕρῃ δυναμένους ἐξαιτήσασθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, ἐπὶ τοὺς τετελευτηκότας καταφεύγει, καὶ δι' ἐκείνους φησὶν ἀφιέναι τὰ ἁμαρτήματα, ὥσπερ οὖν τῷ Ἐζεκίᾳ φησίν· Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου, τὸν ἤδη τετελευτηκότα. Ταῦτ' οὖν εἰδότες ὅτι πάντα κινεῖ καὶ πραγματεύεται ὁ θεὸς, ὥστε ἡμᾶς ἀπαλλάξαι κολάσεως καὶ τιμωρίας, πολλὰς παρέχωμεν αὐτῷ τὰς ἀφορμὰς, ἐξομολογούμενοι, μετανοοῦντες, δακρύοντες, εὐχόμενοι, τοῖς πλησίον τὴν ὀργὴν ἀφιέντες, τὴν τῶν πέλας πενίαν διορθούμενοι, ἐν ταῖς εὐχαῖς νήφοντες, ταπεινοφροσύνην ἐπιδεικνύμενοι, τῶν ἁμαρτημάτων μεμνημένοι συνεχῶς. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ εἰπεῖν, ὅτι ἁμαρτωλός εἰμι, ἀλλὰ δεῖ καὶ κατ' εἶδος αὐτῶν μεμνῆσθαι τῶν πλημμελημάτων. καθάπερ γὰρ πῦρ εἰς ἀκάνθας ἐμπεσὸν ἀφανίζει ῥᾳδίως αὐτὰς, οὕτω καὶ λογισμὸς συνεχῶς περὶ ἑαυτῷ περιστρέφων τὰ πεπλημμελημένα, ῥᾳδίως αὐτὰ ἀπόλλυσι καὶ καταδύει. ὁ δὲ θεὸς ὁ ὑπερβαίνων ἀνομίας, ἐξαίρων ἀδικίας, καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξειε, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀξιώσειε, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A ſed & ad Hieremiam & ad Ezechielem idipſum loquitur. Circuncurrite, & videte in viis Hieruſalem, ſi eſt aliquis faciens iudicium & iuſtitiam, & propitius ero eis. (*Hierem. 5.*) Vides benignitatem? vnius virtute multi etiam praui ſimul fruũtur: at ſi vel vnus fuerit virtute prædictus cum numeroſo populo mixtus, non abripitur ſimul: ſed homo quidem vnus, qui rectè viuat, integrum populũ eripere poterit iræ diuinæ, ſed integra ciuitas deprauata hominem vitæ probæ ad ſocietatem pœnæ ac ſupplicij ſui pertrahere non poterit, ac ſimul perdere. Atque hoc B ex Noë liquet: qui pereuntibus cunctis ſolus ſaluus euaſit, atque ex ipſo Moyſe patet, qui ſolus veniam tanto populo valuit impetrare. Ego vero poſſũ & aliud multo maius diuinæ benignitatis indicium proferre. Cum enim homines viuentes, & qui gratia valeant ac fiducia, non inuenit, qui peccati reos poſſint periculis liberare, ad vita functos confugit, & propter illos ait ſe delicta dimittere, quemadmodum & Ezechiæ dixit: Protegam vrbem iſtam propter me, & propter (*4. Reg. 20. 6.*) C Dauid ſeruum meum, qui iam mortuus erat. Cum igitur hæc nobis explorata ſint, Deum omnia mouere ac moliri, vt nos pœnis ac ſupplicio liberet, multas occaſiones illi præbeamus pœnitentiam agentes, lacrymas fundentes, orantes, iram proximis dimittentes, propinquorum egeſtatem ſubleuantes, in orationibus vigilantes, humilitatem exhibentes, peccatorum aſſiduè recordãtes. Non enim ſufficit dicere, Peccator ſum, ſed & ſingulæ ſunt delictorum ſpecies exprimendæ. Vt enim ſi in ſpi- D nas ignis inciderit, facile illas conſumit: ſic etiam mens quæ delicta ſua frequenter apud ſe verſat, facile illa perdit ac demergit. Deus autem qui tranſcendit iniquitates, & aufert iniuſtitias, (*Eccli. 7. 6.*) nos & à peccatis liberet, & cœlorum regno donet gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti per quem & cum quo Patri gloria vna cum Spiritu ſancto nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

A

In Martyres ſermo. I.

Eodem interprete.

MArtyrum feſta non ex dierum circuitu ſolū, ſed etiam ex eorum animo qui ea celebrāt, æſtimantur. Exempli cauſſa. Imitatus es Martyrē? virtutem eius æmulatus es? philoſophiæ ipſius veſtigiis inſtitiſti? etiā cum feſtū non eſſet Martyris, feſtiuitatem Martyris celebraſti. Honor quippe Martyris, imitatio eſt Martyris. Vt enim qui ſcelera cōmittunt, etiam in feſtiuitatibus ſine feſto ſunt & profani: ſic qui virtutē exercent, etiā cum nulla eſt ſolēnitas feſtū celebrāt: ſiquidem conſcientiæ puritate feſtum exprimitur. Hoc etiam indicans Paulus dicebat: Itaque feſtum celebremus non in fermento veteri malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Sunt igitur azyma apud Iudæos, ſunt & apud nos: verum apud illos quidem azymū eſt ex farina confectum, apud nos autem vitæ puritas, & conuerſatio ab omni nequitia aliena. Qui ergo ab omni ſorde ac macula puram vitam ſuam conſeruat, quotidie feſtum celebrat ac ſolēnitatem, licet nec in die nec in templis Martyrum, ſed domi ſedeat. Poteſt enim apud ſe vnuſquiſque feſtum Martyrū celebrare. Atque hæc à me dicuntur, non vt ad Martyrū ſepulchra non accedamus: ſed vt accedentes cū ea qua decet alacritate animi veniamus, & non ſolū illorū diebus, ſed alio quoq; tempore pietatē eādem præ nobis feramus. Quis enim hodierno die non cœtum noſtrū miretur, ſplēdidū iſtud theātrum, caritatem feruentem, affectum ardentem, indomitum amorem? Ita tota propemodū ciuitas huc cōmigrauit, & neque ſeruū domini timor, retinuit, neque pauperē egeſtatis neceſſitas, neque ſenem ætatis imbecillitas, neque mulierem ſexus mollicies: non diuitem faſtus opum, non magiſtratum ſuperbia poteſtatis; ſed amor Martyrum hac omni ſublata inæqualitate, naturæ imbecillitate, ac paupertatis neceſſitate tātam multitudinē vna catena deuinctā huc attraxit,

Honorentur martyres quomodo.

1. Cor. 5.8.

Εἰς μάρτυρας ὁμιλία.

ΑἹ τῶν μαρτύρων ἑορταὶ οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ τῶν ἡμερῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ γνώμῃ τῶν ἐπιτελούντων κρίνονται. οἷόν τι λέγω. ἐμιμήσω μάρτυρα; ἐζήλωσας αὐτοῦ τὴν ἀρετήν; κατ᾽ ἴχνος αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας ἔδραμες; καὶ οὐκ οὔσης ἡμέρας μάρτυρος, ἑορτὴν μάρτυρος ἐπετέλεσας. τιμὴ γὰρ μάρτυρος, μίμησις μάρτυρος. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ
B φαῦλα πράττοντες, καὶ ἐν ἑορταῖς ἀνέορτοί εἰσιν, οὕτω καὶ οἱ τὴν ἀρετὴν μετιόντες, καὶ πανηγύρεως οὐκ οὔσης, ἑορτὴν ἐπιτελοῦσιν. ἐν γὰρ τῷ καθαρῷ τοῦ συνειδότος ἡ ἑορτὴ χαρακτηρίζεται. τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· Ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ᾽ ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας. ἔστι τοίνυν ἄζυμα παρὰ Ἰουδαίοις, ἔστι καὶ παρ᾽ ἡμῖν· ἀλλὰ παρ᾽ ἐκείνοις μὲν ἄζυμον ἐξ ἀλεύρου, παρ᾽ ἡμῖν δὲ καθαρότης βίου, καὶ ζωὴ κακίας ἁπάσης ἀπηλλαγμένη. ὥστε ὁ ῥύπου καὶ
C κηλῖδος καθαρὰν τὴν ἑαυτοῦ διατηρῶν ζωήν, καθ᾽ ἡμέραν ἑορτάζει, πανηγυρίζων ἀεί, κἂν μὴ ἐν ἡμέρᾳ, μηδὲ ἐν σηκοῖς μαρτύρων, ἀλλὰ καὶ οἴκοι καθήμενος. ἔστι γὰρ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἑορτὴν μαρτύρων ἐπιτελεῖν, καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα μὴ παραγινώμεθα πρὸς τοὺς τάφους τῶν μαρτύρων ἀλλ᾽ ἵνα παραγινόμενοι, μετὰ τῆς προσηκούσης ἀπαντῶμεν προθυμίας, καὶ μὴ μόνον ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τούτων χωρίς, τὴν αὐτὴν εὐλάβειαν παρεχώμεθα. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάσαιτο σήμερον ἡμῶν τὸν σύλλο-
D γον, τὸ λαμπρὸν τοῦτο θέατρον, τὴν ζέουσαν ἀγάπην, τὴν θερμὴν διάθεσιν, τὸν ἀκατάσχετον ἔρωτα; ὡς πᾶσα μὲν σχεδὸν ἡ πόλις ἐνταῦθα μεθώρμισται, καὶ οὔτε οἰκέτην δεσπότου φόβος κατέσχεν, οὔτε πένητα ἡ τῆς πτωχείας ἀνάγκη, οὔτε γηραιὸν τῆς ἡλικίας ἡ ἀσθένεια, οὐ γυναῖκα τὸ τῆς φύσεως ἁπαλόν, οὔτε πλούσιον τῆς περιουσίας ὁ τῦφος, οὐ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας ἡ ἀπόνοια. ἀλλ᾽ ὁ τῶν μαρτύρων πόθος πᾶσαν ταύτην τὴν ἀνωμαλίαν ἐκβαλών, καὶ φύσεως ἀσθένειαν καὶ πενίας ἀνάγκην, μιᾷ ἁλύσει πλῆθος τοσοῦτον ἐνταῦθα εἵλκυσε,

καὶ τῷ πόθῳ τῶν μαρτύρων ἐπτέρωσεν, ὡς ἐν οὐρανῷ νῦν πολιτευομένους διατρίβειν. πᾶσαν γὰρ ἀκολασίας καὶ ἀσελγείας πατήσαντες παρωσάσθαι, τῷ τῶν μαρτύρων κατεφλέχθητε πόθῳ. καθάπερ γὰρ τῆς ἀκτῖνος ἀνασχούσης δραπετεύει τὰ θηρία, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους καταδύεται χηραμούς, οὕτω τοῦ φωτὸς τῶν μαρτύρων εἰς τὰς ὑμετέρας καταλάμποντος διανοίας, ἅπαντα κατακρύπτεται τὰ νοσήματα, καὶ ἡ λαμπρὰ τῆς φιλοσοφίας ἀνάπτεται φλόξ. ἀλλ' ὅπως μὴ νῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς, καὶ τοῦ θεάτρου λυθέντος τοῦ πνευματικοῦ τούτου, ταύτην διατηρῶμεν τὴν φλόγα, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς εὐλαβείας οἴκαδε ἀναχωρῶμεν, μὴ εἰς καπηλεῖα καὶ πορνεῖα, καὶ μέθην, καὶ κώμοις ἑαυτοὺς ἀφιέντες. ἐποιήσατε τὴν νύκτα ἡμέραν διὰ τῶν παννυχίδων τῶν ἱερῶν· μὴ ποιήσατε πάλιν τὴν ἡμέραν νύκτα διὰ τῆς μέθης καὶ τῆς κραιπάλης, καὶ τῶν ᾀσμάτων τῶν πορνικῶν. ἐτίμησας τοὺς μάρτυρας τῇ παρουσίᾳ, τῇ ἀκροάσει, τῇ σπουδῇ· τίμησον αὐτοὺς καὶ τῷ κοσμίως ἀναχωρῆσαι· μή τις ἰδών σε ἀσχημονοῦντα ἐν καπηλείῳ εἴπῃ, ὅτι οὐ διὰ τοὺς μάρτυρας παραγέγονεν, ἀλλ' ἵνα τὸ πάθος αὐξήσῃς, ἵνα τῇ πονηρᾷ ἐπιθυμίᾳ χαρίσῃ. ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων τρυφᾶν, ἀλλὰ κωλύων ἁμαρτάνειν, οὐ κωλύων πίνειν, ἀλλὰ κωλύων μεθύειν. οὐ γὰρ ὁ οἶνος φαῦλον, ἀλλ' ἡ ἀμετρία πονηρόν. ὁ μὲν γὰρ οἶνος τοῦ θεοῦ δῶρον, ἡ δὲ ἀμετρία τοῦ διαβόλου εὕρημα. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. βούλει τρυφῆς ἀπολαύειν; ἀπόλαυε ἐν οἰκίᾳ, ὅπου κἂν μέθη γένηται, πολλοὶ οἱ περιστέλλοντες· μὴ ἐν καπηλείῳ, ἵνα μὴ κοινὸν ᾖς θέατρον τοῖς παροῦσι, καὶ σκάνδαλον ἑτέροις. καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κελεύων οἴκοι μεθύειν, ἀλλ' ἐν καπηλείῳ μὴ διατρίβειν. ἐννόησον ἡλίκος γέλως, μετὰ τοιαύτην σύνοδον, μετὰ παννυχίδας, μετὰ γραφῶν ἁγίων ἀκρόασιν, μετὰ μυστηρίων θείων κοινωνίαν, καὶ μετὰ πνευματικὴν χορηγίαν, ἄνδρα ἢ γυναῖκα ἐν καπηλείῳ φαίνεσθαι διημερεύοντας. οὐκ οἴδατε ἡλίκη κεῖται κόλασις τοῖς μεθύουσι; τῆς γὰρ βασιλείας τοῦ θεοῦ ἐκβάλλονται, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐκπίπτουσιν ἀγαθῶν, καὶ εἰς τὸ αἰώνιον πῦρ ἐκπέμπονται. τίς ταῦτά φησιν; ὁ μακάριος Παῦλος· Οὐ πλεονέκται φησίν, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον τοῦ μεθύοντος,

A & affectu in Martyres quaſi pennis ſubuectos, velut ad vitam in cœlis agendam incitauit. Siquidem omni laſciuię luxurięque perturbatione ſuperata Martyrum amore ſuccēſi eſtis. Vt enim cum primum radii Solis oriuntur, aufugiunt feræ, ſeque latibulis ſuis abſcondunt: ita cum menti noſtræ Martyrum lumē affulſerit, omnia vitia morbiq; ſe occultant, ac ſplendida philophię flamma ſuccenditur. Sed vt non ſolū hoc tempore, verū etiam ſemper, & poſtquam ſolutū fuerit hoc ſpirituale theatrū, flammā iſtam conſeruemus, cum eadē animi deuotione B domum recedamus, neq; nos popinis ac luſtris, ebrietati & comeſſationibus addicamus. Noctē conuertiſtis in diē per ſacras iſtas vigilias: nolite rurſus diem in noctem per ebrietatem & crapulā ac meretricios cantus conuertere. Honoraſti Martyrē, dum adfuiſti, dum audiuiſti, dum ſtudiū præ te tuliſti: honora etiam illos modeſtè domū recedēdo: ne quis vbi te parū decorè te gerentem viderit in popina, te non propter Martyres veniſſe dicat, ſed vt vitiū augeres, vt improbæ cupiditati C ſeruires. Hæc non eo dico, vt deliciis perfrui vetem, ſed vt peccata committi vetem: non quod bibere vetem ſed vt ebrium fieri vetem. Non enim malum eſt vinum, ſed immodicus eius vſus eſt prauus. Ac vinum quidem Dei donum eſt, vſus autē immodicus Diaboli eſt inuentum. Seruite igitur Domino in timore, & exultate ei in tremore. Vis deliciis frui, domi fruere, vbi licet in ebrietatē incidas, multi ſunt, qui te poſſunt obtegere: non in popina, ne ſpectaculū fias præſentibus, & ſcandalum cæteris. Atque hæc ego dico, non quod ebrium fieri domi iu-D beam, ſed quod in popinis verſari prohibeā. Perpende quā ridiculū ſit, poſt eiuſmodi conuentū, poſt vigilias, poſt ſacrarū auditionē ſcripturarū, poſt diuinorū participationē myſteriorū, & poſt ſpiritualē largitionē virū aut mulierē totos dies in popinis trāſigētes videri. An neſcitis quantū ebriis ſupplicium immineat? ſiquidem è regno Dei expelluntur, & ineffabilibus bonis excidunt, atque in ignem æternū ablegātur. Quis hæc dicit? Beatus Paulus; Neque auari, inquit, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regnū Dei poſſidebunt. Quid ebrio miſerius fieri po-

Martyrū ſolennitas ſchola virtutum.

Pſal. 2. 11.

1. Cor. 6. 10

teſt, qui ob exiguam voluptatem, tantas regni delicias amittit? Immo vero ne voluptate quidem vlla frui poteſt ebrius. Siquidem in temperato vſu voluptas conſiſtit, in immodico autẽ, ſtupor & ſenſuum priuatio. Porro qui ſentire nequit, vbi ſedeat aut iaceat, quî poterit voluptatis in potu ſenſum capere, qui ne ſolem quidem ipſum ob denſam ebrietatis nebulam poſſit intueri? Tantæ nimirum ipſum occupant tenebræ, vt ad illam diſcutiendã caliginem ipſi radij nõ ſufficiãt. Semper quidem dilectiſſimi malum eſt ebrietas, præcipue vero feſto Martyrũ die. Nam præter peccatum contumelia eſt maxima, & ſtultitia, ſacrorumq; eloquiorũ contemptus: quã ob cauſſam & duplicem pœnam meretur. Si ergo poſtquam ad Martyres acceſſiſti, poſtquã hinc diſceſſeris, ebrietati vacaturus es, melius eſt, vt domi maneas, nec indecorè te geras, neq; Martyrum ſolennitatẽ probro afficias, neque proximo ſis offendiculo, neque mentem obſideas, neque peccata tibi accumules. Veniſti vt homines tormentis laceratos videres, cruore ſtillantes, vulnerum examine decoratos, qui præſenti vita exuti, ad futurã euolarunt: da operã vt athletis iſtis dignus euadas. Contempſerunt illi vitam, tu delicias contemne. Abiecerunt illi vitam præſentem: tu ebrietatis amorem abijce. Sed delicijs frui cupis, aſſide ſepulchro Martyris, lacrymarũ illic fontes effunde, animam contere, benedictionem à ſepulchro eius refer; eiuſq; patrocinio fretus in precibus, narrationibus certaminũ ipſius legendis te frequẽter exerce, loculũ amplectere, capſulæ reliquiarum affixus eſto: non oſſa Martyrum tantum, ſed & ipſorũ ſepulchra & capſulæ benedictionibus multis ſcatent. Sanctum oleum ſume, totumq; tuum corpus inunge, linguã, labra, ceruicẽ, oculos, nec vnquã in ebrietatis naufragiũ incides. Siquidem oleum odoris ſuauitate Martyrũ tibi certamina in memoriã reuocat, & omnem laſciuiam refrænat, atq; in multa derinet patientia, animique morbos expugnat. Verumenimuero in hortis verſari cupis, in pratis, & viridarijs. Ne iam id facias, cum tantus adſtat populus, ſed alio die. Hodie namque luctarum tempus eſt, hodie ſpectaculum eſt certaminũ, non deliciarũ aut voluptatum.

Martyres quomodo imitandi.

A ὅταν διὰ μικρὰν ἡδονὴν τοσαύτην ἀπόλλυσι βασιλείας ἀπόλαυσιν; μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡδονῆς ὁ μεθύων καρπώσασθαι δύναται. ἐν γὰρ τῇ συμμετρίᾳ τὰ τῆς ἡδονῆς· ἐν δὲ τῇ ἀμετρίᾳ τὰ τῆς ἀναισθησίας. ὁ δὲ οὐκ αἰσθανόμενος ποῦ κάθηται, ἢ κατάκειται, πῶς ἂν αἴσθοιτο τῆς τοῦ πόματος ἡδονῆς, μηδὲ τὸν ἥλιον αὐτὸν δυνάμενος ὁρᾶν διὰ τὴν πυκνὴν τῆς μέθης νεφέλην; τοσοῦτον γὰρ αὐτοῦ τὸ σκότος, ὡς μὴ ἀρκεῖν αὐτοῦ τὰς ἀκτῖνας εἰς τὸ λῦσαι τὸν ζόφον ἐκεῖνον. ἀεὶ μὲν, ἀγαπητοὶ, κακὸν ἡ μέθη, μάλιστα δὲ ἐν ἡμέρᾳ μαρτύρων. μετὰ γὰρ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ὕβρις ἐστὶ μεγίστη B καὶ παραφροσύνη, καὶ ἐξουδένωσις θείων λογίων· ὅθεν διπλῆ γένοιτ' ἂν καὶ ἡ κόλασις. εἰ μέλλεις τοίνυν, εἰς μάρτυρας παραγινόμενος, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀναχώρησιν μεθύειν, βέλτιον οἴκοι μένειν, καὶ μὴ ἀσχημονεῖν, μηδὲ ὑβρίζειν τῶν μαρτύρων τὴν ἑορτὴν, μηδὲ σκανδαλίζειν τὸν πλησίον, μηδὲ πολιορκεῖν τὴν διάνοιαν, μηδὲ ἁμαρτήματα προστιθέναι. ἦλθες ἰδεῖν ἀνθρώπους ξεομένους, αἵματι περιρρεομένους, τραυμάτων χορῷ καλλωπιζομένους, τὴν παροῦσαν ἀποδυσαμένους ζωὴν, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἱπταμένους· γενοῦ τῶν ἀγωνιστῶν ἄ- C ξιος. κατεφρόνησαν ἐκεῖνοι ζωῆς, καταφρόνησον σὺ τρυφῆς· ἀπεδύσαντο ἐκεῖνοι τὸν παρόντα βίον, ἀπόδυσαι σὺ τῆς μέθης τὸν πόθον. ἀλλὰ βούλει τρυφᾶν; παράμενε τῷ τάφῳ τοῦ μάρτυρος, ἔκχεε πηγὰς δακρύων ἐκεῖ, σύντριψον τὴν διάνοιαν, ἆρον εὐλογίαν ἀπὸ τοῦ τάφου· λαβὼν αὐτὴν συνήγορον ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἐνδιάτριβε ἀεὶ τοῖς διηγήμασι τῶν παλαισμάτων ἐκείνου· περιπλάκηθι τὴν σορὸν, προσηλώθητι τῇ λάρνακι, οὐχὶ τὰ ὀστᾶ μόνον τῶν μαρτύρων, ἀλλὰ καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν, καὶ αἱ λάρνακες πολλὴν βρύουσιν εὐλογίαν. λάβε D ἔλαιον ἅγιον, καὶ κατάχρισόν σου ὅλον τὸ σῶμα, τὴν γλῶτταν, τὰ χείλη, τὸν τράχηλον, τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐδέποτε ἐμπεσῇς εἰς τὸ ναυάγιον τῆς μέθης. τὸ γὰρ ἔλαιον διὰ τῆς εὐωδίας ἀναμιμνήσκει σε τῶν ἄθλων τῶν μαρτύρων, καὶ πᾶσαν ἀκολασίαν χαλινοῖ, καὶ κατέχει ἐν πολλῇ καρτερίᾳ, καὶ περιγίνεται τῶν τῆς ψυχῆς νοσημάτων. ἀλλὰ κήποις ἐνδιατρίψαι βούλει, καὶ λειμῶσι καὶ παραδείσοις; μὴ νῦν, ὅτε δῆμος τοσοῦτος, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ. σήμερον γὰρ παλαισμάτων καιρὸς, σήμερον θεωρία ἀγωνισμάτων, οὐ τρυφῆς, οὐδὲ ἀνέσεως.

ἦλθες

ἦλθες ἐνταῦθα, οὐχ ἵνα εἰς ῥᾳστώνην δῷς σεαυτόν, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ἀγωνίζεσθαι, παγκρατιάζειν, ἄνθρωπος ὢν τῶν ἀσωμάτων δαιμόνων συγκόπτειν τὴν ἰσχύν. οὐδεὶς γὰρ εἰς παλαίστραν ἐλθὼν τρυφᾷ, οὐδὲ εἰς καιρὸν παλαισμάτων παραγενόμενος, ὡραΐζεται, οὐδὲ ἐν καιρῷ παρατάξεως τραπέζας ἐπιζητεῖ. μὴ τοίνυν καὶ σὺ ψυχῆς ἀνδρείαν, καὶ γνώμης εὐτονίαν ἐλθὼν θεάσασθαι, καὶ τρόπαιον καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ μάχην τινὰ ἐξηλλαγμένην, καὶ τραύματα καὶ πολέμους, καὶ παγκράτιον ἀνθρώπου, πράξεις δαιμονικὰς εἰσαγάγῃς, μετὰ τὴν ξένην καὶ φρικτὴν ταύτην θεωρίαν μέθῃ καὶ τρυφῇ ἑαυτὸν ἐκδιδούς, ἀλλὰ τὰ κέρδη τῆς ψυχῆς συναγαγών, οὕτως οἴκαδε ἄπιθι, διὰ τῆς ὄψεως πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, ὅτι μάρτυρας θεωρήσας, ἀνεχώρησας. ὥσπερ γὰρ οἱ ἀπὸ τῶν θεάτρων κατιόντες, δῆλοι πᾶσίν εἰσι, συντεταραγμένοι, συγκεχυμένοι, μαλακιζόμενοι, τὰ εἴδωλα πάντων τῶν ἐκεῖ γεγενημένων φέροντες· οὕτω καὶ τὸν ἀπὸ θεωρίας μαρτύρων ἐπανιόντα, πᾶσι γνώριμον εἶναι χρή, τῷ βλέμματι, τῷ σχήματι, τῇ βαδίσει, τῇ κατανύξει, τῇ συναγωγῇ τῆς διανοίας· πῦρ πνέοντα, συνεσταλμένον, συντετριμμένον, νήφοντα, ἐγρηγορότα, διὰ τῶν κινημάτων τοῦ σώματος τὴν ἔνδοθεν ἀνακηρύττοντα φιλοσοφίαν. οὕτω τοίνυν εἰς τὴν πόλιν ἐπανίωμεν, μετὰ τῆς προσηκούσης εὐταξίας, μετὰ εὐτάκτου βαδίσεως, μετὰ συνέσεως καὶ σωφροσύνης, μετὰ ἡμέρου καὶ γαληνοῦ βλέμματος. Στολισμὸς γὰρ ἀνδρός, καὶ γέλως ὀδόντων, καὶ βῆμα ποδὸς ἀπαγγελεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ· οὕτως ἀεὶ ἀπὸ μαρτύρων ἐπανίωμεν, ἀπὸ μύρων πνευματικῶν, ἀπὸ λειμώνων οὐρανίων, ἀπὸ θεαμάτων καινῶν καὶ παραδόξων, ἵνα καὶ αὐτοὶ πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐκολίαν, καὶ ἑτέροις ἐλευθερίας πρόξενοι γενώμεθα, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξώμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρί, ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμή, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A Veniſti huc, non vt teipſum pigritiæ dedas, ſed vt certare diſcas, pancratio vincere, & homo cum ſis, dæmonum inuiſibilium vires infringere. Nemo quippe venit ad palæſtram, vt deliciis vacet, neque cum tempore luctarum ingreſſus fuerit formam ſuam excolit, aut cum acies ordinanda eſt, menſas exquirit. Ne igitur tu quoque, cum ad animæ fortitudinem, ac mentis vigorem ſpectandum adueneris, ad trophæum nouum & admirabile, pugnam inuſitatam, ad vulnera & prœlia, & pancratium hominis, ne dæmonum actiones introducas, & poſt mirum B & tremendum hoc ſpectaculum ebrietati ac deliciis teipſum addicas, ſed collectis animæ lucris domum deinde reuertere, atque ipſo tui conſpectu teſtare omnibus à martyrum te ſpectaculo redire. Nam quemadmodum, qui à theatris deſcendunt, facilè omnibus innoteſcunt, perturbati, confuſi, emolliti, & eorum quæ illic facta ſunt ſimulacra geſtantes: ita & eum qui à ſpectaculo martyrum reuertatur, facile ab omnibus oportet agnoſci ex aſpectu, ex habitu, ex inceſſu, ex com- C punctione, ex mentis collectæ attentione, ignem ſpirantem, modeſtum, contritum, ſobrium, vigilantem, & interiorem temperantiam ac philoſophiam corporis motibus propalantem. Sic igitur ad vrbem reuertamur, cum ea qua par eſt modeſtia, cum inceſſu compoſito, cum prudentia & continentia, cum placido tranquilloque aſpectu. Amictus enim viri, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enuntiabit de illo. Ita ſemper à martyribus reuertamur, ab vnguentis ſpiritualibus, à cœleſtibus pratis, à nouis miriſque ſpe- D ctaculis, vt & ipſi multam facilitatem experiamur, & cæteris libertatem conciliemus, ac futura bona conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti cum quo Patri ſimulque Spiritui ſancto gloria, imperium, honor nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

Status eorum qui à theatris veniunt.

Eccli. 19. 26.

VVu

Aduerſus eos, qui dicunt dæmones gubernare res humanas, & Dei punitiones iniquo animo ferunt, atque ob malorum proſperitates, & iuſtorum aduerſitates ſcandalizantur.

Frontone Ducæo interprete.

VErebar equidē, ne vobis tractatus aſſiduitas verborum meorum faſtidium crearet: veruntamen contrarium eueniſſe video, nec vobis aſſiduitatem creaſſe faſtidium, ſed deſyderium auxiſſe, nec ſatietatem, ſed voluptatem addidiſſe: idemque penitus, quod in profanis conuiuiis ebrioſis hominibus ſolet, accidiſſe. Nam & illi quo plus infuderint meri, tantò magis ſitim accendunt: & nos quanto prolixiorem doctrinam vobis inculcamus, tanto maiorem cupiditatem accendimus, maiorem appetitum, ac vehemētiorem amorem excitamus. Quo fit, vt tametſi mihi ſummæ ſim conſcius paupertatis, liberales imitari conuiuatores non deſinam, & aſſiduam menſam vobis apponam, ac plenum ſtatuam doctrinæ craterem. Siquidem video vos, vbi totum illum exhauſeritis, ſitibundos rurſus diſcedere. Atque hoc quidem ab omni tempore iam innotuit, præſertim autem à dominica ſuperiore. Nunquam enim diuina vobis eloquia faſtidium parere, dies ille præſertim indicauit, quo non debere vos mutuo vobis maledicere docebam, quo etiam tempore vobis tutiſſimam præbebā occaſionem accuſationis, cum ad propria peccata maledictis inceſſenda vos cohortarer, non ad aliena curioſius inueſtiganda: cum ſanctos in medium adducerem, qui ſeipſos accuſabant, aliis vero parcebant, Paulum ipſum dicentem, Peccatorum primus ego ſum, & cum eſſem blaſphemus, & perſequutor, & contumelioſus, miſericordiam Dei conſequutus ſum, & abortiuum ſeipſum vocantem, nec ſe Apoſtolorum appellatione dignum arbitrantem: Petrum qui dicebat, Exi à me, quia homo peccator ſum: Matthæum, qui tempore Apoſtolatus publicanum ſeipſum vocabat, Dauidem, qui clamans aiebat:

1. Tim. 1. 15. & 13. 1. Cor. 15. 8 Luc. 5. 8 Matt. 10. 3 Pſal. 37. 4. Eſai. 6. 5.

Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι δαίμονες τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσι, καὶ δυσχεραίνοντας ἐπὶ ταῖς τοῦ θεοῦ κολάσεσι, καὶ σκανδαλιζομένους ἐπὶ ταῖς τῶν φαύλων εὐημερίαις, καὶ δυσπραγίαις τῶν δικαίων.

ΕΓὼ μὲν ἤλπιζον τῇ συνεχείᾳ τῆς διαλέξεως κόρον ὑμᾶς λήψεσθαι τῶν ἡμετέρων λόγων· ὁρῶ δὲ τὸ ἐναντίον ἐκβαῖνον, οὐ κόρον ὑμῖν ἀπὸ τῆς συνεχείας γινόμενον, ἀλλὰ πόθον αὐξανόμενον, οὐ πλησμονὴν, ἀλλ' ἡδονὴν προστιθεμένην καὶ ταὐτὸν συμβαῖνον, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν συμποσίων οἱ φίλοινοι πάσχουσι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅσωπερ ἂν πλείω τὸν ἄκρατον ἐγχέωσι, τοσούτῳ μᾶλλον τὸ δίψος ἐξάπτουσι· καὶ ὑμῖν, ὅσωπερ ἂν τὴν διδασκαλίαν ἐγχέωμεν, τοσούτῳ μᾶλλον ἀνάπτομεν τὴν ἐπιθυμίαν, πλείονα ποιοῦμεν τὴν ὄρεξιν, σφοδρότερον τὸν ἔρωτα. διὰ τοῦτο, καίτοι πενίαν ἐσχάτην ἐμαυτῷ συνειδὼς, οὐ παύομαι τοὺς φιλοτίμους τῶν ἑστιατόρων μιμούμενος, καὶ συνεχῆ παρατιθεὶς ὑμῖν τὴν τράπεζαν, καὶ πλήρη τὸν κρατῆρα τῆς διδασκαλίας ἱστάς· ὁρῶ γὰρ ὅτι μετὰ τὸ πάντα αὐτὸν ἐκπιεῖν, πάλιν διψῶντες ἀναχωρεῖτε. καὶ τοῦτο δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ παντὸς ἐγένετο χρόνου, μάλιστα δὲ ἐκ τῆς παρελθούσης κυριακῆς. ὅτι γὰρ ἀκορέστως ὑμεῖς μετέχετε τῶν θείων λογίων, ἐκείνη μάλιστα ἔδειξεν ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ περὶ τοῦ μὴ δεῖν κακῶς λέγειν ἀλλήλους διελεγόμην· ὅτε καὶ ὑπόθεσιν ὑμῖν κατηγορίας παρεῖχον ἀσφαλεστάτην, παραινῶν τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα λέγειν κακῶς, ἀλλὰ μὴ τὰ ἀλλότρια περιεργάζεσθαι· ὅτε τοὺς ἁγίους παρήγαγον ἑαυτῶν μὲν κατηγοροῦντας, τῶν δὲ ἄλλων φειδομένους· τὸν Παῦλον λέγοντα, Ὅτι ἁμαρτωλῶν πρῶτός εἰμι ἐγὼ, καὶ ὅτι βλάσφημον ὄντα, καὶ διώκτην, καὶ ὑβριστὴν ὁ θεὸς ἠλέησε, καὶ ἔκτρωμα ἑαυτὸν καλοῦντα, καὶ οὐδὲ τῆς τῶν ἀποστόλων προσηγορίας ἄξιον εἶναι νομίζοντα· τὸν Πέτρον λέγοντα, Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι· τὸν Ματθαῖον τελώνην ἑαυτὸν προσαγορεύοντα καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀποστολῆς· τὸν Δαβὶδ βοῶντα καὶ λέγοντα,

Αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆρον τὴν κεφαλήν μου, A
ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ· καὶ τὸν
Ἡσαΐαν ἀποδυρόμενον καὶ θρηνοῦντα, ὅτι Ἀκά-
θαρτός εἰμι, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχω· τοὺς τρεῖς
παῖδας ἐν τῇ καμίνῳ πυρὸς ἐξομολογουμένους
καὶ λέγοντας, ὅτι ἡμάρτομεν καὶ ἠνομήσαμεν καὶ τὰ
προστάγματα τοῦ θεοῦ οὐκ ἐφυλάξαμεν· τὸν
Δανιὴλ καὶ αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἀποδυρόμενον. ὅτε
μετὰ τὸν τῶν ἁγίων κατάλογον τούτων, καὶ μυίας
ἐκάλεσα τοὺς κατηγόρους, καὶ τοῦ παραδείγμα-
τος δικαίαν ἐπήγαγον τὴν αἰτίαν, λέγων, ὅτι κα-
θάπερ ἐκεῖναι τοῖς τραύμασιν ἐπικάθηνται ἀλ-
λοτρίοις, οὕτω καὶ οἱ κατήγοροι τὰ ἀλλότρια B
δάκνουσιν ἁμαρτήματα, νόσον ἐκεῖθεν τοῖς συγ-
γενομένοις συλλέγοντες· μελίττας προσηγό-
ρευον, οὐχὶ νοσήματα συναγούσας, ἀλλὰ κηρία
πηγνυμένας εὐλαβείας μεγίστης, καὶ οὕτω τῷ λει-
μῶνι τῆς ἀρετῆς τῶν ἁγίων ἐφιπταμένας. τότε
δή, τότε τὸν ἀκόρεστον ὑμῶν ἐδείξατε ἔρωτα. ἐπει-
δὴ γὰρ εἰς μῆκος ἡμῖν ὁ λόγος ἐξετάθη, μῆκος ἄπει-
ρον, καὶ ὅσον οὐδέποτε, καὶ πολλοὶ μὲν προσεδόκων
τῷ πλήθει τῶν λεγομένων τὴν προθυμίαν ὑμῖν
σβεσθήσεσθαι, ἐγένετο δὲ τοὐναντίον. μᾶλλον
γὰρ ὑμῖν ἡ καρδία διεθερμαίνετο, μᾶλλον δὲ ἐξή- C
πτετο ὁ πόθος. καὶ πόθεν δῆλον; οἱ κρότοι πρὸς
τῷ τέλει γινόμενοι κρότοι μείζους ἦσαν, καὶ λαμ-
πρότεραι αἱ βοαί· καὶ ταὐτὸν συνέβαινεν, ὅπερ
ἐπὶ τῶν καμίνων. καθάπερ γὰρ ἐκεῖ παρὰ μὲν
τὴν ἀρχὴν οὐ σφόδρα λαμπρὸν ἐστὶ τοῦ πυρὸς
τὸ φῶς, ἐπειδὰν δὲ ἁπάντων ἐπιλάβηται τῶν
ἐπικειμένων ἡ φλόξ, εἰς ὕψος αἴρεται μέγα· οὕ-
τω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς ἡμέρας τότε ἐκείνης τοῦτο συ-
νέβη. παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν οὐ σφόδρα μοι ὁ
σύλλογος οὗτος ἐκεκίνητο· ἐπειδὴ δὲ ὁ λόγος εἰς
μῆκος ἐξετάθη, καὶ πάντων ἐπελάβετο τῶν ὑπο-
κειμένων, καὶ πλείων ἡ διδασκαλία κατεβλήθη, D
τότε δή, τότε ὑμῖν ἐξεκαίετο τῆς ἀκροάσεως ἡ
ἐπιθυμία, καὶ σφοδρότερος ὁ κρότος ἐξερρήγνυ-
το. διὰ τοῦτο, καίτοι ἐλάττω τῶν εἰρημένων παρε-
σκευασμένος εἰπεῖν, ὑπερέβην τότε τὴν συμ-
μετρίαν· μᾶλλον δὲ οὐδέποτε συμμετρίαν
ὑπερέβην ἐγώ. τὴν γὰρ ποσότητα τῆς διδασκα-
λίας οὐ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων, ἀλλὰ τῇ
διαθέσει τῶν ἀκροωμένων μετρεῖν πέφυκα.
ὁ μὲν γὰρ ναυτιῶντας λαβὼν ἀκροατάς, κἂν συ-
στείλῃ τὴν διδασκαλίαν, περιενοχλεῖν δοκεῖ·

Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: & Eſaiam qui lamentatur ac luget: immundus ſum, & immunda habeo labia: tres pueros, qui in camino ignis confitentur, ac dicunt, ſe peccaſſe, legem eſſe tranſgreſſos, neque Dei mandatis paruiſſe: Danielem hoc ipſum deplorantem. Quo tempore tot enumeratis ſanctis iſtis, muſcas etiam accuſatrices aduocaui, ac legitimam exempli cauſſam adiunxi, cum dixi, quemadmodum alienis illæ vulneribus inſident, ſic & accuſatores aliena peccata vellicare, morbumque inde conciliare illis, qui cum ipſis verſantur: apes appellabam, non quæ colligerent ægritudines, ſed quæ ſummæ pietatis fauos concinnarent, ac deinde volantes prato virtutis ſanctorum inſiderẽt: tum nimirum, tum inexplebilem præ vobis amorem tuliſtis. Nam quoniam in prolixitatem ſermo noſter eſt productus, prolixitatem immenſam, & quanta nunquam fuit, ſic vt metuerẽt multi, ne verborum multitudine animi veſtri alacritas extingueretur, contrarium penitus accidit. Amplius enim cor veſtrum incaleſcebat, amplius deſiderium exardeſcebat. Vnde id conſtat? Maiores quidem certe plauſus ſub finem fuerunt, & clariores acclamationes, idemq. accidit quod in fornacibus. Vt enim illic initio quidem non admodum clarum eſt lumen ignis: poſtquam autem ſigna omnia, quæ impoſita fuerant, flamma corripuit, in magnam tollitur altitudinem: ſic & illo die tum temporis hoc euenit. Initio quidem non admodum mihi cõmouebatur hic cœtus: vbi vero longiùs ſermo productus eſt, & omnes argumenti propoſiti partes inuaſit, amplíorque proſeminata doctrina eſt, tum nimirum ad maiorem audiendi cupiditatem exarſiſtis, ac vehementior plauſus erupit. Quo factum eſt, vt tametſi me ad pauciora dicenda comparaueram, tum modum exceſſerim: immo verò nunquam ego modum exceſſi: ſiquidem doctrinæ quantitatem non ex eorum quæ dicuntur multitudine, ſed ex affectu eorum, qui audiunt, ſoleo metiri. Nam qui nauſeantes nactus eſt auditores, licèt doctrinam contraxerit, moleſtiam videtur exhibere:

Cõparatur cum fornacibus cõcio.

qui vero attẽtos ac vigiles, licet produxerit longiùs, ne ita quidē explet cupiditatem: ſed quoniã nonnunquam accidit, vt tanto in populo ſint imbecilles nonnulli, qui ſermonis prolixitatẽ aſſequi minimè poſſunt, ad hoc eos ſtatui cohortari, vt cum audierint, quantum capere poſſunt, & cum acceptis iis quæ ſufficiunt illis, receſſerint (nemo quippe vetat, neque cogit, vt vltra quam vires ipſorum ferant, hic maneant) ne nobis ante tempus finiendi ſermonem neceſſitatem imponant. Nam tu quidẽ expletus es: ſed frater tuus adhuc eſurit: & tu eorum quæ dicta ſunt copia ebrius es: ſed frater tuus adhuc ſitit. Neque tuam imbecillitatẽ grauet ille plura cogendo ſuſcipere, quam ipſius vires ferant: neque cupiditatem eius vexes prohibendo, ne totum quod capere poteſt, admittat. Hoc & in profanis fit menſis: alij citius, alij tardius explentur, & neque illos hi reprehendũt, neque hos illi condemnãt. Verum illic quidem cito recedere laudabile eſt: hic vero cito recedere non laudabile eſt, ſed venia dignum. Illic tardius ceſſare vituperio ac reprehenſioni obnoxium: hic vero tardius recedere laudem & commendationem parit maximam. Quid ita? quod illic quidem tarditas ex ingluuie naſcatur: hic vero ex ſpirituali cupiditate ſacroq; appetitu conſtantia concilietur & patientia. Sed iam ſatis indultum ſit proœmiis: nos vero deinceps ad illud debitum pergemus, quod nobis illo die reliquum fuit. Quid igitur illud fuit, quod tum dicebamus? Vnam ſcilicet tum fuiſſe linguam cunctis hominibus, quemadmodum & naturam vnam, neque vllum fuiſſe vocis alterius, vel alterius linguæ. Vnde igitur tanta ſermonis diuerſitas? Ex negligentia illorum, qui donum acceperant: quorum vtrumque tum diximus, & ex vnitate ſermonis, domini clementiam demonſtrauimus: atque ex diuerſitate ſermonis ingratorum improbitatem ſeruorum. Nam ille quidem etſi præuidiſſet nos donum amiſſuros, tamen largitus eſt: at ij quibus creditum eſt, malitiam ſuam in depoſiti conſeruatione declararunt. Hic igitur vnus eſt defenſionis modus, Deum nos illo dono minimè priuaſſe, verum nos, quæ data fuerant, amiſiſſe. Secundus ab illo eſt,

Non debēt infirmi exigere à concionatore vt breuior ſit.

Vnde originem duxerit diuiſio linguarum.

A ὁ δὲ θερμοὺς καὶ διεγηγερμένους καὶ νήφοντας, κἂν ἐκτείνῃ πρὸς μῆκος, οὐδὲ οὕτω τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπίμπλησιν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ συμβαίνει εἶναί τινας καὶ ἀσθενεῖς ἐν δήμῳ τοσούτῳ, ἀδυνατοῦντας παρακολουθῆσαι τῷ μήκει τοῦ λόγου, ἐκείνοις αὐτοῖς παραινέσαι βούλομαι, ἀκούσαντας ὅσα δύνανται δέξασθαι, καὶ τὰ ἀρκοῦντα λαβόντας ἀναχωρῆσαι (οὐδεὶς ὁ κωλύων, οὐδὲ βιαζόμενος πέρα τῆς οἰκείας μένειν δυνάμεως) τὸν μέντοι λόγον μὴ ἀναγκαζέτωσαν πρὸ τοῦ καιροῦ καὶ τῆς οἰκείας ὥρας συστέλλεσθαι. ἐνεπλήσθης γὰρ σύ· ἀλλ᾽ ὁ ἀδελφός σου ἔτι πεινᾷ. καὶ σὺ B μεθύεις τῷ πλήθει τῶν εἰρημένων, ἀλλ᾽ ὁ ἀδελφός σου ἔτι διψᾷ. μήτε ἐκεῖνος συντριβέτω σου τὴν ἀσθένειαν, ἀναγκάζων πλείω τῆς οἰκείας δέξασθαι δυνάμεως· μήτε σὺ ἐπηρέαζε τῇ ἐκείνου ἐπιθυμίᾳ κωλύων ἅπαν, ὅσον δύναται δέξασθαι, λαβεῖν. τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν γίνεται τραπεζῶν. οἱ μὲν θᾶττον, οἱ δὲ βραδύτερον ἐμπίπλανται, καὶ οὔτε οὗτοι ἐγκαλοῦσιν ἐκείνοις, οὔτε οὗτοι τούτων καταγινώσκουσιν. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μὲν τὸ ταχύτερον ἀποστῆναι, ἐγκώμιον· ἐνταῦθα δὲ τὸ ταχύτερον ἀποστῆναι, οὐ- C χὶ ἐγκώμιον, ἀλλὰ συγγνώμης ἄξιον. ἐκεῖ τὸ βραδύτερον παύσασθαι, κατηγορία καὶ μέμψις· ἐνταῦθα τὸ βραδύτερον ἀποστῆναι, ἔπαινος καὶ εὐφημία μεγίστη. τί δήποτε; ὅτι ἐκεῖ μὲν ἐξ ἀδηφαγίας ἡ βραδύτης γίνεται· ἐνταῦθα δὲ ἐξ ἐπιθυμίας πνευματικῆς καὶ θείας ὀρέξεως ἡ παραμονὴ καὶ ἡ καρτερία συνίσταται. ἀλλὰ τῶν μὲν προοιμίων ἅλις· ἡμεῖς δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὸ χρέος ἐκεῖνο βαδιούμεθα, ὅπερ ἐξ ἐκείνης ἡμῖν ὑπελείφθη τῆς ἡμέρας. τί οὖν τὸ λεγόμενον τότε ἦν; ὅτι μία φωνὴ πᾶσιν ἀνθρώποις D ἦν, καθάπερ καὶ φύσις μία, καὶ οὐδεὶς ἑτερόφωνος, ἢ ἑτερόγλωσσος ἦν. πόθεν οὖν ἡ τοσαύτη διαφωνία; ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας τῶν λαβόντων τὸ δῶρον· ἅπερ ἀμφότερα τότε εἰρήκαμεν, καὶ διὰ τῆς ὁμοφωνίας τὴν τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν δεικνύντες, καὶ διὰ τῆς διαφωνίας τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν οἰκετῶν. ὁ μὲν γὰρ καὶ προειδὼς, ὅτι ἀπολοῦμεν τὸ δῶρον, ὅμως ἔδωκεν· οἱ δὲ ἐμπιστευθέντες, κακοὶ περὶ τὴν παρακαταθήκην ἐγένοντο. εἷς μὲν οὖν ἀπολογίας οὗτος τρόπος, ὅτι οὐχ ὁ θεὸς ἐξέβαλε τῆς δωρεᾶς, ἀλλ᾽ ἡμεῖς ἀπωλέσαμεν τὰ δοθέντα· δεύτερος μετ᾽ ἐκεῖνον,

ὅτι μείζονα τῶν ἀπολωλότων τὰ δοθέντα ὕστερον ἐλάβομεν, ἀντὶ πόνων προσκαίρων ἐτίμησεν αἰωνίῳ ζωῇ, ἀντὶ ἀκανθῶν καὶ τριβόλων τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν βλαστῆσαι παρεσκεύασεν. οὐδὲν ἦν εὐτελέστερον ἀνθρώπου, καὶ οὐδὲν γέγονε τιμιώτερον ἀνθρώπου. τὸ ἔσχατον μέρος τῆς λογικῆς κτίσεως οὗτος ἦν· ἀλλ' οἱ πόδες ἐγένοντο κεφαλή, καὶ εἰς τὸν θρόνον ἀνηνέχθησαν τὸν βασιλικὸν διὰ τῆς ἀπαρχῆς. καθάπερ γὰρ ἄνθρωπός τις φιλότιμος καὶ μεγαλόδωρος, ἰδών τινα ἐκ ναυαγίου διαφυγόντα, καὶ τὸ σῶμα γυμνὸν ἀπὸ τῶν κυμάτων διασῶσαι δυνηθέντα μόνον, δεξάμενος ὑπτίαις ταῖς χερσί, λαμπρὰν περιβάλλοι στολήν, καὶ πρὸς τιμὴν ἀγάγοι τὴν ἀνωτάτω· οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐπὶ τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ἐποίησε. πάντα ἀπέβαλεν, ὅσα εἶχεν, ὁ ἄνθρωπος, τὴν παρρησίαν, τὴν πρὸς θεὸν ὁμιλίαν, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγήν, τὸν ἀταλαίπωρον βίον, καὶ καθάπερ ἐκ ναυαγίου, γυμνὸς ἐκεῖθεν ἐξῆλθεν. ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτὸν δεξάμενος περιέστειλεν εὐθέως, καὶ κατὰ μικρὸν χειραγωγῶν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. καίτοι οὐκ ἦν συγγνώμης τὸ ναυάγιον ἄξιον. οὐ γὰρ παρὰ τὴν τῶν πνευμάτων βίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ πλέοντος ῥαθυμίαν ἅπαν συνέβη τὸ κλυδώνιον τοῦτο. ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο εἶδεν ὁ θεός, ἀλλὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς κατηλέησε, καὶ τὸν ἐν λιμένι παθόντα ναυάγιον, καθάπερ ἐν μέσῳ τῷ πελάγει τοῦτο ὑπομείναντα, οὕτω φιλοφρόνως ἐδέξατο. τὸ γὰρ ἐν παραδείσῳ πεσεῖν, ἐν λιμένι ναυάγιόν ἐστιν ὑπομεῖναι. τί δήποτε; ὅτι οὐδέπω λύπης, οὐδέπω φροντίδος, οὐδὲ πόνων, οὐδὲ μόχθων, οὐδὲ τῶν μυρίων τῆς ἐπιθυμίας κυμάτων ἐπικωμαζόντων τῇ φύσει τῇ ἡμετέρᾳ, ὑπεσκελίσθη καὶ κατέπεσε, καὶ καθάπερ οἱ τὴν θάλατταν πλέοντες κακοῦργοι, μικρῷ σιδήρῳ πολλάκις τὴν ναῦν διατρήσαντες, ἅπασαν ἐπεισάγουσι κάτωθεν τῷ πλοίῳ τὴν θάλατταν· οὕτω δὴ καὶ τότε ἰδὼν τὸ πλοῖον τοῦ Ἀδὰμ ὁ διάβολος, τουτέστι, τὴν ψυχὴν πολλῶν γέμουσαν ἀγαθῶν, ὥσπερ τινὶ σιδήρῳ μικρῷ, τῇ ψιλῇ φωνῇ προσελθὼν καὶ διατρήσας, ἅπαντα ἐκένωσεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ σκάφος αὐτὸ κατέδυσεν. ἀλλ' ὁ θεὸς μείζω τῆς ζημίας τὴν ἐμπορίαν ἐποιήσατο, καὶ πρὸς τὸν θρόνον τὸν βασιλικὸν τὴν φύσιν ἀνήγαγε τὴν ἡμετέραν. διὸ καὶ Παῦλος βοᾷ, λέγων·

A quòd maiora quam fuerant amiſſa, poſtea data ſint nobis, ac pro laboribus temporariis æterna vita nos remuneratus ſit, & effeceritpro ſpinis ac tribulis, vt fructus ſpiritus in animabus noſtris germinaret. Nihil erat homine vilius, & nihil factum eſt homine glorioſius. Erat ille poſtrema pars ratione præditę creaturæ: ſed pedes caput euaſerunt, & in thronum regium per primitias ſunt euecti. Quemadmodum enim ſi homo quiſpiam liberalis ac magnificus, cum viderit aliquem naufragum, qui ſolum corpus nudum ex fluctibus eripere potuit, ſupinis manibus cum

Locus à Theodoreto citatus Dial.

B excipiat, candida veſte indutum in ſummo honoris gradu collocet: ita Deus naturam noſtram tractauit. Omnia quæ habebat homo perdiderat, libertatem loquendi ac fiduciam, conſuetudinem cum Deo, conuerſationem in paradiſo, vitam calamitatis expertem, & tanquam ex naufragio nudus inde exiuerat: ſed Deus illum exceptum confeſtim amicuit, & paulatim manu ductum in cœlum euexit. Atqui non erat venia dignum naufragium. Neque enim ob ventorum im-

C petum, ſed ob ſegnitiem eius, qui nauigabat, tota illa tempeſtas acciderat. Veruntamen ad hoc non reſpexit Deus, ſed eius miſericordiam calamitatis magnitudo commouit, cumque qui in portu naufragiū fecerat, perinde quaſi medio in pelago id paſſus eſſet, benignè ac liberaliter excepit. Si quidem in paradiſo lapſum eſſe, id vero eſt in portu naufragium feciſſe. Quid ita? quia cum nondum triſtitia, nondum ſolicitudo, nec labores, nec ærumnę, nec innumeri fluctus libidinum in naturam noſtram ſæuirent,

In portu naufragiū fecit Adamus.

D ſupplantatus eſt & corruit. Et quemadmodum qui in mari nauigant malefici homines, exiguo ferro nauim ſæpe perforantes totum mare in nauigium ab inferiori parte immittunt: ſic nimirum & nauim Adami cum videret Diabolus, hoc eſt animam multis refertam bonis, accedens tanquam minuto quodam ferro ſimplici voce perforauit, & omnes eius opes exhauſit, ipſamque cymbam ſubmerſit. At Deus effecit, vt lucrum damno mauis eſſet, & ad thronum regium naturam noſtram extulit. quocirca Paulus etiam clamat dicens:

Conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit in dextera ſua in cœleſtibus, vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper nos. Quid ais? Iam res euenit, & finem habet, & dicis: Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus? Nunquid enim oſtendit? Iam quidem oſtendit, ſed non omnibus hominibus, at mihi qui ſum fidelis: infidelis autem miraculum nondum vidit. Tum vero illo die natura omnis humana in medium progreſſa, quod fiet admirabitur, præcipue vero nobis etiam tum manifeſtius erit. Iam enim credimus, ſed non ex æquo miraculum exprimit auditus & viſus. Sed quemadmodum in Regibus dum purpura & diadema, & aureas veſtes ſoliumque regium audimus, admiramur quidem, at multo amplius id nobis accidit cum contractis aulæis ipſum in ſublimi præſidentem cernimus tribunali: Sic & in vnigenito, cum cœlorum viderimus aulæa contracta, & Regem angelorum inde deſcendentẽ à cœleſtibus turmis ſtipatum, tum verò maius miraculum nobis oculorũ miniſtrio apparebit. Cogita namque quale ſit naturam noſtram Cherubinis inuectam intueri, totumque angelicum exercitum illi circumfuſum. Pauli vero ſapientiam quoque mihi conſidera, quam multa nomina conquirat, vt diuinam exprimat benignitatem. Non enim dixit ſimpliciter gratiam, neque ſimpliciter diuitias, ſed quid? abundantes diuitias gratiæ in bonitate. Sed neque ſic tamen exprimere potuit. Et quemadmodum læuia & lubrica corpora licet innumeris manibus teneantur, nobis elabuntur, & facile effugiunt: ſic & Dei benignitatem quantiſcunque nominibus complecti conemur: ne ſic quidem comprehendere poſſumus, ſed verborum noſtrorum imbecillitatem eius magnitudo longo ſuperat interuallo. Quod cum expertus eſſet Paulus & ipſius magnitudine verborum vim cerneret ſuperari, vno prolato verbo diſceſſit. Quodnam illud eſt tandem? Gratia autem Deo ſuper inenarrabili dono eius. Neque enim ſermo vllus, neque mens vlla Dei prouidentiã poſſet exprimere. Propterea hic quidem inenarrabilem illam ait eſſe,

Segnius irritant animos demiſſa per aurem

1.Cor.9.15

A Συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς. τί λέγεις; ἤδη τὸ πρᾶγμα γέγονε καὶ τέλος ἔχει, καὶ λέγεις· ἵνα ἐν τοῖς αἰῶσιν ἐνδείξηται τοῖς ἐπερχομένοις; οὐ γὰρ ἐνεδείξατο; ἐνεδείξατο μὲν ἤδη, ἀλλ' οὐχὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐμοὶ τῷ πιστῷ· ὁ δὲ ἄπιστος οὐδέπω τὸ θαῦμα εἶδε. τότε δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πᾶσα ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις εἰς μέσον ἐλθοῦσα θαυμάσεται τὸ γεγενημένον, ἄλλως τε καὶ ἡμῖν τότε φανερώτερον ἔσται. πιστεύομεν γὰρ

B καὶ νῦν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως τὸ θαῦμα παρίστησιν ἀκοὴ καὶ ὄψις. ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων ἀκούοντες τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα καὶ τὰ χρυσᾶ ἱμάτια καὶ τὸν θρόνον τὸν βασιλικόν, θαυμάζομεν μέν, μειζόνως δὲ τοῦτο πάσχομεν, ὅταν τῶν παραπετασμάτων συνελκυσθέντων ἴδωμεν αὐτὸν ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος προκαθήμενον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς· ὅταν ἴδωμεν τὰ παραπετάσματα τῶν οὐρανῶν συνελκυσθέντα, καὶ καταβαίνοντα τὸν βασιλέα τῶν ἀγγέλων ἐκεῖθεν καὶ δορυφορούμενον ὑπὸ τῶν οὐρανίων δήμων, τότε

C μεῖζον ἀπὸ τῆς ὄψεως τὸ θαῦμα δεχόμεθα. ἐννόησον γάρ μοι, οἷόν ἐστιν ἰδεῖν τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ὀχουμένην, καὶ πᾶσαν αὐτῇ τὴν ἀγγελικὴν περικεχυμένην δύναμιν. σκόπει δέ μοι καὶ τὴν Παύλου σοφίαν, πόσα ὀνόματα ἐπιζητεῖ, ὥστε παραστῆσαι τοῦ θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς τὴν χάριν, οὐδὲ τὸν πλοῦτον ἁπλῶς, ἀλλὰ τί; τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος ἐν χρηστότητι. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἠτόνησε. καὶ καθάπερ τὰ ὀλισθηρὰ τῶν σωμάτων μυρίαις κατεχόμενα χερσὶ,

D διαφεύγει τὰς λαβὰς ἡμῶν, καὶ διολισθαίνει ῥαδίως· οὕτω καὶ τὴν τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν, ὅσοις ἂν αὐτὴν κατάσχωμεν ὀνόμασιν, οὐδὲ οὕτω δυνάμεθα περιλαβεῖν, ἀλλὰ νικᾷ τὸ μέγεθος αὐτῆς ἐκ πολλῆς περιουσίας τῶν ἡμετέρων ῥημάτων τὴν ἀτονίαν. ὅπερ οὖν καὶ Παῦλος παθών, καὶ ἰδὼν ἡττωμένην τῶν ῥημάτων τὴν δύναμιν τοῦ μεγέθους αὐτῆς, ἓν εἰπὼν ῥῆμα ἀπέστη. ποῖον δὲ τοῦτο; Χάρις δὲ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ. οὔτε γὰρ λόγος, οὔτε νοῦς οὐδεὶς παραστῆσαι δυνήσεται τοῦ θεοῦ τὴν κηδεμονίαν. διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἀνεκδιήγητον αὐτὴν εἶναί φησιν,

ἀλλαχοῦ δὲ, καὶ τὸν νοῦν ἡμῶν ὑπερβαίνειν, οὕτω σὶ λέγων· Ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν. ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, δύο μὲν οὖν τέως ἀπολογίας εὑρίσκονται τρόποι· εἷς μὲν, ὅτι οὐχ ὁ θεὸς ἐξέβαλεν, ἀλλ' ἡμεῖς ἀπωλέσαμεν· δεύτερος δὲ, ὅτι πλείω τῶν ἀπολωλότων καὶ μείζονα τὰ δοθέντα ἡμῖν ἀγαθά. βούλομαι δὲ καὶ τρίτον εἰπεῖν. τίς οὖν ἐστιν ὁ τρίτος; ὅτι εἰ καὶ μὴ ἔδωκε μείζω τῶν ἀπολωλότων τὰ μετὰ ταῦτα, ἀλλ' ἀφείλετο μόνον τὰ δοθέντα ἡμῖν, ἡμῶν παρεχόντων τὴν αἰτίαν (τοῦτο γὰρ προσκείσθω) καὶ τοῦτο ἱκανὸν καθ' ἑαυτὸ δεῖξαι τὴν κηδεμονίαν αὐτοῦ τὴν εἰς ἡμᾶς. οὐ γὰρ τὸ δοῦναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀφελέσθαι τὰ δοθέντα, μεγίστης φιλανθρωπίας ἐστί. καὶ, εἰ βούλεσθε, ἐπὶ τοῦ παραδείσου τὸν λόγον γυμνάσωμεν. ἔδωκε τὸν παράδεισον· τοῦτο τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας. ἀνάξιοι τῆς δωρεᾶς ὤφθημεν· τοῦτο τῆς ἡμετέρας ἀγνωμοσύνης. ἀφείλετο τὴν δωρεὰν ἀναξίοις γινομένοις· τοῦτο τῆς αὐτοῦ γέγονεν ἀγαθότητος. καὶ ποία ἀγαθότης, φησὶ, τὸ ἀφελέσθαι τὴν δωρεάν; ἀνάμεινον, καὶ ἀκούσῃ πάντως. ἐννόησον γὰρ τίς ἔμελλεν ὁ Κάϊν ἔσεσθαι, ἐν παραδείσῳ διατρίβων μετὰ τὴν μιαιφονίαν. εἰ γὰρ καὶ ἐκπεσὼν ἐκείνης τῆς διαίτης, εἰ μόχθῳ καὶ πόνῳ καταδικασθεὶς, καὶ τοῦ θανάτου τὴν ἀπειλὴν ἐπηρτημένην ὁρῶν, εἰ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν βλέπων τὴν συμφορὰν, καὶ ἐν χερσὶν ἔχων ἔτι τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ τὰ ἴχνη, καὶ τοσούτοις περιεστοιχισμένος δεινοῖς, εἰς τοσοῦτον ἐξελάκτισε πονηρίας, ὥστ' ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, ἐπιλαθέσθαι τῆς κοινωνίας τῶν ὠδίνων, καὶ τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα σφάξαι, καὶ ἀδελφικοῦ σώματος ἅψασθαι, καὶ αἱμάξαι τὴν δεξιὰν, καὶ τοῦ θεοῦ παραινοῦντος ἡσυχάζειν μὴ ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ὑβρίσαι τὸν πεποιηκότα, ἀτιμάσαι τοὺς γεγεννηκότας, εἰ ἐν παραδείσῳ διέτριβεν ἔτι, σκόπει πρὸς ὅσην ἂν ἤλασε κακίαν. εἰ γὰρ, τοσούτων ἐπικειμένων τῶν χαλινῶν, θανάσιμα ἐσκίρτησε σκιρτήματα, εἰ καὶ τὰ τείχη ταῦτα ἀνῄρητο, ποῦ οὐκ ἂν ἑαυτὸν κατεκρήμνισε; βούλει καὶ ἀπὸ τῆς τούτου μητρὸς μαθεῖν, ὅσον ἀγαθὸν γέγονε τὸ τῆς τοῦ παραδείσου διαίτης ἐκπεσεῖν; ἐξέτασον τίς ἦν ἡ Εὔα πρὸ τούτου, καὶ τίς ἐγένετο μετὰ ταῦτα. πρὸ τούτου μὲν, τὸν ἀπατεῶνα διάβολον, τὸν πονηρὸν δαίμονα ἐκεῖνον ἀξιοπιστότερον εἶναι ἐνόμισε τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων,

A alibi autem & mentem noſtram exuperare, ſic dicens: Pax Dei quæ exuperat omnem mentem cuſtodiet corda veſtra. *Phil. 4. 7.* Sed quod dicebam, duo quidem hactenus defenſionis reperti ſunt modi: vnus quod non Deus eiecerit, ſed nos amiſerimus: ſecundus quod plura quam fuerant à nobis amiſſa in nos collata ſint bona: volo autem & tertium dicere. Quis ergo tertius eſt? quod nimirum licet maiora quam fuerant amiſſa, poſtea non dediſſet, ſed quæ data fuerant, tantum abſtuliſſet, cum nos cauſſam dediſſemus (hoc enim addatur) hoc quoque ſuffeciſſet B vnum ad ipſius prouidentiam & curam erga nos oſtendendam. *Species eſt bonitatis quædam auferre.* Neq; enim quod det tantum, ſed etiam quod quæ data ſunt auferat, maximæ ſpecimen præ ſe fert benignitatis. Ac ſi placet, ex ſermone de paradiſo id oſtendere aggrediamur. Paradiſum dederat, hoc ipſius curæ fuit: indigni hoc munere viſi ſumus, hoc noſtræ fuit improbitatis. Abſtulit munus illis, qui indigni euaſerant: hoc ipſius bonitati tribuendum eſt. Et quę tandem hęc bonitas eſt rem datam auferre? Expecta, & omnino audies. Cogita namque quis futurus fuiſ- C ſet Cain ſi poſt homicidium in paradiſo manſiſſet. Si enim cum ab illa habitatione excidiſſet, ſi ad laborem & ærumnas damnatus, & mortis minas intuens imminentes, ſi cum ante oculos poſitam parentis calamitatem haberet, & obiecta pedibus ſuis iræ Dei veſtigia cerneret, ac tantis malis, circunſeptus eſſet, in tantam erupit improbitatem, vt naturam ignoraret, communionis partus obliuiſceretur, eum, a quo nulla fuerat affectus iniuria, necaret, fraternum ſanguinem funderet, dexteram cruentaret, cũque Deus illum admone- D ret, vt quieſceret, non pareret, ſed conditorẽ ſuũ probro afficeret, parentibus ignominiam inferret, hic ſi in paradiſo verſatus fuiſſet, expende in quantã nequitiam prorupiſſet. Nam ſi tam multis frenis iniectis, tot lethales ſaltus dedit; ſi ſublati obices iſti fuiſſet, quo nõ ſeipſum precipitẽ egiſſet? Vis etiã ex matris huius exẽplo diſcere, quãtũ bonũ extiterit à paradiſi habitatione excidiſſe? *Eua profuit extra paradiſũ fuiſſe.* Scrutare qualis antea eſſet Eua, & qualis poſtea euaſerit. Antea quidẽ deceptorẽ Diabolũ, malignũ illũ dæmonem fide digniorẽ Dei mãdatis exiſtimauit,

A & ſolo arboris aſpectu illecta latam ab illo legem violauit: poſtquam autem excidit paradiſo, quo pacto melior ac modeſtior ſit facta, conſidera. Cum enim filium eſſet enixa, Poſſedi, inquit, hominem per Deum. Ad dominum confeſtim aufugit ea quæ dominum ante contempſerat, neque naturæ rem adſcribit, neque matrimonij legibus partum acceptum fert: ſed naturæ dominum agnoſcit, eique nato iam filio gratias agit: quæque maritum antea in fraudem illexerat, filium etiam erudiuit, eique nomen impoſuit, à quo de Dei munere poſſet admoneri: cumq;

Gen. 4. 25. B alterum rurſus peperiſſet, ait: Suſcitauit mihi Deus ſemen pro Abel, quē occidit Cain. Calamitatis recordatur, neq; fert impatienter mulier, ſed iterū Deo gratias agit, ac filio nomen ex munere diuino imponit, eique perpetuā doctrinæ occaſionem præbet. Ita, dum etiam abſtulit, Deus maiora bona largitus eſt. Paradiſo excidit mulier, ſed ad Dei cognitionem hac eiectione deducta eſt: itaque plus inuenit, quàm perdidit. Quod ſi vtile erat excidere paradiſo, cuius rei gratia paradiſum ab initio dedit Deus? Vtiliter

Cur Deus illud munus dederit. C hoc factum eſt mi homo propter negligentiam noſtram: itaque ſi ſibi cauiſſent illi, ac dominum agnouiſſent, & ſobrij fuiſſent ac modeſti, permanſiſſent in honore: cum autem datum ſibi munus ignominia affeciſſent, tunc vtile fuit, vt eijcerentur. Cur igitur illud initio dedit Deus? Vt ſuam oſtenderet benignitatem, ſeque paratum ſemper eſſe nos ad maiores honores prouehere: nos vero nobis vbique pœnarum & ſuppliciorum auctores ſumus, dum nos ipſos noſtra ſocordia bonis, quę nobis fuerant conceſſa, priuamus. Vt igi-

D tur indulgens pater initio quidem filiū ſuum domi manere ſinit, & paternis omnibus frui bonis: poſtquam autem illum viderit hoc honore fuiſſe deprauatum, arcet à menſa, ac longè à conſpectu ſuo collocat, ſæpenumero etiam ex ipſis paternis ædibus eiicit, vt illis priuatus, & hac contumelia & dedecore melior effectus dignum reditu ſeipſum rurſus efficiat, ac paternam

A καὶ ἀπὸ ψιλῆς ὄψεως τοῦ δένδρου καταπατήσασα τὸν παρ' αὐτοῦ τεθέντα νόμον. ἐπειδὴ δὲ ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου, σκόπει πῶς βελτίων ἐγένετο καὶ σωφρονεστέρα. τεκοῦσα γὰρ υἱόν, φησίν, Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ. ἐπὶ τὸν δεσπότην εὐθέως κατέφυγεν ἡ τοῦ δεσπότου πρὸ τούτου καταφρονήσασα, καὶ οὐχὶ τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα λογίζεται, οὐδὲ νόμῳ γάμου τὸν τόκον ἀνατίθησιν· ἀλλ' οἶδε τὸν τῆς φύσεως δεσπότην, κἀκείνῳ χάριτας ὑπὲρ τῆς τοῦ παιδίου γεννήσεως ὁμολογεῖ. καὶ ἡ πρὸ τούτου τὸν ἄνδρα ἀπατήσασα, ὕστερον καὶ τὸ παιδίον ἐπαίδευε, καὶ ὄνομα ἐπιτί-

B θησιν αὐτῷ τὸ δυνάμενον αὐτὸν εἰς ὑπόμνησιν ἄγειν τῆς τοῦ θεοῦ δωρεᾶς· καὶ πάλιν ἕτερον τεκοῦσα, φησίν· Ἐξανέστησέ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. μέμνηται τῆς συμφορᾶς, καὶ οὐκ ἀποδυσπετεῖ τὸ γύναιον, ἀλλ' εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ πάλιν, καὶ τὸ παιδίον ἀπὸ τῆς δωρεᾶς καλεῖ, διηνεκῆ παρέχουσα αὐτῷ διδασκαλίας ὑπόθεσιν. οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀφελέσθαι μείζονα ἐχαρίσατο ὁ θεὸς ἀγαθά. ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου ἡ γυνή, ἀλλὰ πρὸς θεογνωσίαν ἐχειραγωγήθη διὰ τῆς ἐκβολῆς· ὥστε μείζον εὗ-

C ρεν, ἢ ἀπώλεσε. καὶ εἰ χρήσιμον ἦν, φησί, τὸ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, τίνος ἕνεκεν ἐδίδου παρὰ τὴν ἀρχὴν τὸν παράδεισον ὁ θεός, χρήσιμον τοῦτο διὰ τὴν ῥαθυμίαν, ἄνθρωπε, ἐγένετο τὴν ἡμετέραν· ὡς εἴγε προσεῖχον ἑαυτοῖς ἐκεῖνοι, καὶ τὸν δεσπότην ἐπεγίνωσκον, καὶ σωφρονεῖν ἠπίσταντο καὶ μετριάζειν, ἔμειναν ἂν ἐπὶ τῆς τιμῆς· ἐπειδὴ δὲ ἐξύβρισαν εἰς τὴν δοθεῖσαν δωρεάν, τηνικαῦτα χρήσιμον ἐγένετο τὸ ἐκβληθῆναι. τίνος οὖν ἕνεκεν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἔδωκεν ὁ θεός; ἵνα τὴν οἰκείαν ἐπιδείξηται φιλανθρω-

D πίαν, καὶ ὅτι αὐτὸς μὲν παρεσκεύασται πρὸς μείζονα τιμὴν ἄγειν ἡμᾶς ἀεί· ἡμεῖς δὲ αἴτιοι πανταχοῦ τῆς κολάσεως καὶ τῆς τιμωρίας, ἐκβαλόντες ἑαυτοὺς διὰ ῥαθυμίας τῶν δεδομένων ἡμῖν ἀγαθῶν. καθάπερ οὖν πατὴρ φιλόστοργος παρὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἀφίησιν ἐπὶ τῆς οἰκίας τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ διατρίβειν, καὶ τῶν πατρῴων ἀπολαύειν ἁπάντων· ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ φαῦλον τῇ τιμῇ γεγενημένον, ἀπάγει τῆς τραπέζης, καὶ πόρρωθεν τῆς οἰκείας ὄψεως καθίστησι, πολλάκις δὲ καὶ αὐτῆς ἐκβάλλει τῆς πατρῴας οἰκίας, ἵνα ἐκπεσὼν ἔξω, καὶ βελτίων γενόμενος ταῖς ὕβρεσι ταύταις καὶ ταῖς ἀτιμίαις, ἄξιον ἑαυτὸν ἀποφήνῃ τῆς ἐπανόδου πάλιν, καὶ τὸν πατρῷον

διαδέξηται κλῆρον· οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἐποίησεν. ἔδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τὸν παράδεισον· ἀνάξιον φανέντα ἐξέβαλεν, ἵνα διὰ τῆς ἔξω διατριβῆς καὶ τῆς ἀτιμίας βελτίων γενόμενος καὶ σωφρονέστερος ἄξιος φανῇ τῆς ἐπανόδου πάλιν. ἐπεὶ τοίνυν μετὰ ταῦτα βελτίων ἐγένετο, ἐπανάγει πάλιν αὐτὸν, καί φησι· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. ὁρᾷς ὅτι οὐ τὸ δοῦναι τὸν παράδεισον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκβαλεῖν τοῦ παραδείσου, τῆς μεγίστης κηδεμονίας ἦν; εἰ μὴ γὰρ ἐξέπεσε τοῦ παραδείσου, οὐκ ἂν ἐφάνη τοῦ παραδείσου πάλιν ἄξιος. τοῦτον τοίνυν διαπαντὸς τηρῶμεν τὸν λόγον, τοῦτον καὶ ἐπὶ τῆς προκειμένης, εἰ βούλεσθε, γυμνάσωμεν ὑποθέσεως. ἔδωκε φωνὴν κοινὴν ἅπασι. τοῦτο τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. οὐκ ἐχρήσαντο εἰς δέον ἐκεῖνοι τῷ δώρῳ, ἀλλὰ πρὸς ἄνοιαν ἐξέκλιναν ἐσχάτην· ἀφεῖλεν τὸ δοθὲν πάλιν. εἰ γὰρ ἐπειδὴ γλῶτταν εἶχον μίαν, εἰς τοσαύτην ἐξέπεσον ἄνοιαν, ὡς βουληθῆναι πύργον ἕως τοῦ οὐρανοῦ οἰκοδομῆσαι, εἰ μὴ παραχρῆμα ἐκολάσθησαν, ἆρα οὐκ ἂν ἐπεθύμησαν καὶ αὐτῆς τοῦ οὐρανοῦ τῆς κορυφῆς ἐπιλαβέσθαι; τί γὰρ, εἰ καὶ ἀδύνατον ἦν ἐκείνοις, ἀλλ' ὅμως ἐκ τῆς προθέσεως τὰ τῆς ἀσεβείας αὐτοῖς ἀπηρτίζετο. ἅπερ ἅπαντα προορῶν ὁ θεὸς, ἐπειδὴ εἰς δέον οὐκ ἐχρήσαντο τῇ ὁμοφωνίᾳ, εἰς δέον αὐτοὺς διαιρεῖ τῇ διαφωνίᾳ. καὶ σκόπει μοι τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ. Ἰδοὺ, φησι, φωνὴ μία πᾶσι, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι. τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως ἦλθεν ἐπὶ τὸ διατεμεῖν τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ πρότερον ἀπολογεῖται, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ κρίνεσθαι μέλλων; (καίτοιγε οὐδεὶς αὐτῷ ἐρεῖ, τί ἐποίησας; ἀλλὰ κύριός ἐστι πάντα ποιεῖν ὅσα βούλεται). ἀλλ' ὅμως καθάπερ μέλλων εὐθύνας ὑπέχειν, οὕτως ἀπολογίας τίθησιν, ἡμᾶς διδάσκων ἡμέρους εἶναι καὶ φιλανθρώπους. Εἰ γὰρ ὁ δεσπότης τοῖς δούλοις ἀπολογεῖται, καὶ ταῦτα ἠδικηκόσι, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς ἀλλήλοις ἀπολογεῖσθαι χρὴ, κἂν τὰ μέγιστα ὦμεν ἠδικημένοι. ὅρα γοῦν πῶς ἀπολογεῖται· Ἰδοὺ χεῖλος ἓν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι, φησι, καὶ τοῦτο ἤρξαντο ποιῆσαι. ὡσανεὶ ἔλεγε. μηδεὶς ἐγκαλείτω μοι ταῦτα τὴν γλῶτταν διατεμνομένην ὁρῶν, μηδεὶς ἐξ ἀρχῆς νομιζέτω τὴν διαφωνίαν ταύτην τοῖς ἀνθρώποις συγκαταβεβλῆσθαι. ἰδοὺ χεῖλος ἕν, καὶ μία φωνὴ πᾶσιν. ἀλλ' οὐκ ἐχρήσαντο εἰς δέον τῇ δωρεᾷ.

A cernat hæreditatem, ita quoque fecit Deus. Paradiſum homini dedit: cum ſe indignum oſtendiſſet, eiecit, vt externa illa habitatione ignominiáque melior effectus ac modeſtior, dignus reditu appareret. Quoniam igitur poſtea reſipuerat, reuocat illum rurſus: & ait: Hodie mecum eris in paradiſo. Vides non quod dederit paradiſum, ſed quod eiecerit è paradiſo maximæ curæ ſpecimen extitiſſe? niſi enim paradiſo excidiſſet, paradiſo dignus rurſus non apparuiſſet. Hunc igitur ſermonem perpetuo memoria teneamus, hunc & in argumento propoſito, ſi lu- B bet, ventilemus. Communem omnibus linguam dedit: hoc eius fuit benignitatis. Non vſi ſunt illi dono vt opus fuit, ſed in extremam dementiã ſunt prolapſi; quod datum fuerat, rurſus abſtulit. Si enim quod vnam linguã haberent, in tantam inſaniam inciderunt, vt turrim ad cœlos vſque pertinentem ædificare vellent, niſi ſtatim puniti fuiſſent, nonne ipſum quoque cœlorum faſtigium occupare cupiuiſſent? Licet enim illis eſſet impoſſibile, tamen ſi animi ſpectes propoſitum, ſcelus illud impiũ admiſerũt. Quæ omnia cum præuidiſ- C ſet Deus, quandoquidem linguæ concordia non vt oportuit vſi erant, diſſidio linguarũ, vt oportuit, illos diuidit. Ac mihi clementiam ipſius velim conſideres. Ecce, inquit. vox vna omnibus, & hoc facere cœperũt. Quam ob cauſſam non ſtatim eo deuenit, vt linlinguam diuideret, ſed prius ſe excuſat, quaſi in iudicio cauſſam dicturus: tametſi nemo illi dicturus eſt, Quid feciſti? ſed in poteſtate ſitum eſt ipſius, vt cuncta, quæ voluerit, faciat. Attamen quaſi rationẽ redditurus ita excuſationem ac defenſionẽ inſtituit, vt nos do- D ceat humanitatẽ & clementiã exercere. Nam ſi dominus ſeruis ſe excuſat, atq; illis qui iniuria ipſum affecerant: multo magis nos mutuo excuſare oportet, licet vel maxima fuerimus iniuria læſi. Vide quæſo, quo pacto ſe excuſet: Ecce labium vnũ, & vox vna omnibus, inquit, & hoc facere cœperunt. Quaſi diceret: Nemo mihi vitio vertat iſta, cum diuiſam linguam viderit, nemo diuerſitatem hanc linguarum ab initio fuiſſe inſertam hominibus arbitretur. Ecce labiũ vnum, & vox vna omnibus: ſed non vſi ſunt dono, vt oportuit.

Cur non acciderit ſtatim diuiſio linguarum.

Atque vt intelligas eum non tam quod factum fuerat punire, quàm quod futurum erat præuia cautione corrigere, audi quid adiungat: Et nunc non deficient ab illis omnia, quæcunque conati fuerint facere. Horum autem verborum hæc eſt ſententia. Niſi iam pœnas dent, & ab ipſa peccatorum radice refrænentur, nullum facient finem ſcelera perpetrandi. Hoc enim ſibi volunt illa verba, Non deficient ab illis omnia, quæcunque conati fuerint facere. Quaſi diceret: Alia quoque maiora ſcelera adiicient. Talis enim res eſt malitia: ſi cum primum initium duxerit, non cohibeatur, tanquam ignis arida ligna corripiens, ſic in immenſam aſſurgit altitudinem. Vides hoc ipſum quoque benignitatis fuiſſe non mediocris, quod vnitatem vocis abſtulerit? Diſſidiũ quippe linguarũ inuexit, ne in maiorẽ improbitatẽ laberentur. Hunc mihi ſermonem memoria tenete, nec vnquam elabi ex ea ſinite, Deum nimirum non modo cum afficit beneficiis, ſed etiã cum punit, bonum eſſe ac benignum. Nam & ipſius pœnæ ac ſupplicia beneficiorũ eius ſunt pars maxima, & prouidẽtiæ genus maximũ. Cũ ergo famẽ, peſtes, aëris ſiccitates, imbres cõtinuos, & aëris inæqualitates, vel aliud quippiã videris, quo genus humanum puniatur, ne ęgrè feras, neque indigneris, ſed adora rerũ illarũ auctorem, atq; illũ curę ac ſollicitudinis nomine commenda. Ille quippe eſt, qui hæc omnia peragit, & corpus caſtigat, vt anima emendetur. An vero Deus hæc peragit? dicet aliquis. Ille verò hæc peragit; quãuis ciuitas omnis adeſſet, quãuis vniuerſus orbis terrarum, hoc dicere me nõ pigebit. Atq; vtinã tibia clarior mihi vox eſſet, atque in ſublimi loco poſſem conſiſtere, atque omnibus proclamare ac teſtificari Deum iſta præſtare. Neque præ nimia arrogantia hæc à me dicuntur, ſed aſſiſtentem habeo prophetam mecum clamãtem ac dicentẽ: quia non eſt malitia in ciuitate, quã non fecerit Dominus: eſt autẽ nomẽ æquiuocũ malitia, & vtriuſq. appellationis volo vos exactam ſignificationẽ ediſcere, ne forte propter dictionis ambiguitatẽ naturam confundentes rerum, in blaſphemiam incidatis. Eſt igitur malitia, quæ verè malitia eſt, fornicatio, adulterium, auaritia, & innumera mala, quæ ſummis criminibus ſuppliciiſque ſunt digna.

Gen. 11. 6.

Malum initio cohibendum & principiis obſtãdum eſt.

Amos. 3. 6.

καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ τὸ γινόμενον κολάζει τοσοῦτον, ὅσον τὸ μέλλον προδιορθοῦται, ἄκουσον τῆς ἐπαγωγῆς· Καὶ νῦν οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιῆσαι. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· ἐὰν μὴ δῶσι δίκην νῦν, καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης αὐτῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀναχαιτισθῶσιν, οὐ στήσονται τῆς πονηρίας οὐδαμοῦ. τοῦτο γάρ ἐστιν, οὐ μὴ ἐκλείψῃ ἐξ αὐτῶν πάντα, ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιῆσαι. ὡσανεὶ ἔλεγε, καὶ ἕτερα προσθήσουσι μείζονα ἁμαρτήματα. τοιοῦτον γὰρ ἡ πονηρία, ὅταν ἀρχὴν λαβοῦσα μὴ κωλυθῇ, καθάπερ πῦρ ὕλης ἐπιλαβόμενον, οὕτω πρὸς ὕψος αἴρεται ἄφατον. ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸ ἀφελέσθαι τὴν ὁμοφωνίαν φιλανθρωπίας ἔγεμε πολλῆς; ἐνέβαλε γὰρ αὐτοὺς εἰς διαφωνίαν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς πονηρίαν μείζονα. τοῦτον δή μοι διατηρεῖτε τὸν λόγον, καὶ πεπηγὼς ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἔστω καὶ ἀκίνητος, ὅτι οὐκ εὐεργετῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κολάζων, ἀγαθός ἐστι καὶ φιλάνθρωπος ὁ θεός. καὶ γὰρ αἱ κολάσεις αὐτοῦ καὶ αἱ τιμωρίαι μέγιστον εὐεργεσίας μέρος, μέγιστον προνοίας εἶδός εἰσιν. ὅταν οὖν ἴδῃς λιμοὺς γινομένους, καὶ λοιμοὺς, καὶ αὐχμοὺς, καὶ ἐπομβρίας, καὶ ἀέρων ἀνωμαλίας, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων τῶν κολαζόντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, μὴ δυσχεράνῃς, μηδὲ ἀποδυσπετήσῃς, ἀλλὰ προσκύνησον τὸν ποιοῦντα, θαύμασον αὐτὸν τῆς κηδεμονίας. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ ταῦτα ποιῶν, καὶ τὸ σῶμα κολάζων, ἵνα τὴν ψυχὴν σωφρονίσῃ. καὶ ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ, φησίν; ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ· κἂν ἡ πόλις παρῇ πᾶσα, κἂν ἡ οἰκουμένη πᾶσα, οὐκ ὀκνήσω τοῦτο εἰπεῖν. εἴθε μοι καὶ σάλπιγγος ἦν φωνὴ λαμπροτέρα, καὶ ἐν ὑψηλῷ στῆναι χωρίῳ δυνατὸν ἦν, καὶ πᾶσι βοῆσαι καὶ διαμαρτύρεσθαι, ὅτι ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ. οὐκ ἐξ ἀπονοίας ταῦτα λέγω, ἀλλ' ἔχω παρεστῶτα τὸν προφήτην μετ' ἐμοῦ βοῶντα καὶ λέγοντα· Ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε· κακία δὲ ὁμώνυμόν ἐστιν ὄνομα· καὶ τῆς προσηγορίας ἑκατέρας βούλομαι τὴν ἀκριβῆ μαθεῖν ὑμᾶς σημασίαν, ἵνα μὴ διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῶν πραγμάτων συγχέοντες τὴν φύσιν, εἰς βλασφημίαν ἐμπέσητε. ἔστι τοίνυν κακία, ἡ ὄντως κακία, πορνεία, μοιχεία, πλεονεξία, καὶ τὰ μυρία δεινὰ τὰ ἐσχάτων ὄντα ἐγκλημάτων ἄξια καὶ τιμωριῶν.

A πάλιν ἐστὶ κακία, μᾶλλον δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ λέγεται, λιμός, λοιμός, θάνατος, νόσος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ οὐκ ἂν εἴη κακά. διὰ τοῦτο εἶπον, λέγεται μόνον. τί δήποτε; ὅτι εἰ κακὰ ἦν, οὐκ ἂν ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτια ἐγένετο, σωφρονίζοντα τὴν ἀπόνοιαν, ἐκτινάσσοντα τὴν ῥᾳθυμίαν, καὶ πρὸς σπουδὴν ἐπανάγοντα, προσεκτικωτέρους ποιοῦντα. Ὅτε γὰρ, φησὶν, ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, τότε ἐξεζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον, καὶ ὤρθριζον πρὸς τὸν θεόν. κακίαν οὖν ταύτην φησὶ τὴν σωφρονίζουσαν, τὴν λαμπροτέρους ποιοῦσαν, τὴν σπουδαιοτέρους ἐργαζομένην, τὴν πρὸς φιλοσοφίαν ἐπανάγουσαν, οὐκ ἐκείνην τὴν διαβεβλημένην, καὶ
B ἐγκλημάτων ἀξίαν. ἐκείνη γὰρ οὐ θεοῦ ἔργον, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως εὕρεμα· αὕτη δὲ πρὸς τὴν ἐκείνης ἀναίρεσιν γίνεται. κακίαν οὖν ταύτην καλεῖ τὴν κάκωσιν, τὴν ἐκ τῶν τιμωριῶν γινομένην ἡμῖν· οὐ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀνθρώπων, οὕτως αὐτὴν ὀνομάζων. ἐπειδὴ γὰρ κακίαν καλεῖν εἰώθαμεν, οὐ τὰς κλοπὰς καὶ τὰς μοιχείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφορὰς, ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ψήφου· οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε. τοῦτο οὖν ἐστιν ὅ φησιν ὁ προφήτης,
C ὅτι οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν κύριος οὐκ ἐποίησε. τοῦτο καὶ διὰ Ἠσαΐου προεδήλωσεν ὁ θεὸς εἰπών· Ἐγὼ θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· κακὰ πάλιν, τὰς συμφορὰς ὀνομάζων. ταύτην καὶ ὁ Χριστὸς τὴν κακίαν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αἰνίττεται, οὕτω λέγων τοῖς μαθηταῖς· Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς, τουτέστιν, ἡ κάκωσις, ἡ ταλαιπωρία. πανταχόθεν οὖν δῆλον, ὅτι κακίαν ἐνταῦθα τὰς τιμωρίας καλεῖ, καὶ ταύτας ἡμῖν αὐτὸς ἐπάγει, μέγιστον προνοίας εἶδος παρεχόμενος. καὶ γὰρ ὁ ἰατρὸς, οὐχ ὅταν εἰς παραδείσους καὶ λειμῶνας ἐξαγάγῃ τὸν κάμνοντα, θαυμαστός ἐστι μόνον, οὐδ' ὅταν
D εἰς βαλανεῖα καὶ κολυμβήθρας ὑδάτων, οὐδ' ὅταν τράπεζαν παραθῇ πλουσίαν, ἀλλὰ καὶ ὅταν ἄσιτον κελεύῃ διαμένειν, καὶ ὅταν ἄγχῃ λιμῷ καὶ δίψῃ κατατείνῃ, τῇ κλίνῃ προσηλῶν, καὶ τὴν οἰκίαν δεσμωτήριον ποιούμενος, καὶ αὐτοῦ τοῦ φωτὸς ἀποστερῶν καὶ συσκιάζων πανταχόθεν τὸ δωμάτιον παραπετάσμασι, καὶ ὅταν τέμνῃ, καὶ ὅταν καίῃ, καὶ ὅταν πικρὰ προσάγῃ φάρμακα, ἰατρός ἐστιν ὁμοίως. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον ἐκεῖνον μὲν τοσαῦτα ἐργαζόμενον κακὰ ἰατρὸν καλεῖν, τὸν δὲ θεὸν, εἴ ποτε ἓν τούτων ποιήσειεν, ἢ λιμὸν ἢ θάνατον ἐπα-

Rurſus eſt malitia, vel potius non eſt, ſed dicitur malitia, fames, peſtis, mors, ægritudo, & alia eiuſmodi. Hæc enim verè non ſunt mala. propterea dixi tantum appellari. Quid ita? Quod ſi mala eſſent, bonorum nobis cauſſæ non eſſent, dum arrogantiam reprimunt, torporem excutiunt, & ad diligentiam incitant, dum attentiores nos reddunt. Cum enim, in- *Pſal. 97.,8*
quit, occideret eos, tunc quærebant eum: & diluculo veniebant ad Deum. Malitiam igitur hanc dicit, quæ corrigit, quæ reddit illuſtres, quæ diligentiores efficit, quæ philoſophiam inſerit, non illam accuſationi & reprehenſioni obnoxiam. Nam illa Dei opus non eſt, ſed noſtræ voluntatis inuentum: hæc autem ad illam tollendam inſtituta eſt. Malitiam igitur hanc appellat afflictionem, quæ nobis ex ſupplicijs oritur, non ex ſua natura, ſed ex hominum opinione tale illi nomen imponens. Nam quoniam malitiam ſolemus vocare non furta ſolum & adulteria, ſed etiam calamitates, ex hominum ſententia ita rem appellauit. Hoc igitur eſt, quod ait propheta,
quia non eſt malitia in ciuitate, quam *Amos 3. 6.*
non fecerit Dominus. Hoc etiam per Eſaiam antea ſignificauit Deus,
cum dixit: Ego Deus faciens pacem, *Eſa. 45 7.*
& creans mala: mala rurſus calami- *Matt. 6. 34*
tates appellans. Hanc etiam Chriſtus malitiam in euangelijs ſubindicat, cum diſcipulis ita dicit: Sufficit diëi malitia ſua, hoc eſt afflictio, miſeria. Liquet igitur vndique malitiam hic eum pœnas appellare, quas & ipſe nobis dum infert, maximum ſuæ curæ ac prouidentiæ genus exhibet. Nam & medicus, non cum ægrum in hortos ac prata deducit, laudandus eſt tantum, nec cum in balnea, & piſcinas aquarum, nec cum opiparam menſam apponit, ſed & cum ieiunum iubet manere, cum fame torquet & ſiti excruciat, cum lecto affigit, & domum conuertit in carcerem, cum ipſo lumine illum priuat, ac domum vndique tapetibus obumbrat, cum ſecat & vrit, cum acerba porrigit medicamenta, ex æquo medicus eſt. Annon igitur abſurdum eſt, illum tot malis illatis medicum vocare, Deum vero, ſi quid tale præſtiterit, exempli cauſſa, ſi famem aut mortem inuexerit,

Comparatio à medico ſumpta qui vrit & ſecat

blaſphemare, atque illi curam vniuerſi detrahere? Atqui verus medicus eſt ipſe ſolus & animarum & corporum. Quocirca ſæpenumero naturam noſtram ex nimia proſperitate inſultantẽ deprehendens, & cui iam peccatorum febris ingrueret, egeſtate, fame, morte, ac cæteris ærumnis aliiſque medicamentis ſibi notis ab ægritudine illam liberat. Atqui pauperes ſoli famem ſentiunt, inquit: Sed non ſola fame caſtigat, verum aliis quoque innumeris. Ac paupertate quidem preſſum ſæpe fame vexatum emendauit: diuitem autem, & opibus abundantem periculis, morbis, acerbis funeribus. Solers enim eſt, eique varia ſuppetunt ſalutis noſtræ medicamenta. Ita quoque faciunt iudices: non honoribus tantum afficiunt, & coronant vrbium incolas, neque dona tantum largiuntur, ſed & ſæpenumero puniunt. Propterea gladius illorum exacuitur, & barathra parantur, & rota, & equulei, & carnifices, & alia innumera genera ſuppliciorum. Quod igitur eſt apud iudices carnifex, hoc apud Deum eſt fames, quæ tanquã carnifex nos caſtigat, & à vitio reuocat. Idem & in agricolis cernere licet. Non enim tantum radicem obtegunt vitis, neque circunuallãt ſæpibus, ſed etiam amputant, & multos palmites reſecant. Idcirco non ligonem tantũ habent illi, ſed & falcem aptam ad ſecandũ. Attamen illos non reprehendimus, ſed & illos tum maximè laudamus, cũ inutilia multa viderimus ab illis reſecta, vt ſuperfluis reiectis, quę remanent ſaniora reddantur. An non igitur abſurdũ eſt, patrem quidem, & medicũ, & iudicem, & agricolam approbare, ac neq; illum dum filium pellit ex ædibus, neq; medicum dum torquet ægrotũ, neque iudicem dum caſtigat, neque agricolã dum amputat, reprehendere vel accuſare: Deum verò ſi quando nos tanquã capitis grauedine laborantes ex nimia excitare velit ebrietate, quã malitia ingenerat, carpere, & innumeris impetere criminationibus? quis non extremæ dementiæ iudicet eſſe, non eandẽ permittere domino cauſſã ſuã defendendi facultatem, quã conſeruis noſtris permittimus? Hæc à me idcirco dicuntur, quod eorum ipſorum cauſſa formidẽ, qui crimini vertunt, ne fortè aduerſus ſtimulos calcitrantes, pedes cruentent,

Comparatur cum iudicibus Deus puniens.

ſed videri quidem, at magnam Pauli & Petri ſapientiam, & inter ipſos mutuam beneuolentiam præ ſe ferre. Interim tamen hanc, quæ talis videtur eſſe, accuſationem audiamus. *Cum autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtitit.* Quam ob cauſſam? *Quia reprehenſus erat.* Quodnam autem genus eſt reprehenſionis? *Prius enim, quã venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: quum autem veniſſent, ſubtrahebat, & ſegregabat ſe, timens eos, qui ex circunciſione erant.* Quid ais? timidus Petrus, & parum ſtrenuus? annon idcirco Petrus eſt appellatus, quod immobilem haberet fidem? Quid agis mi homo? reuerere nomen, quod diſcipulo impoſuit Dominus. Timidus Petrus & parum ſtrenuus? & quis hoc ab vllo ſinat affirmari? Non hæc de illo teſtari poteſt Hieroſolyma, primumque illud theatrum & eccleſia, in quam primus proſiliit, & beatam illam vocem primus emiſit ac dixit: Hunc Ieſum Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. Et rurſus: Non enim Dauid aſcendit in cœlum. dicit autem ipſe, inquit: Dixit Dominus domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. An ergo timidus eſt iſte ac parum ſtrenuus? qui tanto metu, tantiſque periculis impendentibus tanta cum fiducia ad illos ſanguine paſtos canes, ardentes ira, cædem adhuc ſpirantes eſt ingreſſus, ac dixit eum, qui ab ipſis fuerat crucifixus, & reſurrexiſſe à mortuis, & in cœlo verſari, ad Patris dexterã ſedere, ac malis innumeris inimicos ſuos obruere? Non tu illum potius quæſo miraris, & in cœlum effers, quod os diducere, quod labra aperire, quod ſtare, quod comparere ſolus cum illis potuerit, qui eum crucifixerant? Quis enim ſermo, quæ mens fiduciam, quam illo die præ ſe tulit, ac loquendi libertatem exprimere poterit? Nulla omnino. Si enim ante paſſionem conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtũ, extra ſynagogã fieret: poſt paſſionem & ſepulturã audientes eum, non qui Chriſtum cõfiteretur ſolum, ſed & totam ſimul diſpenſationem ſumma cõſtantia prędicaret, quo pacto non dilacerarunt, & membratim conciſũ diuiſerunt eum omnes, qui primus ipſorum furori fuerat auſus reſiſtere?

Actor. 2. 24. & 34.

Ioan 9. 22.

A ἀλλὰ δοκεῖ μὲν εἶναι, μεγάλην δὲ καὶ τοῦ Παύλου καὶ τοῦ Πέτρου σοφίαν καὶ εὔνοιαν πρὸς ἀλλήλους ἐπιδείκνυται. πλὴν τέως αὐτῆς τῆς δοκούσης εἶναι κατηγορίας ἀκούσωμεν. Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην. διὰ τί; ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς καταγνώσεως; πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπέστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς. τί λέγεις; δειλὸς ὁ Πέτρος καὶ ἄνανδρος; οὐ διὰ τοῦτο Πέτρος ἐκλήθη, ἐπειδὴ ἄσειστος ἦν κατὰ τὴν πίστιν; τί ποιεῖς, B ἄνθρωπε; αἰδέσθητι τὴν προσηγορίαν τοῦ δεσπότου, ἣν ἔθηκε τῷ μαθητῇ. δειλὸς ὁ Πέτρος καὶ ἄνανδρος; καὶ τίς σου ταῦτα ἀνέξεται λέγοντος; οὐ ταῦτα συνοίδεν αὐτῷ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο θέατρον, καὶ ἡ ἐκκλησία, εἰς ἣν πρῶτος ἐπεπήδησε, καὶ τὴν μακαρίαν ἐκείνην πρῶτος ἀφῆκε φωνὴν, καὶ εἶπε· Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ θεὸς, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου. καὶ πάλιν, Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, αὐτὸς δὲ λέγει, φησὶν, εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ C τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. ὁ τοιοῦτος, εἰπέ μοι, δειλὸς καὶ ἄνανδρος; ὁ τοσούτου φόβου καὶ τοσούτων κινδύνων ἐπικρεμαμένων, μετὰ τοσαύτης παῤῥησίας, πρὸς τοὺς αἱμοβόρους κύνας ἐκείνους, καὶ τῷ θυμῷ ζέοντας ἔτι, καὶ φόνου πνέοντας εἰσελθὼν καὶ εἰπὼν, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀνέστη, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστι, καὶ ἐκ δεξιῶν κάθηται τοῦ πατρὸς, καὶ μυρίοις τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ περιβάλλει κακοῖς; ὅτι γὰρ διάραι στόμα, ὅτι γὰρ ἀνοῖξαι χείλη, ὅτι στῆναι, ὅτι φανῆναι μόνον μεταξὺ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν ἴσχυσεν, οὐ θαυ- D μάζεις αὐτὸν καὶ στεφανοῖς, εἰπέ μοι; ποῖος γὰρ λόγος, τίς διάνοια τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ τὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ τὴν ἐλευθεροστομίαν παραστῆσαι δυνήσεται; οὐκ ἔστιν οὐδείς. Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ σταυροῦ συνέθεντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγον ποιεῖν, μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ταφὴν ἀκούοντες οὐχὶ Χριστὸν ὁμολογοῦντος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκονομίαν μετὰ πάσης φιλοσοφίας ἀνακηρύττοντος, πῶς οὐ διεσπάσαντο, καὶ μεληδὸν αὐτὸν διείλοντο πάντες, πρῶτον πάντων τῆς μανίας αὐτῶν καταλμήσαντα.

ὃ γὰρ

τὸ γὰρ δὴ μέγα τοῦτό ἐστιν, οὐχ ὅτι Χριστὸν ὡμολόγησεν, ἀλλ' ὅτι πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, μηνιομένων αὐτῶν καὶ οἰδούντων ἀπὸ τοῦ φόνου, ὡμολόγησε μετὰ παρρησίας. ὥσπερ οὖν ἐν πολέμῳ καὶ παρατάξει, φάλαγγος συμπεφραγμένης, ἐκεῖνον μάλιστα θαυμάζομεν τὸν πρὸ τῶν ἄλλων πηδῶντα, καὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς διαῤῥηγνῦντα (οὐ γὰρ δὴ τούτου μόνου, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ὑφ' ἑτέρων γινομένων κατορθωμάτων οὗτος ἂν εἴη πάντων αἴτιος, ὁ τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν εἴσοδον παρασχών) οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Πέτρου λογίζεσθαι χρὴ, ὅτι πρῶτος εἰσελθὼν, καὶ τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος τῆς Ἰουδαϊκῆς διαῤῥήξας, καὶ τὴν μακρὰν ἐκείνην δημηγορίαν κατατείνας, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποστόλοις ἔδωκεν εἴσοδον. κἂν Ἰωάννης, κἂν Ἰάκωβος, κἂν Παῦλος, κἂν ἄλλος ὁστισοῦν μετὰ ταῦτα μέγα τι ποιῶν φαίνηται, ἁπάντων οὗτος πλεονεκτεῖ, ὁ προοδοποιήσας αὐτῶν τῇ παρρησίᾳ, καὶ διανοίξας τὴν εἴσοδον, καὶ δοὺς αὐτοῖς, καθάπερ ποταμῷ πολλῷ φερομένῳ ῥεύματι, μετὰ πολλῆς ἀδείας ἐπεισελθεῖν, καὶ τοὺς μὲν ἐναντιουμένους παρασύρειν, τῶν δὲ μετ' εὐνοίας ἀκουόντων τὰς ψυχὰς ἄρδειν διηνεκῶς. ἆρ' οὖν μετὰ τὸν σταυρὸν τοιοῦτος; πρὸ δὲ τοῦ σταυροῦ οὐ πάντων θερμότερος; οὐχὶ τὸ στόμα τῶν ἀποστόλων ἦν; οὐχὶ πάντων σιγώντων αὐτὸς ἐφθέγγετο; Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν ὁ Χριστός; καὶ οἱ μὲν, Ἠλίαν ἔλεγον· οἱ δὲ, Ἱερεμίαν· οἱ δὲ, ἕνα τῶν προφητῶν· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε, φησιν, εἶναι; Εἶτα ἀποκριθεὶς Πέτρος εἶπε· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. ὑμεῖς, εἶπε, καὶ ἀντὶ πάντων αὐτὸς ἐφθέγξατο. ὥσπερ γὰρ τὸ στόμα ἀντὶ παντὸς τοῦ σώματος φθέγγεται, οὕτως ἡ γλῶττα τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἦν, καὶ ἀντὶ πάντων αὐτὸς ἀπεκρίνατο. ἆρ' οὖν ἐνταῦθα μόνον τοιοῦτος, ἀλλαχοῦ δὲ καθυφίησι τῆς σπουδῆς; οὐδαμῶς. ἀλλὰ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι τὴν αὐτὴν ἐμφαίνει θερμότητα· καὶ γὰρ εἰπόντος τοῦ Χριστοῦ, Παραδώσουσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μαστιγώσουσι, καὶ σταυρώσουσιν, αὐτός φησιν· ἵλεώς σοι, κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. μὴ γὰρ δὴ τοῦτο ἐξετάσωμεν, ὅτι ἀπερίσκεπτος ἡ ἀπόκρισις· ἀλλ' ὅτι γνησίου πόθου ἦν καὶ ζέοντος. πάλιν ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ μετεμορφώθη·

A Hoc enim demum eſt eximium, non quod fuerit Chriſtum confeſſus, ſed quod ante cæteros omnes, cum illi furerent adhuc cæde tumefacti, confidenter confeſſus fuerit. Vt igitur in bello atque acie cohorte communita illum præcipuè laudamus, qui ante cæteros proſiluerit, eiuſque frontem perruperit (non enim huius tantum rei, ſed & omnium, quæ cæteri patiarint, præclarorum facinorum cauſſam præbuiſſe dicetur, qui initij & ingreſſus auctor fuerit) ſic nimirum & de Petro reputare oportet: cum primus ingreſſus ſit, & frontem Iudaicæ cohortis B perruperit, ac prolixam illam concionem habuerit, pari ratione viam cæteris Apoſtolis aperuiſſe dicendus eſt. Quamuis Ioannes, quamuis Iacobus, quamuis Paulus, quamuis alius quiuis deinde facinus aliquod egregium ediderit, hic omnibus antecellit, qui viam cæteris ſua fiducia ſtrauit, & ingreſſum aperuit, illiſque conceſſit, vt tanquam flumen, quod magno cum vndarum impetu ferretur, confidenter intrarent, & eos qui aduerſarentur, ſecum traherēt, eorum vero qui beneuolè audirent, animas perpetuo rigarent. An C igitur ille poſt crucem talis fuit? nónne ante crucem cunctis fuit ardentior? nónne os fuit Apoſtolorum? nónne ſilentibus cunctis ipſe loquebatur? Quem me dicunt homines eſſe Filium hominis? ait Chriſtus: & alii quidem Heliam dicebant, alij vero Hieremiam, alij vero vnum ex prophetis. Vos vero, quem me eſſe dicitis? inquit: tum reſpondens Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Vos, dixit, & pro omnibus ipſe loquutus eſt. Nam quemadmodum pro toto corpore os loquitur, ſic Apoſtolorum D lingua erat Petrus, & pro omnibus ipſe reſpondit. An igitur hîc tantum fuit talis, alibi vero de hoc ſtudio remittit? nequaquam, ſed per omnia, & in omnibus eundem ardorem oſtendit. Cum enim Chriſtus dixiſſet, Tradent filium hominis, & flagellabunt, & crucifigent: ait ipſe, Propitius tibi eſto Domine: non erit tibi hoc. Non enim hoc nobis expendendum eſt, inconſyderatam hanc fuiſſe reſponſionem: ſed ab eximio & feruenti amore profectam. Rurſus aſcendit in montem, & transfiguratus eſt:

Matt.16, 14.

Petrus Apoſtolorū lingua.

Matt.16, 22.

apparuit interim illic Helias & Moyſes colloquens. rurſus illic quoque Petrus: *Matt.17.4* Si vis, faciamus hîc tria tabernacula. Vide, quomodo magiſtrum amabat, ac diligentiam & prudentiam obſerua. Nam quia tum temporis cum temere reſpondiſſet, os illi occluſum eſt, hic magiſtri poteſtati rem permittit, dicẽs, ſi vis Fieri poſſet, inquit, vt nunc quoque inconſyderatè loquerer amore impulſus Ne igitur eadem reprehenſione feriatur, Si vis, inquit. Conuiuium illud rurſus erat ſanctum ac tremendũ: *Matt.26.21.* tumque dicente Ieſu, Vnus veſtrum me traditurus eſt, rurſus Petrus ob illam quidem quæ præceſſerat, increpationem, interrogare magiſtrũ non auſus eſt: ſed ob amorem, quo flagrabat, tacere non poterat: ſed & diſcere nitebatur, & temerarius & incõſyderatus non videri. quo pacto igitur & cupiditatem expleuit, & cautè ſuæ ſecuritati prouidit? Ne forte quod diſcere vellet, immoderatũ amorem oſtẽderet: quod autem hoc ipſe per ſe non faceret, ſed alterum obiiceret, pietatem & modeſtiam omnem præ ſe ferret Vndique enim mihi anguſtiæ, inquit: de proditione Domini agitur: ingens eſt periculũ, præcipitiũ vtrinque. ſi tacuero, exedit animã ſollicitudo: ſi dixero, vereor ne forte rurſus increpationem excipiam: mediã itaque viam tenuit, & qui vbiq; proſiliebat ante cæteros, tum fiducia Ioannis indigebat, vt id, de quo agebatur, cognoſceret. Nihil enim aliud ſpirabat, & in animo perpetuo habebat, quam magiſtrum tantũ Propterea carceres & innumera deinde mortis genera ſubibat audacter, totamque vitam præſentem ſpernebat. Propter illũ & cum verberibus cæſus eſſet, & tergum haberet vibicibus exaratum, ſic eos à quibus cæſus verberibus fuerat, alloquebatur. *Act.4.20.* Non poſſumus nos; quæ vidimus & audiuimus, non loqui. Vides indomitum animum? vides fiduciã inuictam? vides animã cœleſti deſyderio & amore redundãtem? quomodo ergo dicere audes illum, quod metueret eos, qui ex circunciſione erant, ſe ſubſtraxiſſe, ac ſegregaſſe? Multa quoque alia de Petro dici poterant, quæ ipſius ardorem, fortitudinẽ, amorem, quem habebat in Chriſtum, oſtenderent: ſed ne longius ſermonẽ & importunè producamus, ſufficient ea quæ dicta ſunt.

A ὤφθη μεταξὺ Ἠλίας ἐκεῖ καὶ Μωυσῆς διαλεγόμενος. πάλιν κἀκεῖ ὁ Πέτρος· Εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς. ὅρα πῶς ἐφίλει τὸν διδάσκαλον, καὶ σκόπει τὴν ἀκρίβειαν, καὶ τὴν σύνεσιν. ἐπειδὴ γὰρ τότε ἁπλῶς ἀποκριθεὶς, ἐπεστομίσθη, ἐνταῦθα τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ διδασκάλου ἐπιτρέπει τὸ πρᾶγμα, εἰ θέλεις, λέγων. συμβαίνει γάρ, φησι, καὶ νῦν ἀπερισκέπτως με πόθῳ κινούμενον εἰπεῖν· ἵν' οὖν μὴ τὴν αὐτὴν ἐπιτίμησιν δέξηται, εἰ θέλεις, φησί. συμπόσιον ἦν ἐκεῖνο πάλιν τὸ ἅγιον καὶ φρικῶδες· καὶ τότε λέγοντος τοῦ Ἰησοῦ, Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, πάλιν ὁ B Πέτρος διὰ μὲν τὴν ἐπιτίμησιν τὴν ἤδη γενομένην ἐρωτῆσαι τὸν διδάσκαλον οὐκ ἐτόλμησε· διὰ δὲ τὸν πόθον, ὃν εἶχε, σιγῆσαι οὐκ ἠνείχετο· ἀλλ' ἐσπούδασε καὶ μαθεῖν, καὶ μὴ δόξαι προπετής τις εἶναι καὶ ἀπερίσκεπτος. πῶς οὖν καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε, καὶ ἀσφάλειαν ἑαυτῷ προῳκονόμησεν; ἵνα τῷ μὲν βουληθῆναι μαθεῖν, τὸν ἀκάθεκτον δείξῃ πόθον, τῷ δὲ μὴ δι' ἑαυτοῦ τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλ' ἕτερον προβαλέσθαι, τὴν εὐλάβειαν ἐμφαίνῃ καὶ τὴν ἐπιείκειαν ἅπασαν. καὶ γὰρ στενά μοι πάντοθεν, φησί· περὶ προ- C δοσίας ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ δεσπότου· μέγας ὁ κίνδυνος, ὁ κρημνὸς ἑκατέρωθεν. ἂν σιγήσω, ἡ μέριμνα κατεσθίει μου τὴν ψυχήν· ἂν εἴπω, δέδοικα μή ποτε ἐπιτίμησιν δέξωμαι πάλιν. μέσην οὖν ἦλθεν ὁδὸν, καὶ ὁ πανταχοῦ προπηδῶν, τότε τῆς Ἰωάννου παρρησίας ἐδεῖτο, ὥστε μαθεῖν τὸ λεγόμενον. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀνέπνει, καὶ εἶχεν ἐν τῇ ψυχῇ διηνεκῶς, ἀλλ' ἢ τὸν διδάσκαλον μόνον. διὰ τοῦτο καὶ δεσμωτηρίων, καὶ μυρίων μετὰ ταῦτα κατετόλμα θανάτων, καὶ πάσης τῆς παρούσης κατεγέλα ζωῆς. δι' ἐκεῖνον καὶ D μάστιγας λαβὼν, καὶ τοὺς μώλωπας ἔχων ἐπὶ τοῦ νώτου, πρὸς τοὺς μαστίξαντας ἔλεγεν, Οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν, μὴ λαλεῖν. Εἶδες φρόνημα ἀδούλωτον, εἶδες παρρησίαν ἀχείρωτον, εἶδες ψυχὴν οὐρανίου πόθου καὶ ἔρωτος γέμουσαν; πῶς οὖν τολμᾷς λέγειν, ὅτι φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς, ὑπέστελλεν ἑαυτὸν, καὶ ἀφώριζε; καὶ πολλὰ δὲ ἕτερα ἐνῆν εἰπεῖν περὶ Πέτρου, δεικνύντα αὐτοῦ τὴν θερμότητα, καὶ τὴν ἀνδρείαν, καὶ τὸν πόθον, ὃν εἶχε περὶ τὸν Χριστόν· ἀλλ' ἵνα μὴ μηκύνωμεν ἀκαίρως τὸν λόγον, ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα.

οὐδὲ γὰρ ἐγκώμιον αὐτῷ τὴν ὑπόθεσιν εἶναι πρόκειται, ἀλλὰ τὴν ἐξαρχῆς ζήτησιν λῦσαι, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν. σὺ δὲ καὶ ἑτέρωθεν σκόπει, πῶς οὐκ ἔστι πιθανὴ ἡ κατηγορία. τότε μὲν γὰρ παρ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν, ὅτε ἔλεγε, Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ἀνέστησεν ὁ θεὸς, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, τότε μεταξὺ ἐχθρῶν ἦν, ἔτι φονώντων, ἔτι τῷ θυμῷ ζεόντων, ἔτι βουλομένων διασπάσασθαι τοὺς μαθητάς. ἤκμαζε γὰρ αὐτοῖς ἔτι τὸ πάθος, καὶ οὐδὲ ἡ φλεγμονὴ τοῦ θυμοῦ· νῦν δὲ, ὅτε ταῦτα Παῦλος ἔγραφεν, ἑπτὰ καὶ δέκατον ἔτος εἶχε τὸ κήρυγμα. εἰπὼν γὰρ, Μετὰ τρία ἔτη ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα, λέγει πάλιν, ὅτι Μετὰ δεκατέσσαρα ἔτη ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα. ὁ τοίνυν τότε ἐν προοιμίοις τοῦ κηρύγματος μὴ φοβηθεὶς, νῦν μετὰ χρόνον τοσοῦτον φοβεῖται; ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις μὴ δείσας, ἐν Ἀντιοχείᾳ δέδοικεν; ὁ πολεμίων κυκλωσάντων αὐτὸν, μὴ πτοηθεὶς τότε, νῦν οὐδὲ πολεμίων παρόντων, ἀλλὰ πιστῶν καὶ μαθητῶν, ἀγωνιᾷ, καὶ δέδοικε, καὶ οὐκ ὀρθοποδεῖ; καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον, ἀναπτομένης μὲν τῆς πυρᾶς καὶ εἰς ὕψος ἐγειρομένης κατατολμᾶν, σβεσθείσης δὲ καὶ γενομένης τέφραν δεδοικέναι καὶ τρέμειν; εἰ δειλὸς ἦν καὶ ἄνανδρος ὁ Πέτρος, ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, ἐν τῇ μητροπόλει τῶν Ἰουδαίων, ὅπου πάντες ἦσαν οἱ πολέμιοι, τότε ἂν ἔδεισεν, οὐ μετὰ χρόνον τοσοῦτον ἐν τῇ χριστιανικωτάτῃ πόλει, οὐδὲ φίλων καὶ γνησίων παρόντων. ὥστε οὔτε ὁ καιρὸς, οὔτε ὁ τόπος, οὔτε ἡ ποιότης τῶν προσώπων ἀφίησιν ἡμᾶς πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις οὕτως ὡς εἴρηται, καὶ καταγνῶναι τοῦ Πέτρου δειλίαν. ἐπῃνέσατε τὰ εἰρημένα; καίτοι γε ἐν ἀρχῇ τὸν Παῦλον ἐθαυμάζετε, καὶ τῆς παρρησίας αὐτὸν ἐξεπλήττεσθε· ἀλλ' ἰδοὺ περιέτρεψε τὴν κατηγορίαν ὁ λόγος. ἀλλ' ὥσπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅτι οὐδέν μοι ὄφελος, ἐὰν Παύλου καλῶς ποιοῦντος, ὁ Πέτρος δειχθῇ μὴ καλῶς ποιῶν (τὰ γὰρ ἐγκλήματα, καὶ ἡ καθ' ἡμῶν αἰσχύνη μένει, ἄν τε οὗτος, ἄν τε ἐκεῖνος διημαρτηκὼς τύχῃ) οὕτω καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγω πάλιν· ὡς οὐδέν μοι ὄφελος, ἂν Πέτρου τὴν κατηγορίαν ἀποσκευασαμένου, ὁ Παῦλος φαίνηται θρασέως καὶ ἀπερισκέπτως τοῦ συναποστόλου κατηγορῶν. φέρε οὖν, καὶ τοῦτον τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύσωμεν. τί οὖν, ὁ μὲν Πέτρος τοιοῦτος, ὁ δὲ Παῦλος οὐ τοιοῦτος;

A Neque enim de laudibus eius orationem habere nobis propoſitum eſt, ſed quæſtionem ſoluere, quæ ſe videbatur offerre, atque ad finem perducere. Tu vero aliunde quoque perpende, quàm parum probabilis ſit accuſatio. Nam tum quidem ſub ipſum principium, quando dicebat, Hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis, ſuſcitauit Deus, ſolutis doloribus mortis, cum inter inimicos erat, adhuc cædem anhelantes, adhuc ira feruentes, adhuc diſcipulos volentes diſcerpere. Vigebat enim adhuc illorũ perturbatio, & nondum ita tumebat: nunc autem cum Paulus iſta ſcriberet, B decimus ſeptimus agebatur annus, ex quo cœperat euangelium prædicari. Cum enim dixiſſet, Poſt annos tres aſcendi Hieroſolymam, ait rurſus, Poſt annos quatuordecim aſcendi Hieroſolymã. Qui ergo in prædicationis exordiis non timuit, nunc poſt tantum elapſum tempus timet? qui non metuerat Hieroſolymis, Antiochiæ metuebat? Qui cum ab hoſtibus circumſeſſus eſſet, tum non eſt territus: nunc cum nec ulli hoſtes adſunt, ſed fideles ac diſcipuli, metu angitur, & reformidat, quis hoc C rationi conſentaneum arbitretur? dum ſuccenditur rogus, & in altum exurgit, audacter in eum pergere, extinctũ autem & redactũ in cinerem reformidare & contremiſcere? Si timidus fuiſſet & minime ſtrenuus Petrus, initio prædicationis, in metropoli Iudæorum, vbi hoſtes erãt omnes, tunc etiam timuiſſet, non poſt tantum tempus in vrbe Chriſtianiſſima neque præſentibus amicis & familiaribus. Itaque nec tempus, nec locus, neque conditio perſonarum nos ita verbis illis fidẽ ſinit adhibere vt dictum eſt, & Petrum timoris accuſare. D Laudaſtis quæ dicta ſunt? atqui Paulum initio mirabamini eiuſque fiduciã obſtupeſcebatis: at ecce accuſationem inuertit oratio. Sed vt initio dicebam nihil mihi prodeſſe, ſi Paulo rectè faciente, Petrum conſtet non rectè feciſſe (manet enim crimẽ, & pudor in nos redundat, ſiue hic ſiue ille peccauerit) ita nunc etiam idem rurſus dico, nihil mihi prodeſſe, ſi accuſationem à ſe amoliente Petro Paulum appareat audacter & inconſideratè coapoſtolũ accuſaſſe. Age igitur hũc etiam crimine liberemus. Quid ergo? talis quidem erat Petrus Paulus vero talis non erat?

Act. 2. 24

Galat. 1

Galat. 2.

Num timidus fuerit Petrus.

Et quid Paulo ardentius, qui propter Chriſtum quotidie moriebatur? verumtamen non agitur nunc apud nos de fortitudine: quid enim hoc facit ad propoſitum? ſed num odio quopiam proſequeretur Apoſtolum, vel num vanæ gloriæ cauſſa vel contentionis eſſet illa pugna exorta. Sed ne hoc quidem dici poteſt: abſit: neque Petri ſanctorum illorum principis ſolum, ſed
1. Cor. 15. 6 & omnium in vniuerſum Apoſtolorum ſeruus erat Paulus, idque cum omnes exantlandis laboribus ſuperaret: attamen omnium ſeſe vltimum reputa-
Ephes. 3. 8 bat. Ego enim, inquit, ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus: non ſolum autem Apoſtolorum, ſed & ſanctorum planè omnium. Mihi enim, inquit, omnium ſanctorum minimo data eſt hæc gratia. Vides animam humilem? vides vt ſe omnium ſanctorum infimum ſtatuit. cur Apoſtolorum tantum? Porro qui ſic erga omnes affectus erat, ſciebat & quanta honoris prærogatiua Petro deberetur, cumque præ cæteris omnibus colebat hominibus, & dignus erat, ita erga illum affectus erat. Atque hoc inde conſtat. In illum totius orbis terrarum oculi erant conuerſi, eccleſiarum vniuerſæ terræ cura ab anima illa pendebat, de rebus innumeris quotidie ſolicitus erat, vndique illum circunſidebant procurationes, præfecturæ, correctiones, conſilia, cohortationes, doctrinæ, mille negotiorum expeditiones: & omni-
Gal. 1. 18. bus illis omiſſis Hieroſolymam ſe contulit, nec illius ſuſcepti itineris alia fuit occaſio vlla, niſi vt Petrum videret, ſicut ait ipſe: Aſcendi Hieroſolymam videre Petrum, ſic ipſum honorabat, & omnibus præferebat. Quid ergo? cum ipſum vidiſſet, confeſtim receſſit? Nequaquam: ſed apud ipſum diebus quindecim manſit. Si quem i-
Comparatio ducis a duce exercitus. gitur Magiſtrum militum videas, duces, generoſum & eximium, indicto iam bello, militum acie iam diſpoſita, iam pugna commiſſa, cum innumera illum vocarent negotia, relicta acie ad viſitandum quempiam amicum ſe alio conferre, num quam aliam maiorem quæſo demonſtrationem quæreres ipſius erga hominem illum beneuolentiæ? Non equidem arbitror. Hoc igitur & de Paulo Petroque exiſtima.

A καὶ τί Παύλου [illegible] στην ἡμέραν ἀποθνήσκ[illegible] νῦν οὐ περὶ ἀνδρείας [illegible] προκείμενον τοῦτο; ἀλλ' εἰ ἀπ[illegible] ἀπόστολον διέκειτο, ἢ εἰ κενοδοξί[illegible] φιλονεικίας ἦν αὕτη ἡ μάχη. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο [illegible] πεῖν· μὴ γένοιτο. οὐδὲ γὰρ Πέτρου τοῦ [illegible] τῶν ἁγίων ἐκείνων μόνον, ἀλλὰ [illegible] λος ἦν ἁπλῶς τῶν ἀποστόλων Παῦλος, καὶ ταῦτα πλεονεκτῶν ἁπάντων [illegible] ἀλλ' ὅμως πάντων [illegible] ζεν. Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησὶν, [illegible]
B λων, ὃς οὐκ εἰμὶ [illegible] μόνον δὲ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγίων ἁπλῶς ἁπάντων. Ἐμοὶ γὰρ, φησι, [illegible] τῷ πάντων τῶν ἁγίων [illegible] δες συντετριμμένην [illegible] τὸν κατώτερον πάντων [illegible] τῶν ἁγίων, οὐχὶ τῶν ἀποστόλων μόνον, ὁ δὲ οὕτω [illegible] χείμενος, ἤδει καὶ πόσης τὸν Π[illegible] ἀπολαύειν ἐχρῆν, καὶ ἤδει [illegible] ἀνθρώπων τοῦτον, καὶ ὡς ἄξιος ἦν [illegible] αὐτὸν διέκειτο. καὶ τοῦτο ἐκεῖθεν [illegible]
C μένη πᾶσα πρὸς αὐτὸν ἔβλεπεν, [illegible] τῶν πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκκλησιῶν [illegible] ψυχῆς ἐκείνης ἐξήρτηντο, [illegible] καθ' ἑκάστην ἡμέραν πράγματα, [illegible] αὐτὸν ἐκύκλουν κηδεμονίαι, [illegible] θώσεις, συμβουλαί, παραινέσεις, [illegible] μυρίων οἰκονομίαι πραγμάτων [illegible] ἀφεὶς, ἀπῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, [illegible] τῆς τοσαύτης ὁδοῦ [illegible] ὁ Πέτρον ἰδεῖν, καθὼς αὐτός φησιν [illegible] εἰς Ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι Πέτρον· οὕτως αὐτὸν ἐτίμα, καὶ παρὰ πάντων [illegible]
D οὐδαμῶς ἀναχωρῆσαι, [illegible] πρὸς αὐτὸν ἡμέρας [illegible] καὶ πότε εἴ τινα [illegible] τηγάτην ἴδοις, εἰπέ μοι, [illegible] τοῦ πολέμου συγκεκρ[illegible] ξεως συνεστώσης, τῆς [illegible] αὐτὸν πάντοθεν καλούντων πραγμάτων, ἀφέντα τὴν παράταξιν, [illegible] ἀπελθόντα φίλου, ἄρα [illegible] ζητεῖς ἀπόδειξιν, εἰπέ μοι, [illegible] θρωπον ἐκεῖνον εὐνοίας, [illegible] τὸ τοίνυν καὶ ἐπὶ Παύλου καὶ Π[illegible]

καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα πόλεμος συνειστήκει χαλεπὸς, καὶ παράταξις ἦν, καὶ μάχη, οὐ πρὸς ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου· καὶ μάχη περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας. ἀλλ' ὅμως οὕτως ᾐδεῖτο τὸν Πέτρον, ὥστε καὶ τοσαύτης ἀνάγκης ἐπικειμένης καὶ κατεπειγούσης, ἐκδραμεῖν δι' ἐκεῖνον εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ μεῖναι πρὸς αὐτὸν ἡμέρας δεκαπέντε, καὶ τότε ἐπανελθεῖν. Ἔγνωτε τὴν ἀνδρείαν τοῦ Πέτρου, ἐμάθετε τὴν φιλοφροσύνην Παύλου, τὴν περὶ τοὺς ἀποστόλους πάντας, τὴν περὶ αὐτὸν τὸν Πέτρον· ἀνάγκη λοιπὸν ἐπὶ τὴν λύσιν ἐλθεῖν τοῦ ζητήματος. εἰ γὰρ καὶ οὗτος ἐφίλει τὸν Πέτρον, κἀκεῖνος δειλὸς οὐκ ἦν καὶ ἄνανδρος, καὶ ἡ φιλονεικία, καὶ ἡ ἀντίστασις οὐκ ἀπὸ ψυχῆς ἐγένετο, τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον; καὶ τίνος ἕνεκεν ταῦτα ᾠκονομεῖτο; ἐνταῦθα προσέχετε, καὶ διαναστῆτέ μοι, καὶ συντείνατε ἑαυτοὺς, ὥστε δέξασθαι σαφῆ τὴν ἀπολογίαν. καὶ γὰρ ἄτοπον ἐμὲ μὲν τὸν διασκάπτοντα τοσοῦτον πόνον ὑπομένειν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ εὐκολίας μέλλοντας τὸ χρυσίον ὁρᾷν, τῇ ῥαθυμίᾳ τὸ κέρδος τοῦτο παραδραμεῖν. ἀνάγκη δὲ μικρὸν ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγαγεῖν, ὥστε σαφεστέραν ὑμῖν ποιῆσαι τὴν διδασκαλίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ὁ Ἰησοῦς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν πληρώσας, τὸν λόγον τῆς διδασκαλίας κατέλιπε τοῖς ἑαυτοῦ ἀποστόλοις, καθὼς Παῦλός φησι, Θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. καὶ πάλιν, Ὑπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, τουτέστιν, ἀντὶ Χριστοῦ. τότε τοίνυν, ἡνίκα ἐκήρυττον οὗτοι κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, αἵρεσις οὐδεμία ἦν· πᾶσα δὲ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων δύο ταῦτα δόγματα εἶχε, τὸ μὲν ὑγιὲς, τὸ δὲ διεφθαρμένον. ἢ γὰρ Ἕλληνες, ἢ Ἰουδαῖοι οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες ἅπαντες ἦσαν· οὔτε δὲ Μανιχαῖος, οὔτε Μαρκίων, οὔτε Οὐαλεντῖνος, οὐκ ἄλλος οὐδεὶς ἁπλῶς· τί γὰρ δεῖ πάσας καταλέγειν τὰς αἱρέσεις; καὶ γὰρ μετὰ τὸν σῖτον τότε τὰ ζιζάνια ἐσπάρη, ἡ παντοδαπὴ τῶν αἱρέσεων διαφθορά. τοὺς μὲν οὖν Ἰουδαίους ἐπέτρεψε τῷ Πέτρῳ, τοῖς δὲ Ἕλλησι τὸν Παῦλον ἐπέστησεν ὁ Χριστός. καὶ τοῦτο οὐχ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγω, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Παύλου λέγοντός ἐστιν ἀκοῦσαι.

A ſiquidem hic quoque bellum graue conflatum erat, & acies & pugna erat non aduerſus homines tantum, ſed & aduerſus principes, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum ſeculi huius: & de ſalute hominum pugna. *Eph.6.12.* Sic tamen Petrum reuerebatur, vt cum tanta immineret, vrgeretque neceſſitas, ad illum excurreret Hieroſolymam, & cum apud eum quindecim dies manſiſſet, tum demum rediret. Cognouiſtis fortitudinē Petri, didiciſtis comitatem Pauli erga omnes Apoſtolos, erga ipſum Petrum: iam neceſſe eſt ad ipſam quæſtionis ſolu- *Iam ipſam quæſtionē ſolutionē aggreditur.*
B tionem veniamus. Si enim & hic Petrum amabat, & ille timidus aut parum ſtrenuus non erat, & contentio ac contradictio illa ex animo ſuſcepta non erat, quid ſibi vult iſta narratio? aut qua de cauſſa hæc diſpenſatio fiebat? Hoc loco aduertite, animoſque veſtros erigite, ac diligenter attendite, vt manifeſtam defenſionem intelligatis. Quippe abſurdum eſſet me qui terram effodio, tantum laborem exantlare, vos autem, qui nullo negotio viſuri eſtis aurum, præ nimia ſocordia tan-
C tum lucrum prætermittere. Neceſſe eſt autem, vt orationis initium altius repetamus, vt clariorem vobis doctrinam reddamus. Poſtquam enim in cœlos Ieſus reuerſus eſt, expleta quam noſtra cauſſa ſuſceperat diſpenſatione, verbum doctrinæ ſuis reliquit Apoſtolis, vt ait Paulus. *1.Cor.5.18* Et poſuit in nobis verbum reconciliationis. Et rurſus: Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, hoc eſt vice Chriſti. Tunc igitur per vniuerſum orbem terrarum iſti prædicabant, nulla erat hæreſis, ſed natura o-
D mnis humana duo habebat hæc dogmata, vnum rectum & ſanum, alterum corruptum & prauum. Aut enim Gentiles omnes erant orbis incolæ, aut Iudæi: neque Manichæus, neque Marcion, neque Valentinus, nec alius vllus omnino erat: quid enim attinet omnes hæreſes enumerare? ſiquidem poſt triticum tunc proſeminata ſunt zizania, varia nimirum hæreſum corruptela. Ac Iudæos quidem Petro commiſit, Gentilibus autem Paulum præfecit Chriſtus. & hoc à me ipſo non dico, ſed ipſius Pauli verba licet audire:

Qui enim operatus eſt Petro in Apo-
Gal. 2. 8. ſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi, inquit, inter Gentes: circunciſionem hoc loco ipſam nationem appellans. Vnde vero id conſtat? ex eo quod additur. Cum enim dixerit, Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circūciſionis, operatus eſt & mihi, inquit, inter Gentes, hoc nimirum indicauit, ad diſtinctionem Gentium circunciſionem poſitam eſſe. Ad diſtinctionem vero Gentium non circunciſio, ſed Iudæi ſunt, quos per circuncisionem ſubindicauit: quaſi diceret, Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum Iudæorum, operatus eſt & mihi inter Gentes. Vt enim Rex ſapiens, qui idoneos quoſque probè nouerit, alteri quidem in equites, alteri vero in pedites committit imperium: ſic nimirū & Chriſtus cum in has duas partes ſuum exercitū diuiſiſſet, Iudæos quidem Petro, Gentiles autem Paulo commiſit. Ac licèt diuerſi ſint exercitus, Rex tamen eſt vnus. Vt enim illic diſcrimen exercituum in armorum apparatu non in hominum natura conſiſtit: ſic nimirum & hic differentia in exigua quadam carnis figura non in ſubſtantiæ diuerſitate cernitur. Ac niſi forte prolixior videtur oratio, ſi defeſſi non eſtis: alteram etiam vobis cauſſam proferam ob quam iſti Iudæi, illi vero Gentiles ſunt crediti. Siquidem quæſtione non indigna res eſt, quam tandem ob cauſſam, qui tam exactè patriam le-
Gal. 3. 6. gem didicerat, qui ad pedes Gamalielis diu vixerat, qui ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt, ſine querela conuerſatus erat, non illi Iudæorum cura demandatur, ſed Gentilium, piſcatori autem & illiterato, Petro qui nihil tale nouerat, Iudæorum eſt credita præfectura. Confert enim quippiam nobis ad ſolutionem quod dicitur, ſi rectè illud poſſimus effari. Neque enim hoc cauſſari licet, eum cum cunctantem ac detrectantem vidiſſet Paulum cognatorum ſuorum præfecturam defugere, noluiſſe illi vim facere, & eum cogere. Immo vero contrarium præ ſe tulerat. Non enim tantū Iudæorum præfecturam non defugit: ſed & ſe primus obtulit, & cum Chriſtus præciperet, vt ad gentes abirent, ipſe petit, vt ſibi Iudæorum cura cōmittatur:

Cur præfectus fuerit Paulus Gentilibus Petrus Iudæis.

A Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε κἀμοί, φησιν, εἰς τὰ ἔθνη, περιτομὴν ἐνταῦθα αὐτὸ τὸ ἔθνος καλῶν. καὶ πόθεν δῆλον; ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. εἰπὼν γὰρ, ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε κἀμοί, φησιν, εἰς τὰ ἔθνη, δῆλός ἐστιν, ὅτι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἐθνῶν περιτομὴν εἶπε. πρὸς δὲ ἀντιδιαστολὴν τῶν ἐθνῶν, οὐχ ἡ περιτομή, ἀλλ' Ἰουδαῖοί εἰσιν, οὓς διὰ τῆς περιτομῆς ᾐνίξατο· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῶν Ἰουδαίων, ἐνήργησε κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. καθάπερ γάρ τις βασιλεὺς σοφὸς, τὸν
B ἐπιτήδειον μετὰ ἀκριβείας εἰδὼς, ἑτέρῳ μὲν τοὺς ἱππεῖς, ἑτέρῳ δὲ τῶν πεζῶν ἐνεχείρισε τὴν προστασίαν, οὕτω δὴ καὶ ὁ Χριστὸς, τὸ στρατόπεδον τὸ ἑαυτοῦ διελὼν εἰς δύο ταῦτα μέρη, τοὺς μὲν Ἰουδαίους Πέτρῳ, τοὺς δὲ Ἕλληνας ἐπέτρεψε Παύλῳ. εἰ δὲ διάφορα τὰ στρατόπεδα, ἀλλ' εἷς ὁ βασιλεύς. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ ἡ διαφορὰ τῶν στρατοπέδων ἐν τῇ κατασκευῇ τῶν ὅπλων, οὐκ ἐν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐστίν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα ἡ διαφορὰ ἐν σχήματι μικρῷ τινι τῆς σαρκὸς, οὐκ ἐν τῇ τῆς οὐσίας ἐναλλαγῇ φαίνεται. ὥσπερ οὖν
C ἔλεγον, ἦσαν ἀμφότεροι τὰ στρατόπεδα ταῦτα ἐγκεχειρισμένοι. καὶ εἰ μὴ μηκύνω τὸν λόγον, εἰ μὴ ἀπεκάμετε, ἐρῶ καὶ τὴν αἰτίαν ὑμῖν, δι' ἣν οὗτος μὲν τοὺς Ἰουδαίους, ἐκεῖνος δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστεύθησαν. καὶ γὰρ ἄξιον ζητήσεως, τί δήποτε Παῦλος μὲν, ὁ μετὰ ἀκριβείας τὸν πατρῷον νόμον παιδευθεὶς, ὁ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ διατρίβων, ὁ κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος, οὐκ ἐγχειρίζεται τοὺς Ἰουδαίους, ἀλλὰ τοὺς Ἕλληνας· ὁ δὲ ἁλιεὺς, καὶ ἀγράμματος, καὶ μηδὲν τοσοῦτον εἰδὼς Πέτρος, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐνεπιστεύθη
D προστασίαν. συντελεῖ γάρ τι καὶ πρὸς τὴν λύσιν ἡμῖν τὸ λεγόμενον, ἂν αὐτὸ δυνηθῶμεν φράσαι καλῶς. οὐ γὰρ δὴ τοῦτό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ὀκνοῦντα καὶ ἀναδυόμενον ἰδὼν τὸν Παῦλον καὶ φεύγοντα τῶν οἰκείων τὴν προστασίαν, οὐκ ἠθέλησε βιάσασθαι καὶ ἀναγκάσαι. τοὐναντίον μὲν οὖν ἅπαν ἐπεδείξατο. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐκ ἔφυγε τῶν Ἰουδαίων τὴν ἐπιστασίαν, ἀλλὰ καὶ πρῶτος ἐπεπήδησε. καὶ τοῦ Χριστοῦ κελεύοντος ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτὸς ἀξιοῖ τὴν τῶν Ἰουδαίων οἰκονομίαν ἐγχειρισθῆναι

καὶ μυρία πολλαχοῦ πάσχων παρ' αὐτῶν δεινὰ, A καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν διδασκαλίαν πεπιστευμένος, οὐ παύεται παρακαλῶν ὑπὲρ ἐκείνων, καὶ λέγων, νῦν μὲν, Ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα· νῦν δὲ, Ἀδελφοί μου, ἡ μὲν εὐδοκία μου, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐστιν εἰς σωτηρίαν. τίνος οὖν ἕνεκεν βουλόμενον αὐτὸν καὶ ἐπιθυμοῦντα διδάσκειν ἐκείνους, οὐκ εἴασεν αὐτοῖς κηρύσσειν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνων διδάσκαλον αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν ἔπεμψεν; ἀκούσωμεν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, καὶ Παύλου τὸ πᾶν διηγουμένου. Ἐγένετο δέ μοι προσευχομένῳ, φησὶ, γενέσθαι B με ἐν ἐκστάσει, καὶ εἰδέναι τὸν Χριστὸν λέγοντά μοι· σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει, ὅτι οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ. καὶ τὴν αἰτίαν εἶπε τῆς ἀποδημίας· μισήσουσί σε, φησι, καὶ ἀποστραφήσονται· διὰ τοῦτό σου διδάσκοντος οὐκ ἀνέξονται. καὶ μὴν αὐτὸ τοῦτο ἦν ἱκανὸν, ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιῆσαι διδάσκαλον, καὶ πεῖσαι ἐκείνους, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη ἡ μετάθεσις ἐγένετο. οὐ γὰρ ἂν τὸν οὕτω μαινόμενον, καὶ θυμῷ ζέοντα, καὶ φόνου πνέοντα, καὶ θαυματουργοῦντι μὴ πεισθέντα τῷ Χριστῷ, μηδὲ τοῖς ἀ- C ποστόλοις τοὺς ἐκείνου νεκροὺς ἐγείρασιν, ἴσχυσεν ἄν ποτε ἄνθρωπος ἐν αὐτῇ μέσῃ τῇ μανίᾳ μεταθεῖναι, καὶ τὴν ὑπερβολὴν, ἣν κατὰ τοῦ κηρύγματος ἐπεδείκνυτο, ταύτην ὁλόκληρον καὶ πολλῷ πλείονα πεῖσαι πάλιν ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἐπιδείξασθαι· ἀλλὰ θείας ὄντως δυνάμεως ἔργον ἦν ἡ μετάστασις αὕτη καὶ ἡ μεταβολή. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος, ἐπιθυμῶν αὐτῶν τὴν προστασίαν λαβεῖν, πρὸς τὸν Ἰησοῦν προεβάλλετο λέγων· κύριε, αὐτοὶ ἐπίστανται, ὅτι ἐγὼ ἤμην φυλακίζων, καὶ δέρων τοὺς πιστεύον- D τας εἰς τὸ ὄνομά σου, καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου τοῦ μάρτυρός σου, ἐγὼ ἤμην συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. καὶ ἡ πολλὴ μανία τὴν ἀθρόον γεγενημένην ἐγγυᾶται μεταβολὴν, ὡς οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνη τις, ἀλλ' ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῶν οὐρανῶν ἔλαβε τὴν ἀρχήν. τί οὖν ὁ Χριστὸς, Πορεύου, ὅτι εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε. ταῦτ' οὖν οὐχ ἱκανὰ, φησι, πεῖσαι καὶ τοὺς σφόδρα ἀναισθητοῦντας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπινον τοῦτο τὸ κήρυγμα, ἀλλ' ὑπὲρ φύσιν ἀνθρωπίνην ἅπαντα τὰ γεγενημένα,

A & innumera cum ab eis illata mala pertuliſſet, eique Gentes docendi prouincia eſſet credita, pro illis deprecari non ceſſat, dicens, nunc quidem, Optabam eſſe anathema pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem: nunc autem: Fratres voluntas mea, & obſecratio ad Deum pro illis eſt in ſalutem. Cur igitur cum vellet ipſe, ac percuperet illos docere, non permiſit vt ipſis prædicaret, ſed loco illorum doctorem ipſum Gentibus miſit? Audiamus Chriſtum ipſum dicentem, & Paulum rem omnem narrantem. Factum eſt mihi, inquit, oranti B fieri me in ſtupore mentis, & videre Chriſtum dicentem mihi: Feſtina, & exi velociter, quoniam non recipient teſtimonium tuum de me. Et cauſſam dixit profectionis, odio habebunt te, inquit, & auerſabuntur: propterea te docentem non ferent. Atqui hoc ipſũ idoneum erat ad fidem illi apud eos docenti conciliandã, & ad perſuadendum illis humanam illam mutationem non fuiſſe. Neque enim adeo furentem & ira ſuccenſum, ac cædem ſpirantem, neque miracula facienti Chri- C ſto credentem neque Apoſtolis eius mortuos ſuſcitantibus, potuiſſet homo vnquam in medio ipſo furore mutare, atque illum ita flectere, vt vehementem illum affectum, quem aduerſus prædicationem verbi præ ſe ferebat, totum atque adeo maiorem pro confeſſione Chriſti præ ſe ferret: ſed verè diuinæ virtutis opus extitit illa conuerſio ac mutatio. Atque hoc ipſum etiam Paulus cum cuperet illorum præfecturam ſibi deferri, Chriſtum alloquens obiiciebat: Domine D ipſi ſciunt, quia ego eram concludens in carcerem, & cædens eos, qui credebant in nomen tuum. Et quũ funderetur ſanguis Stephani martyris tui, ego conſentiebam cædi eius. Et ingens illa inſania tam ſubito factam mutationem non eſſe oſtendit humanam, ſed diuinam, & à cœlis originem ducere. Quid ergo Chriſtus? Vade, quoniam ad Gentes longè te mittam. Nõnne igitur, inquit, hæc ſufficiunt ad quoſuis etiam planè ſtupidos commouendos, vt humanam non eſſe prædicationem iſtam arbitrentur, ſed humanæ naturæ vires hæc omnia excedere,

Rom. 9.3. *Rom. 10.1.* *Act. 22.17.* *Act. 22.19.* *Non erat humana prædicatio Pauli.*

Deumque verè mutationis fuiſſe & conuerſionis auctorem? Sufficiunt illa quidem ô beate Paule, ſi ipſam rerum naturam examines; ſed Iudæi omnium ſunt iniquiſſimi: neque rerum naturam examinant, non quod æquum & rationi conſentaneũ commodumue conſiderant, ſed id vnum ſpectant, vt contentionis deſyderium ſuum expleant. Ac tu quidem ad rerum ordinem reſpicis, Deus autem mentis eorum nouit arcana. Idcirco dicit: Vade, quoniam ad Gentes longe te mittam, vt etiam odium diſtantia mitigetur. Propterea cum ad alios quidem omnes ſcribit, nomen ſuum epiſtolarum exordio præfigit: *Cur non præfigat nomen ſuum Paulus.* ad Hebræos autem mittens literas, nihil tale fecit, ſed ſimpliciter non exprimens quis eſſet, vel ad quos ſcriberet, vt mos illius erat, ita demum *Heb.1.1.* incepit: Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus noſtris. Et vero Pauli ſapientiæ hoc fuit. Ne enim in conſortium odij literæ venirent, tanquam larua quadam nominis ſuppreſſione ſeipſum occultans, ita clam cohortationis ipſis adhibet medicinam. Cum enim odio proſequimur quempiam, quamuis aliquid rectum dicat, non propenſo animo neque cum voluptate quæ ab eo dicuntur excipimus: quod ipſum ne tum quoque accideret, ſuum nomen ex epiſtola ſuſtulit, vt nullum epiſtolæ obiiceretur impedimentum, quo minus poſſet audiri. Neque enim Iudæi tantum qui erant increduli, ſed & illi ipſi qui crediderant, oderant eum, & auerſabantur. Cum igitur aſcendiſſet Hieroſolymam, audi, quid *Act.21.20* illi Iacobus dicat, & alij omnes. Vides frater, quot millia ſunt Iudæorum, qui conuenerunt, & hi omnes æmulatores ſunt legis, & audierunt de te, quia diſceſſionem doceas à lege. Idcirco illum oderant & auerſabantur. Hæc igitur cauſſa eſt propter quam non Iudæi fidei eius crediti ſunt, ſed Gentiles. Cum vero crediti fuiſſent ipſi, non iam pari ratione neque eadem via deducebat illos ad fidem, ſed alia. Cum autem aliam audis, ne diſcrimen in prædicatione eſſe arbitreris. Eadem quippe vterque Iudæis & Gentilibus prædicabat: exempli cauſſa, Deum eſſe Chriſtum,

A καὶ θεὸς ὄντως ἐστὶν ὁ μεταθεὶς καὶ μεταβαλών; ἱκανὰ μὲν οὖν, ὦ μακάριε Παῦλε, εἰ αὐτὴν τῶν πραγμάτων ἐξετάσοις τὴν φύσιν· ἀλλ' Ἰουδαῖοι πάντων εἰσὶν ἀγνωμονέστεροι· οὐ φύσιν πραγμάτων ἐξετάζοντες, οὐ τὸ εἰκὸς, καὶ τὸ εὔλογον, καὶ τὸ συμφέρον σκοποῦντες, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον βλέποντες, ὅπως τὴν φιλονεικίαν τὴν ἑαυτῶν ἐμπλήσωσι. καὶ σὺ μὲν πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν βλέπεις· ὁ δὲ θεὸς τὰ ἀπόρρητα τῆς διανοίας αὐτῶν οἶδε. διὰ τοῦτό φησι, πορεύου, ὅτι εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε, ὥστε καὶ τῷ διαστήματι παραμυθήσασθαι τὸ μῖσος. B διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι γράφων, τὸ ὄνομα αὐτοῦ προστίθησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῶν ἐπιστολῶν· Ἑβραίοις δὲ ἐπιστέλλων, οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησεν, ἀλλ' ἁπλῶς, οὐκ εἰπὼν, τίς ὢν, ἢ πρὸς τίνας, ὥσπερ ἔθος εἶχε ποιεῖν, οὕτω πως ἤρξατο· Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἡμῶν. καὶ τοῦτο δὴ τῆς Παύλου σοφίας. ἵνα γὰρ μὴ μεταδῷ τοῦ μίσους τὰ γράμματα, καθάπερ προσωπείῳ τινὶ, τῇ τοῦ ὀνόματος ἀφαιρέσει κρύψας ἑαυτὸν, οὕτως αὐτοῖς λανθανόντως τὸ τῆς παραινέσεως ἐπιτίθησι C φάρμακον. ὅταν γὰρ πρός τινα ἀηδῶς ἔχωμεν, κἂν ὑγιές τι λέγῃ, οὐ προθύμως, οὐδὲ μεθ' ἡδονῆς δεχόμεθα τὰ λεγόμενα· ὅπερ οὖν, ἵνα μὴ καὶ τότε συμβῇ, ἀφεῖλε τὴν ἰδίαν προσηγορίαν τῆς ἐπιστολῆς, ὥστε μηδὲν τοῦτο γενέσθαι κώλυμα τῇ τῆς ἐπιστολῆς ἀκροάσει. οὐδὲ γὰρ οἱ ἄπιστοι μόνον Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πιστεύσαντες αὐτῷ ἐμίσουν αὐτὸν καὶ ἀπεστρέφοντο. ὅτε γοῦν ἀνῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, ἄκουσον τί φησι πρὸς αὐτὸν Ἰάκωβος, καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες. Θεωρεῖς, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν συν- D εληλυθότων· καὶ οὗτοι πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι, καὶ κατηχήθησαν περὶ σοῦ, ὅτι ἀποστασίαν ἀπὸ τοῦ νόμου διδάσκεις. διὰ τοῦτο αὐτὸν μάλιστα ἐμίσουν καὶ ἀπεστρέφοντο. ἡ μὲν οὖν αἰτία, δι' ἣν οὐκ ἐπιστεύθη τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ἐστὶν αὕτη. πιστευθεὶς δὲ λοιπὸν ἐκείνοις, οὐχ ὁμοίως τῷ Πέτρῳ, οὐδὲ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς τὴν πίστιν αὐτοὺς ἐνῆγεν, ἀλλὰ δι' ἑτέρας. ἑτέρας δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ διαφορὰν ἐν τῷ κηρύγματι νομίσῃς εἶναι. τὰ γὰρ αὐτὰ ἀμφοτέροις καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἐκήρυττεν οὗτος, ὅτι θεὸς ὁ Χριστὸς,

ἐσταυρωμένον, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη, καὶ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, ὅτι μέλλει κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἦν ὁμοίως καὶ Παῦλος καὶ Πέτρος ἐκήρυττον. ἐν τίσιν οὖν ἦν ἡ διαφορά; ἐν τῇ παρατηρήσει τῶν βρωμάτων, ἐν τῇ περιτομῇ, ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσιν. ὁ μὲν γὰρ Πέτρος οὐκ ἐτόλμα τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς φανερῶς λέγειν καὶ διαῤῥήδην, ὅτι δεῖ τούτων ἀποστῆναι καθάπαξ. ἐδεδοίκει γὰρ, μήποτε πρὸ καιροῦ τὴν συνήθειαν ταύτην ἀνασπᾶσαι βουλόμενος, καὶ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν συνανασπάσῃ μετ' ἐκείνων, τῆς ψυχῆς τῶν Ἰουδαίων οὐκ ἀνεχομένης οὔπω, διὰ τὴν χρονίαν τὴν περὶ τὸν νόμον πρόληψιν, τῶν ῥημάτων ἀκούειν τούτων. διὰ τοῦτο ἠνείχετο ὁ μακάριος Πέτρος ἰουδαϊζόντων αὐτῶν. καὶ καθάπερ τις γεωργὸς ἄριστος φυτὸν ἁπαλὸν πλησίον δένδρου γεγηρακότος καταφυτεύσας, οὐ τολμᾷ, οὐδὲ ἐπιχειρεῖ τὸ γεγηρακὸς ἀνασπᾶσαι δένδρον, δεδοικὼς μὴ τῇ ῥίζῃ ἐκείνου ἀνελκομένων καὶ τὸ νεόφυτον συνανελκυσθῇ, ἀλλ' ἀναμένει πρότερον παγῆναι ἐκεῖνο καλῶς, καὶ ἐν αὐτοῖς κάτω ῥιζωθῆναι τοῖς κόλποις τῆς γῆς, καὶ τότε τὸ παλαιωθὲν μετ' ἀδείας ἀνέλκει, οὐδὲν ἔτι δεδοικὼς περὶ τοῦ νεοφύτου· οὕτω δὴ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἐποίει· τὴν πίστιν νεόφυτον οὖσαν ἔμενε παγῆναι καλῶς ἐν ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς, ἵνα ῥιζωθείσης ἐκείνης μετ' ἀδείας λοιπὸν τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀνέλῃ πρόληψιν ἅπασαν. ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτω. πάσης γὰρ ταύτης ἀπηλλαγμένος ἦν τῆς ἀνάγκης, Ἕλλησι κηρύττων, τοῖς οὐδέποτε μετεσχηκόσι νόμου, οὐδὲ Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀκηκοόσιν. ὅτι γὰρ οὐχ ἀλλήλοις ἐναντιούμενοι ταῦτα ἐποίουν, ἀλλὰ τῇ τῶν μαθητῶν ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες, ἔστιν ἰδεῖν καὶ Παῦλον ὁμοίως Πέτρῳ ταῦτα αὐτὰ συγχωροῦντα, καὶ οὐ συγχωροῦντα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν συνεργοῦντα, καὶ Πέτρον πάλιν τὴν αὐτὴν ἐλευθερίαν νομοθετοῦντα, ἣν καὶ Παῦλος τοῖς ἔθνεσι πᾶσιν ἐκήρυττε. καὶ ποῦ ταῦτα, φησὶν, ἀμφότερα ἔστιν ἰδεῖν; ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἱεροσολύμοις. ἐκεῖ μὲν γὰρ καὶ ἐξυρήσατο, καὶ ἔθυσε, καὶ ἁγνισμὸν ἐπετέλεσεν, ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ καιρὸς ἀπῄτει, καὶ τὸ παρεῖναι πολλοὺς Ἰουδαίους. Θεωρεῖς γὰρ, φησὶν, ἀδελφὲ, πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν συνεληλυθότων,

A crucifixum fuiſſe ac ſepultum, & reſurrexiſſe, atque in dextera Patris ſedere, cum iudicaturum viuos & mortuos, & quæcunque talia pariter Paulus & Petrus prædicabant. In quo igitur diſcrimen fuit? In obſeruatione ciborum, in circunciſione, in aliis Iudaicis ritibus. Nam Petrus quidem diſcipulis ſuis palam & apertè dicere non audebat ab his penitus abſtinendum eſſe. Metuebat enim ne forte, ſi conſuetudinem iſtam ante tempus vellet euellere, ſimul etiam cum illis Chriſti fidem euelleret, cum nondum mens Iudæorum ob diuturnam anticipatam opinionem circa legem hæc B verba poſſet audire. Propterea ſinebat eos beatus Petrus Iudaizare. Et quemadmodũ optimus agricola cum iuxta veterem arborem teneram plantam conſeuerit, non audet veterem euellere arborem, metuens ne radicibus illis auulſis noua planta ſimul auellatur: ſed expectat prius illam rectè defigi, & in terræ viſceribus radices agere: tum deinde veterem confidenter euellit, neque iam de planta nouella quicquam timet: ſic nimirum & C beatus Petrus agebat: recens plantatam fidem rectè defigi in auditorum mentibus ſinebat, vt cum altas radices egiſſet, confidenter deinde Iudaicam omnem anticipatam opinionem extirparet. Sed non ita Paulus: qui omni eiuſmodi neceſſitate liberatus erat, dum Gentilibus prædicaret: qui Legis necdum participes facti erant, neque Iudaicas obſeruationes audiuerant. Non enim illos hæc egiſſe, quod ſibi inuicem eſſent contrarij, ſed quod diſcipulorum imbecillitati ſe attemperarent, ex eo D colligere licet, quod Paulum iſta non aliter ac Petrum permittere videamus, neque permittere tantum, ſed etiam ipſum cooperari, ac Petrum rurſus eandem libertatem ſancire, quam Paulus omnibus gentibus prædicabat. Sed vbi tandem, inquit, iſtud vtrumque licet videre? In ipſis Hieroſolymis. Hîc enim & caput raſit, & ſacrificauit, & ſanctificationem perfecit Gentium doctor. Hoc nimirum tempus exigebat, & quod multi adeſſent Iudæi. Vides enim, inquit, frater, quot millia ſunt Iudæorum qui conuenerunt,

In quib... ... men ... plos ad fidem adducens.

Act. 21. 20

&audierant de eo, quia diſceſſionem A doceret a Lege. Ille itaque cum condeſcendere cogeretur, Iudaizabat: at id non iam ex animi ſui ſententia, ſed ſecundum diſpenſationem id agebat. Petrus rurſus Iudæorum doctor, & qui circunciſionem vbique ac Iudaicas obſeruationes permittebat, propter diſcipulorum infirmitatem, quoniam tempus videbat ſe ab hac neceſſitate liberaſſe, neque tutum erat tamdiu illi condeſcenſioni indulgere, ſed dogmatum tempus erat & legum: audi quid dixerit. Nam quoniam aſcenderant ex Antiochia Paulus & Barnabas, vt quid certum eſſet edocerent: B cum multa eſſet orta quæſtio, ſurgens Petrus dixit: Viri fratres vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum euangelij, & credere. Deinde cum alia interiecta dixiſſet, adiunxit: Quid ergo tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices gentium, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus? ſed per fidem Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. Vides tum quidem cum tempus eſſet condeſcenſionis, & Paulum Iudaizaſſe; cum vero tempus C condeſcenſionis non eſſet, verùm dogmata ſpargenda eſſent, & ſancienda mandata, Petrum ab illa condeſcenſione liberatum ſyncera puraque dogmata tradidiſſe? Atque hæc cum dicerentur, Paulus intererat, & audiebat, & acceptam epiſtolam quouis gentium deferebat, neque dici poteſt eum Apoſtoli mentem ignoraſſe. Cur igitur nunc eum reprehendit, dicens eum timuiſſe illos, qui ex circunciſione erant? Vt autem eorum quæ dicuntur hiſtoriam cognoſcatis, paulo altius illam exorſus narrabo. D Sed attendite, quæſo: iam enim ad penitiſſimas partes peruenimus quæſtionis. Iacobus frater Domini tum initio Eccleſiæ Hieroſolymitanæ erat Epiſcopus, & Iudæis præerat omnibus, qui crediderant. Accidit autem, vt eſſent Antiochiæ quoque Iudæi, qui cum Chriſto credidiſſent, eo quod procul abeſſent ab Hieroſolyma, viderentque multos, qui crediderant, ex Gentibus, confidenter & abſque Iudaicis obſeruationibus viuere,

Act. 15. 7.

A καὶ κατη[illegible] νομων διδασκ[illegible] [illegible] αια[illegible] [illegible] μης, [illegible] οἰκονομίας ὃ [illegible] λιν ὁ Π[illegible] τῶν Ἰουδαίων [illegible] πάνταχοῦ συγχωρῶν [illegible] παρατηρήσεις, διὰ τὴν ἀσθ[illegible] τῶν μαθητῶν, ἐπειδὴ καιρὸν ἑώρα ἀπαλλάξαι [illegible] τῆς ἀνάγκης ταύτης, καὶ οὐκ ἦν ἀσφαλὲς [illegible] τοσοῦτον κεχρῆσθαι τῇ συγκαταβάσει, [illegible] γμάτων ἦν καιρὸς καὶ νόμων, [illegible] ἐπειδὴ γὰρ ἀνέβησαν ἐξ Ἀντιοχείας [illegible] Παῦ- B λον καὶ Βαρνάβαν, [illegible] σόμενοι τὸ σαφὲς, πολλῆς [illegible] ἀναστὰς ὁ Πέτρος ἔλεγεν· Ἄνδρες ἀδελφοὶ [illegible] ἐπίστασθε ἀφ᾽ ἡμερῶν ἀρχαίων, [illegible] λέξατο ὁ θεὸς [illegible] μου τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι. [illegible] ἕτερά τινα εἰπὼν μεταξὺ, ἐπήγαγε λέγων· Τί οὖν πειράζετε τὸν θεὸν ἐπιθεῖναι [illegible] τράχηλον τῶν ἐθνῶν, ὃν οὔτε οἱ [illegible] οὔτε ἡμεῖς ἰσχύσαμεν βαστάσαι, [illegible] στεως Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν [illegible] C πον κἀκεῖνοι. ὁρᾷς ὅτι [illegible] καιρὸς συγκαταβάσεως ἦν, ὁ Παῦλος ἰουδαΐζει· [illegible] οὐκ ἦν συγκαταβάσεως καιρὸς ἦν, ἀλλὰ [illegible] τίζειν ἔδει καὶ νομοθετεῖν, καὶ Πέτρος [illegible] συγκαταβάσεως ἀπαλλαγεὶς, εἰλικρινῆ [illegible] θαρὰ τὰ δόγματα παραδίδωσι, [illegible] γενομένων ὁ Παῦλος παρῆν, καὶ ἤκουε, καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτὸς διακομίζων, [illegible] μισε, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς [illegible] στόλου γνώμην, [illegible] ἦν ἔχειν τοιαῦτα [illegible] λήψεως, λέγων ὅτι φοβούμενος τοὺς ἐκ περι- τομῆς, ἵνα δὲ καὶ τὴν [illegible] D λεγομένων, μικρὸν [illegible] ἀλλὰ προσέχετε, παρακαλῶ [illegible] τὸ γὰρ βάθος τῆς [illegible] κατελήλυθεν [illegible] Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου τῆς ἐκκλησίας τό- τε ἐπεσκόπευεν ἐν ἀρχῇ, τῆς [illegible] Ἱεροσολύμοις, καὶ τῶν ἐξ Ἰουδαίων [illegible] στήκει πάντων. συνέβαινε δὲ εἶναι καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰουδαίους, οἵτινες [illegible] Χριστῷ, διὰ τὸ τῆς Ἱεροσολύμων εἶναι [illegible] λοὺς ὁρῶντας [illegible] πεπιστευκότας [illegible] καὶ [illegible] Ἰουδαϊκῶν παρατηρήσεων [illegible]

ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐνήγοντο καὶ αὐτοὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀφίστασθαι συνηθείας, καὶ καθαρὰν καὶ ἀνόθευτον ἔχειν τὴν τῆς πίστεως διδασκαλίαν. κατελθὼν τοίνυν ὁ Πέτρος, καὶ ἰδὼν οὐκ οὖσαν ἀνάγκην οὐδεμίαν συγκαταβάσεως, ἐθνικῶς ἔζη λοιπόν. τὸ δὲ, ἐθνικῶς ζῆν, τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος, τὸ χωρὶς Ἰουδαϊκῆς παρατηρήσεως, τὸ μηδὲν τῶν νομίμων ἐκείνων παραφυλάττειν, οἷον, περιτομὴν, ἢ σάββατον, ἤ τι τῶν τοιούτων. ζῶντος τοίνυν οὕτω τοῦ Πέτρου, κατῆλθόν τινες Ἰουδαῖοι ἀπὸ Ἰακώβου, τουτέστιν, ἐξ Ἱεροσολύμων, οἳ, διὰ τὸ διαπαντὸς ἐπὶ τῆς μητροπόλεως διατρίβειν, καὶ μηδένα ὁρᾷν ἑτέρως πολιτευόμενον, ἔτι τὴν πρόληψιν εἶχον τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ πολλὰς τῶν παρατηρήσεων ἐκείνων ἐπεσύροντο. τούτους ἰδὼν ὁ Πέτρος τοὺς ἀπὸ Ἰακώβου, καὶ ἐξ Ἱεροσολύμων κατελθόντας, ἀσθενεστέρους διακειμένους ἔτι, καὶ φοβηθεὶς μὴ σκανδαλισθέντες τῆς πίστεως ἀποπηδήσωσι, μετετάξατο πάλιν, καὶ τὸ ζῆν ἐθνικῶς ἀφεὶς, ἐπὶ τὴν προτέραν συγκατάβασιν ἦλθε, βρωμάτων παρατηρήσεις φυλάττων. ἰδόντες οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντες, τοῦτο ποιοῦντα, καὶ οὐκ εἰδότες αὐτοῦ τὴν γνώμην, μεθ' ἧς ταῦτα ἔπραττε, συναπήχθησαν καὶ αὐτοὶ, καὶ ἠναγκάζοντο ἰουδαΐζειν διὰ τὸν διδάσκαλον. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ Παῦλος ἐγκαλεῖ. καὶ ἵνα σαφέστερον γένηται τὸ λεγόμενον, αὐτὰ ὑμῖν λοιπὸν ἀναγνώσομαι τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα. Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. πρὸ τοῦ γὰρ ἐλθεῖν τινας ἀπὸ Ἰακώβου, τουτέστιν, ἐξ Ἱεροσολύμων, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιε, τουτέστι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ. ὅτε δὲ ἦλθόν τινες ἐξ Ἱεροσολύμων νομομαθεῖς, ὑπέστελλε, καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν ὁ Πέτρος, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς. ποίους; τοὺς ἀπὸ Ἰακώβου κατελθόντας. καὶ συναπήχθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι. ποῖοι Ἰουδαῖοι; οἱ πρὶν τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων καταβῆναι ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντες, καὶ μηδεμίαν Ἰουδαϊκὴν παρατήρησιν φυλάττοντες· ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. καὶ τὸ μὲν δοκοῦν ἔγκλημα εἶναι, τοῦτο. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ τὰς παρ' ἑτέρων ἀπολογίας ἐπινενοημένας πρότερον θεὶς, τότε καὶ τὸν ἐμαυτοῦ λόγον εἰσαγαγεῖν πειράσομαι, ἐφ' ὑμῖν τῶν λεγομένων τὴν αἵρεσιν ποιησάμενος.

A ſenſim ac paulatim inducerentur, vt à Iudaica conſuetudine abſtinerent, & puram minimeque adulteratã fidei doctrinam retinerent. Cum ergo deſcendiſſet Petrus, & nullã eſſe condeſcenſionis neceſſitatem videret, Gentiliter deinceps viuebat. Hoc autem appellat Gentiliter viuere Paulus, abſque Iudaica viuere obſeruatione, nihil ex illis Legis ritibus cuſtodire, exẽpli cauſſa, circuncisionem, ſabbatum, vel quippiã eiuſmodi. Cum igitur Petrus ita viueret, deſcenderunt quidam à Iacobo Iudæi, hoc eſt ex Hieroſolyma, qui, quod in metropoli ſemper verſati eſ-

Gentiliter viuere quid ſit.

B ſent, neque quemquam viderant ita viuentem, adhuc anticipatam illam Iudaicam opinionem retinebant, multaſque ex obſeruationibus illis ſecum trahebant. Hos cum vidiſſet Petrus, qui à Iacobo & Hieroſolyma deſcenderant, qui adhuc infirmi erant, timeretque ne ſcandalum paſſi à fide reſilirent, mutatus eſt rurſus, & omiſſa Gentili vitæ ratione, ad priorem rediit condeſcenſionem, & ciborum obſeruationes cuſtodiuit. Illum ergo Iudæi cum vidiſſent, qui Antiochiæ verſabantur,

C id agentem, neque mentem eius perſpectam haberent, qua id agebat, abducti ſunt & ipſi, ac propter magiſtrum Iudaizare cogebantur. Atque hoc eſt, quod reprehendit Paulus. Vt autem clarius fiat quod dicimus, ipſa vobis Apoſtolica verba recitabo. *Cum autem veniſſet Petrus Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſus erat. Prius enim quã venirent quidam à Iacobo*, hoc eſt Hieroſolymis, *cum Gentibus edebat*, hoc eſt cum iis qui erant Antiochiæ. *Cum autem veniſſent quidam Hieroſolymis*, periti Legis, *ſubtrahebat, & ſegregabat ſe Pe-*

D *trus timens eos, qui ex circunciſione erant.* Quoſnam? eos qui à Iacobo deſcenderant. *& abducebantur cum eo cæteri Iudæi.* Quinam Iudæi? qui, priuſquam Hieroſolymitani deſcendiſſent, Antiochiæ degebant; nec vllam obſeruationem Iudaicam cuſtodiebant. *Ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illã ſimulationem.* Atque hæc quidem eſt, quæ apparet reprehenſio: porro ſi lubet, excogitatas etiam ab aliis defenſiones vbi primo loco poſuero, tum meamquoq; ſententiam conabor expromere, vobiſq; faciã optionem, vt ex iis, quæ dicta fuerint, quod potiſſimũ placeat, eligatis.

Aliorum quorũdã ſolutionẽ præmittit.

Quo igitur pacto nonnulli hanc quæſtionem ſoluerunt? Non erat hic Petrus, inquiũt, ille primus Apoſtolorum, cui fuerunt oues à Chriſto creditæ, ſed alius quiſpiam vilis & abiectus, & vnus è vulgo. Vnde id conſtat? Cum cæteros Iudæos abductos fuiſſe cum illo dixiſſet, adiecit, inquiunt, ita vt Barnabas duceretur cum eis in illam ſimulationem. Quod autem dixit, ita vt Barnabas, indicat multo fuiſſe mirabilius illud, quam Petrum abductum eſſe. Sic enim loquutus eſt, vt maiorem illum cenſere videatur, non modo Petrus, inquiens, ſed & Barnabas: atqui Barnabas Petro illo maior non erat. Veruntamẽ non ita ſe res habet, planè ita ſe non habet. Neque enim eo quod Barnabas maior eſſet, ideo miratur magis: ſed quam ob cauſſam? quod nimirum ille quidem in circuncisionem miſſus eſſet, at Barnabas cum Paulo Gentibus prædicaret, & vbique cum Paulo copularetur. Quemadmodũ igitur alibi dicit,

1.Cor.9.6. Aut ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatẽ non operandi? & rurſus,

Gal.2.1. Aſcendi Hieroſolymam cum Barnaba, & vbique vides illũ cum Paulo docere. Non ergo quod Petro maior eſſet, idcirco eum quoq; abductum eſſe miratur; ſed quod is qui ſecum ſemper prædicabat, cuique nihil erat commune cum Iudæis, verum inter Gentes docebat, ipſe quoque eſſet abductus: cæterum Petrum illum eſſe de quo hæc omnia dicit, cum ex iis quæ præceſſerunt, tum ex iis quæ ſequuntur, manifeſtum eſt. Quod enim ſe in faciẽ reſtitiſſe illi dicit, ac pro magno illud habet, nihil aliud indicat, niſi ſe dignitatem minimè reueritũ eſſe perſonæ: porro de altero quopiam ſi dixiſſet, ſe in faciem illi reſtitiſſe, nequaquam hoc pro magno habuiſſet. Præterea ſi quiſpiam alius Petrus fuiſſet, nõ tantũ valuiſſet eius mutatio, vt cęteros etiam Iudæos attraheret. Neq; enim adhortatus eſt, neque conſuluit, ſed tantum ſubtrahebat, & ſegregabat ſe: atq; illa ſubtractio & ſegregatio cęteros omnes diſcipulos attrahere potuit propter perſonæ dignitatem. Itaque Petrum fuiſſe ſatis ex his conſtat: cæterum aliam ſolutionem, ſi velitis, dicemus.

Altera ſolutio quæſtionis, cur reprehẽſus ſit Petrus. Quænam igitur eſt altera? Recte Petrum reprehendebat Paulus, quod vltra modum condeſcenſione vteretur.

A πῶς οὖν τινες τὴν ζήτησιν ταύτην ἔλυσαν; οὐκ ἦν οὗτος Πέτρος, φησὶν, ἐκεῖνος, ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ὁ παρὰ τοῦ κυρίου τὰ πρόβατα πιστευθεὶς, ἀλλ' ἕτερός τις εὐτελὴς καὶ ἀπερριμμένος, καὶ τῶν πολλῶν εἷς. πόθεν τοῦτο δῆλον; εἰπὼν ὁ Παῦλος, ὅτι συναπήχθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ἐπήγαγε, φησὶν, ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. τὸ δὲ εἰπεῖν, ὥστε καὶ Βαρνάβας, δηλοῦντός ἐστιν, ὅτι πολὺ τοῦτο θαυμαστότερον ἦν τοῦ Πέτρον ἀπαχθῆναι. ὡς γὰρ μείζονα αὐτὸν τιθεὶς, οὕτως εἶπεν, ὅτι οὐ μόνον Πέτρος, ἀλλὰ καὶ Barνά-

B βας. Πέτρου δὲ ἐκείνου μείζων Βαρνάβας οὐκ ἦν. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ, ἐπειδὴ μείζων ἦν ὁ Βαρνάβας, διὰ τοῦτο ἐπὶ τούτῳ θαυμάζει μᾶλλον, ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν; ὅτι ἐκεῖνος μὲν εἰς τὴν περιτομὴν ἀπεστάλη, Βαρνάβας δὲ μετὰ Παύλου τοῖς ἔθνεσιν ἐκήρυττε, καὶ πανταχοῦ τῷ Παύλῳ συνέζευκται. ὥσπερ οὖν ἀλλαχοῦ φησιν, Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι; καὶ πάλιν, Ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ Βαρνάβα, καὶ πανταχοῦ μετὰ τοῦ Παύλου διδάσκοντα αὐτὸν

C ὁρᾷς. οὐκ ἐπειδὴ οὖν μείζων ἦν Πέτρου, διὰ τοῦτο θαυμάζει, ὅτι καὶ αὐτὸς συναπήχθη· ἀλλ' ἐπειδὴ μετ' αὐτοῦ κηρύττων ἀεὶ, καὶ οὐδὲν κοινὸν πρὸς Ἰουδαίους ἔχων, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσι διδάσκων, καὶ αὐτὸς συναπήχθη. ὅτι δὲ Πέτρος ἐστὶ, περὶ οὗ ταῦτα πάντα φησὶ, δῆλον καὶ ἐκ τῶν ἀνωτέρω, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα. τὸ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι κατὰ πρόσωπον αὐτῷ αντέστην, καὶ ὡς μέγα θεῖναι τοῦτο, οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντός ἦν, ἀλλ' ἢ ὅτι οὐκ ᾐδέσθη τοῦ προσώπου τὸ ἀξίωμα· οὐκ ἂν δὲ περὶ ἑτέρου λέγων, ὅτι κατὰ πρόσωπον αὐτῷ

D ἀντέστην, ὡς μέγα τι τοῦτο ἂν ἔθηκε. πάλιν, εἰ ἄλλος ἦν Πέτρος, οὐκ ἂν ἡ μετάστασις αὐτοῦ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὥστε καὶ τοὺς λοιποὺς ἐφελκύσασθαι Ἰουδαίους. οὔτε γὰρ παρῄνεσέ τι, οὔτε συνεβούλευσεν, ἀλλὰ μόνον ὑπέστελλε, καὶ ἀφώριζεν ἑαυτόν· καὶ ἴσχυσεν ἡ ὑποστολὴ καὶ ὁ ἀφορισμὸς πάντας ἐπισπάσασθαι τοὺς μαθητὰς διὰ τὸ τοῦ προσώπου ἀξίωμα. ὅτι μὲν οὖν Πέτρος ἦν, ἐκ τούτων δῆλον. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ τὴν ἑτέραν λύσιν ἐροῦμεν. τίς οὖν ἐστιν ἡ ἑτέρα; καλῶς ἐνεκάλεσε Παῦλός, φησι, τῷ Πέτρῳ, ὅτι πέρα τοῦ μέτρου τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο.

καὶ γὰρ ὃν τρόπον αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις γινόμενος συγκατέβη τοῖς Ἰουδαίοις, οὕτω κἀκεῖνον ἐχρῆν, φησιν, εἰς Ἀντιόχειαν ἐλθόντα, μὴ πρὸς Ἰουδαίους ἰδεῖν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν. ὥσπερ γὰρ ἡνίκα πάντες Ἰουδαῖοι ἦσαν, καὶ Παῦλος ἠναγκάσθη ἰουδαΐζειν· οὕτως ἔνθα πλείους ἦσαν οἱ ἐξ ἐθνῶν, καὶ ἡ πόλις οὐδεμίαν ἀνάγκην παρεῖχε συγκαταβάσεως, οὐκ ἐχρῆν διὰ τοὺς ὀλίγους Ἰουδαίους σκανδαλίσαι τοὺς τοσούτους Ἕλληνας. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔστι λύσις, ἀλλ' ἐπίτασις τοῦ ζητήματος. ὃ γὰρ ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, οὐ τοῦτό ἐστι τὸ σπουδαζόμενον ἡμῖν, δεῖξαι ὅτι καλῶς ἐνεκάλεσε Παῦλος (ἐπεὶ οὕτω μένει τὸ ζήτημα. φανήσεται γὰρ ὑπεύθυνος ὢν ταῖς μέμψεσιν ὁ Πέτρος) τὸ δὲ ζητούμενον, καὶ τοῦτον, κἀκεῖνον ἀπαλλάξαι τῶν ἐγκλημάτων. πῶς οὖν ἔσται τοῦτο; ἂν τὴν γνώμην, μεθ' ἧς ὁ μὲν ἐπετίμησεν, ὁ δὲ ἐπετιμήθη, μάθωμεν, καὶ τὴν διάνοιαν αὐτὴν ἀναπτύξωμεν. τίς οὖν ἐστιν ἡ διάνοια; σφόδρα ὁ Πέτρος ἐπεθύμει καὶ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων κατελθόντας, τοὺς ἀπὸ Ἰακώβου, ἀπαλλάξαι τῆς παρατηρήσεως τῆς Ἰουδαϊκῆς. ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸς ταύτην εἰσηγήσατο τὴν γνώμην, καὶ παρελθὼν εἶπε, παύσασθε τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι χρώμενοι, ὡς ἐναντία ἑαυτῷ δημηγορῶν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένοις ἅπασι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον, ἐσκανδάλισεν ἂν τοὺς μαθητάς. πάλιν, εἰ Παῦλος πρὸς αὐτοὺς τοῦτον ἀπέτεινε τὸν λόγον, οὐδ' ἂν προσέσχον, οὐδ' ἂν ἠνέσχοντο τῆς ἀκροάσεως. οἱ γὰρ καὶ χωρὶς τούτου μισοῦντες αὐτὸν καὶ ἀποστρεφόμενοι διὰ τὴν τοιαύτην φήμην, πολλῷ μᾶλλον, εἰ καὶ συμβουλεύοντος ταῦτα ἤκουσαν, ἀπεπήδησαν ἄν. τί οὖν γίνεται; Ἰουδαίοις μὲν οὐδεὶς αὐτῶν ἐπετίμα τοῖς ἐξ Ἰακώβου, δέχεται δὲ τὴν ἐπιτίμησιν Πέτρος παρὰ τοῦ Παύλου, ἵνα ἐγκαλούμενος ὑπὸ τοῦ συναποστόλου, δικαίαν ἔχοι λοιπὸν τὴν παρρησίαν τοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἐπιπλῆξαι. καὶ ἐπιτιμᾶται μὲν ὁ Πέτρος, διορθοῦνται δὲ οἱ μαθηταί. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ συναλλαγμάτων γίνεται βιωτικῶν. ὅταν γάρ τινες ὀφείλωσί τινα ἐλλείμματα πολιτικῶν εἰσφορῶν, εἶτα οἱ μέλλοντες αὐτοὺς ἀπαιτεῖν, αἰσχύνωνται καὶ ἐρυθριῶσι προσενεχθῆναι σφοδρότερον,

A Nam qua ratione, ipſe cum eſſet Hieroſolymis, condeſcendebat Iudæis, eadem quoque illum oportuit, cum Antiochiam veniſſet, non ad Iudæos reſpicere, ſed ad eos qui crediderant ex Gentibus. Vt enim, cum omnes erant Iudæi, etiam Paulus Iudaizare coactus eſt: ita cum plures erant ex Gentibus, nec vllam ciuitas neceſſitatem condeſcenſionis afferebat, non oportebat propter paucos Iudæos ſcandalo eſſe tot Gentilibus. Atenim hoc non iam ſolutio eſt, ſed amplificatio quæſtionis. Quod enim in exordio dixi orationis, non id nobis propo-
B ſitum eſt, vt oſtendamus recte reprehendiſſe Paulum (ſic enim adhuc reſtabit quæſtio. Petrus enim obnoxius criminationi videbitur) ſed id potiſſimum quærimus, quo pacto & hunc, & illum reprehenſione liberemus. Quonam igitur pacto id fiet? ſi qua mente vnus increparit, & alter fuerit increpatus, diſcamus, & ſententiam illam explicemus. Quæ tandem igitur eſt illa ſententia? Vehementer optabat Petrus, eos qui deſcenderant Hieroſolyma à Iacobo profecti, Iudai- *Quo conſilio Paulus Petrū argueret*
C ca obſeruatione liberare. Quod ſi hanc ipſe ſententiam introduxiſſet, & in medium progreſſus dixiſſet, Iudaicis ritibus vti deſinite, quaſi contraria ſibi ipſi, & iis omnibus, quæ ab ipſo fuerant ante pacta, prædicaret, diſcipulis ſuis ſcandalum attuliſſet. Rurſus ſi hanc ad illos Paulus orationem direxiſſet, nequaquam acquieuiſſent, neque audire potuiſſent. Nam qui alioquin oderant illum, & auerſabantur ob ſimilem ſparſum rumorem, multo magis, ſi etiam iſta conſulentem audiſſent, planè abhor-
D ruiſſent. Quid ergo factum eſt? Iudæos quidem, qui erant à Iacobo, nullus illorum increpabat, ſed increpationem excipit Petrus à Paulo reprehenſus, vt cum à coapoſtolo correctus fuerit, iuſta cum fiducia deinde poſſit diſcipulos obiurgare. Hoc etiam in contractibus fit ſecularibus. Nam ſi quando nonnulli ciuilium tributorum reliqua debebant, ac deinde illi qui exacturi ſunt illa, non audeant, ſed erubeſcant vehementius illos vrgere,

vt maiorem captent occaſionem ac facultatem illis vehementius inſtandi, à commilitonibus ſpoliari ſe curant, & conuitiis affici, atque aliis innumeris vexari malis in conſpectu illorum, vt dum iſta fiunt, nequaquam ex ſe, aut ſua ſponte, ſed impoſita à cæteris neceſſitate videantur illos vrgere, & illata à cæteris contumelia apud alios ipſis obnoxios excuſationis anſam ſuppeditat: hoc & in Paulo ac Petro accidit. Debebant enim reliqua nõnulla Iudæi. Quænã illa porro? nimirum vt à Iudaiſmo penitus abſtinerent. Hæc reliqua Petrus vehementer repetere cupiebat, & puram ab illis fidem exigere. Cum igitur maiorem facultatẽ & occaſionem exactionis eiuſmodi nanciſci vellet, à Paulo ſe vehementer increpari & obiurgari curauit, vt hæc ſimulata increpatio iuſtam ipſi aduerſus illos anſam & occaſionem præberet. Idcirco etiam in ipſo initio, In faciem, inquit, ipſi reſtiti, & hîc rurſus, Dixi Petro coram omnibus. Nam ſi quidem Petrum corrigere voluiſſet, priuatim id egiſſet; ſed quoniam non id erat, quod ſtudioſè expetebat (nouerat enim qua mente cuncta illa faceret) ſed eos qui diu claudicauerant, ſtabilire cupiebat, idcirco in conſpectu omnium adhibet increpationem. At Petrus ſuſtinet, & tacet, neque contradicit. Sciebat quippe quo animo Paulus increparet, & totum Petrus tacendo perficiebat. Eius quippe ſilentium Iudæos docebat non amplius legis ritibus adhærendum eſſe. Neque enim magiſter ipſe tacuiſſet, inquiebant, niſi ſibi conſcius eſſet merito ſe à Paulo fuiſſe reprehenſum. Sed, ſi placet, ipſam reprehenſionem audiamus. Dixi Petro coram omnibus, inquit, *Si tu, cum Iudeus ſis, Gentiliter viuis.* Animaduerte prudentiam. Non dixit illi: Male agis, dum Iudaicè viuis: ſed priorem eius arguit conuerſationem, vt non iam ex ſententia Pauli admonitio & conſilium, ſed ex Petri iudicio iam expreſſo videatur inferri. Nam ſi quidem dixiſſet, Male agis, dum legem obſeruas, reprehendiſſent Petri diſcipuli: iam vero cum audiunt,

Cur ſe argui voluerit Petrus.

A βουλόμενοι πλείονα λαβεῖν ἀφορμὴν καὶ ἐξουσίαν τῆς κατ' αὐτῶν σφοδρότητος, παρασκευάζουσιν ἑτέρους τῶν συστρατιωτῶν ἀποδῦσαι, λοιδορήσασθαι, μυρία ἕτερα αὐτοῖς διαθεῖναι δεινὰ ὁρώντων ἐκείνων, ἵνα τούτων γινομένων, μηκέτι παρ' ἑαυτῶν, μηδὲ οἴκοθεν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑτέρων ἀνάγκης δοκῶσιν ἐκείνοις σφοδρότερον ἐπιτίθεσθαι, καὶ γίνεται ἡ ἑτέρων ὕβρις αὐτοῖς ἀπολογία πρὸς τοὺς ὑπευθύνους τοὺς ἑαυτῶν. τοῦτο καὶ ἐπὶ Παύλου, καὶ ἐπὶ Πέτρου γέγονεν. ὤφειλον γάρ τινα ἐλλείμματα οἱ Ἰουδαῖοι. ποῖα δὴ ταῦτα; τὸ παντελῶς ἀποστῆναι τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ. B ἀπαιτῆσαι ταῦτα τὰ ἐλλείμματα σφοδρότερον ὁ Πέτρος ἐβούλετο, καὶ καθαρὰν εἰσπράξασθαι παρ' αὐτῶν τὴν πίστιν. βουλόμενος τοίνυν πλείονα λαβεῖν ἐξουσίαν καὶ ἀφορμὴν τῆς τοιαύτης εἰσπράξεως, παρασκευάζει τὸν Παῦλον ἐπιτιμῆσαι μεθ' ὑπερβολῆς, καὶ ἐπιπλῆξαι· ἵνα ἡ ἐπίπλαστος ἐπιτίμησις αὕτη δικαίας αὐτῷ παρρησίας κατ' ἐκείνων ἀφορμὴν παρέχῃ καὶ πρόφασιν. διὰ τοῦτο καὶ ἀρχόμενός φησι, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, εἶπον τῷ Πέτρῳ ἔμπροσθεν C πάντων. εἰ μὲν γὰρ τὸν ἀπόστολον διορθώσασθαι ἐβούλετο, κατ' ἰδίαν ἂν τοῦτο ἐποίησεν· ἐπειδὴ δὲ οὐ τοῦτο ἦν ὃ σπουδαζόμενον (ᾔδει γὰρ τὴν γνώμην, μεθ' ἧς ἅπαντα ταῦτα ἐποίει) ἀλλ' ἐκείνους μέχρι πολλοῦ χωλεύοντας στηρίξαι ἐσπούδαζε, διὰ τοῦτο ἔμπροσθεν πάντων ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν. ὁ δὲ Πέτρος ἀνέχεται, καὶ σιγᾷ, καὶ οὐκ ἀντιλέγει. ᾔδει γὰρ τὴν γνώμην, μεθ' ἧς ὁ Παῦλος ἐπετίμα· καὶ τὸ πᾶν ὁ Πέτρος κατώρθωσε σιγήσας. ἡ γὰρ τούτου σιγὴ, διδασκαλία τοῖς Ἰουδαίοις ἐγίνετο τοῦ μηκέτι τοῖς νοD μίμοις ἐνέχεσθαι. οὐ γὰρ ἂν ὁ διδάσκαλος ἐσίγησε, φησιν, εἰ μὴ συνῄδει δικαίως ἐπιτιμῶντι τῷ Παύλῳ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ αὐτῆς τῆς ἐπιτιμήσεως ἀκούσωμεν. Εἶπον τῷ Πέτρῳ πάντων ἔμπροσθεν φησιν. εἰ σὺ, Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς. σκόπει σύνεσιν· οὐκ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι κακῶς ποιεῖς Ἰουδαϊκῶς ζῶν· ἀλλ' ἐλέγχει αὐτοῦ τὴν προτέραν ἀναστροφήν· ἵνα μὴ ἐκ τῆς Παύλου γνώμης ἡ παραίνεσις καὶ ἡ συμβουλὴ, ἀλλ' ἐκ τῆς Πέτρου κρίσεως τῆς ἤδη γεγενημένης εἰσενηνέχθαι δοκῇ. εἰ μὲν γὰρ εἶπε, κακῶς ποιεῖς τὸν νόμον τηρῶν, ἐπετίμησαν ἂν οἱ μαθηταὶ οἱ Πέτρου· νυνὶ δὲ ἀκούσαντες,

ὅτι οὐ τῆς Παύλου γνώμης ἡ παραίνεσις ἦν καὶ ἡ διόρθωσις αὕτη, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Πέτρος οὕτως ἔζη, καὶ ταῦτα εἶχεν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ δόγματα, καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ἡσύχαζον. διὰ τοῦτο οὔτε Πέτρος εἰσηγεῖται τὴν γνώμην, ἀλλ' ἀνέχεται παρ' ἑτέρου, τοῦ Παύλου λέγω, διελέγχεσθαι, καὶ σιγᾷ ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὴν διδασκαλίαν. οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον τὴν σύνεσίν ἐστιν ἰδεῖν Παύλου, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς εἰρημένων. οὐ γὰρ εἶπεν, εἰ σὺ, Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ἔζης, καὶ οὐχ Ἰουδαϊκῶς, ἀλλ' ἔτι ζῇς· ὥστε καὶ νῦν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχεις. καὶ τὸ πολλῆς γέμον συνέσεως, τὸ ἐπαγόμενόν ἐστιν. εἰπὼν γὰρ, ἐθνικῶς ζῇς Ἰουδαῖος ὤν, οὐκ ἐπήγαγε· τί τοὺς Ἰουδαίους ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν, ἀλλὰ πῶς; τί τὰ ἔθνη, φησὶν, ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν; ἵνα τῷ δοκεῖν τῶν ἰδίων ἀντιποιεῖσθαι μαθητῶν, καὶ προσχήματι τῆς ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν κηδεμονίας, πείσῃ τοὺς Ἰουδαίους ἀποστῆναι τῆς παλαιᾶς συνηθείας. ὅτι γὰρ πέπλασται τὰ ἐγκλήματα, ἐξ αὐτῶν τῶν εἰρημένων δῆλον. ἀνωτέρω γὰρ εἰπὼν, Συναπήχθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι, ἐνταῦθα λέγει· τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν; καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν εἰπεῖν, τί τοὺς Ἰουδαίους ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν. οἱ γὰρ συναπαχθέντες, οὐχ οἱ ἐξ ἐθνῶν ἦσαν, ἀλλ' Ἰουδαῖοι. ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο εἶπεν, ἔδοξεν ἂν ὁ λόγος τραχὺς εἶναι, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προσήκων (τῶν γὰρ ἐθνῶν διδάσκαλος ἦν) νῦν δὲ ἐν προσχήματι κηδεμονίας τῶν ἰδίων μαθητῶν ἀνύποπτον καὶ ἐλευθέραν ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν. καὶ ἵνα μάθητε, ὅτι οὐκ ἐπιτίμησις ἦν κατὰ Πέτρου τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ παραίνεσις καὶ διδασκαλία τοῖς Ἰουδαίοις ἐν τάξει τῆς ἐπιτιμήσεως τῆς κατὰ Πέτρου, ἄκουσον τῶν ἑξῆς. Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί. ταῦτα γὰρ λοιπὸν διδάσκοντός ἐστι, καὶ οὐκ ἔτι εἰς Πέτρον τὸ πᾶν περιίστησιν, ἀλλὰ κοινοῖ τὸν λόγον. Εἰ μὲν γὰρ ὡς διδάσκων ἐξ ἀρχῆς εἰσέβαλεν, οὐκ ἂν ἠνέσχοντο Ἰουδαῖοι· νῦν δὲ τὴν ἀρχὴν ἐξ ἐπιτιμήσεως λαβὼν, καὶ δόξας δικαίαν ποιεῖσθαι κατὰ τοῦ Πέτρου τὴν ἐπιτίμησιν, ὡς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἕλκοντος πρὸς τὴν τῶν νομίμων παρατήρησιν, ἐκβαίνει λοιπὸν ἀδεῶς εἰς παραίνεσιν καὶ συμβουλὴν, ὡς τῆς ἀκολουθίας ἐπὶ τοῦτο ἀγούσης αὐτόν. ἵνα γὰρ μή τις ἀκούσας,

A non eſſe ex mente Pauli admonitionem illam, vel correctionem, ſed ipſum Petrum ita viuere ſolitum, & hæc dogmata in animo habuiſſe, vellent nollent, quieſcere debuerunt. Propterea neque Petrus illam ſententiam introducit, verùm ab altero ſe coargui, hoc eſt à Paulo permittit, & ſilet, vt doctrina facilius poſſit admitti. Neque vero tantum inde Pauli prudētiam ſpectare licet, ſed ex iis etiam, quæ deinde ſunt dicta. Non enim dixit, Si tu, cum Iudæus ſis, Gentiliter viuebas, & non Iudaicè, ſed viuis: itaque nunc etiam eandem ſententiam ſequeris: quodque B multam ſapit prudentiam, mox adiicitur. Cum enim dixiſſet, Gētiliter viuis, cum Iudæus ſis, non adiunxit, cur Iudæos cogis Iudaizare? ſed quid? Cur Gentes, inquit, cogis Iudaizare? vt dum ſibi diſcipulos ſuos videtur vindicare, Iudæis ſuadeat, vt ab antiqua conſuetudine recedant. Nam ſimulatam eſſe reprehenſionem, ex iis ipſis quæ dicta ſunt, liquet. Cum enim paulo ante dixiſſet, Abducebantur cum eo cæteri Iudæi, hoc loco ait, Cur Gentes cogis Iudaizare? Atqui dicendum erat, Cur Iudæos cogis Iudaiza- C re? Qui enim ſimul abducti fuerant, non ex Gentibus erant, ſed Iudæi. Veruntamen ſi hoc dixiſſet, paulo aſperior viſa eſſet oratio, nec vllo modo ei conueniens (quippe qui Gentium doctor eſſet) iam vero per ſpeciem defenſionis & curæ ſuorum diſcipulorum, immunem ac liberam obiurgationem ſuam reddit. Atque vt intelligatis orationem illam non iam reprehenſionem Petri fuiſſe, ſed admonitionem, ac doctrinā Iudæis per ſpeciem reprehenſionis Petri adhibitam, audi D quæ ſequuntur. Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores. Hæc enim iam ſunt verba docentis, neque ad Petrum cuncta referuntur, ſed orationem reddit communem. Si enim tanquam docens ab initio hæc introduxiſſet, non tuliſſent Iudæi. Iam vero quū initio à reprehenſione ducto, & quod videatur merito Petrū reprehendere, vt qui conuerſos ex Gentibus ad Legis rituum obſeruationem allicere videretur, tranſit deinde confidenter ad admonitionem & conſilium, quaſi ab ipſa ſerie tractuq; ſermonis eò delatus fuiſſet. Ne enim quiſpiā forte cū audiſſet,

Simulatā fuiſſe reprehēſionē oſtendit.

Gentes cogis Iudaizare, ſolis illis pu-
taret Iudaizare non eſſe permiſſum, ſed Iudæis licere., orationem redigit ad ipſos doctores. Quid ego de gentibus, inquit, aut reliquis Iudæis loquor? immo etiam doctores, nos Apoſtoli. Neque hoc ſolum cauſſæ firmamentum affert, ſed etiam quod nos ex poſteris Iudæi penitus à lege diſceſſerimus. Quæ nobis igitur dari venia poterit, ſi cæteros ad hoc pertrahamus? vides vt Iudæos occultè carpat, & doctrinam perfectam conſtituat? Cum enim dixiſſet, Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores: & cauſſam affert rationis conſentaneum ob quam à Iudaiſmo deſciuerant: Scientes, quod non iuſtificatur homo ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & non ex operibus Legis: nos quoque in Chriſtum Ieſum credidimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis, eo quod non iuſtificetur homo ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Vides vt frequenter infirmitatis legis faciat mentionem. & iuſtitiæ quæ eſt ex fide. Et crebro inculcat ea nomina, quod non eſt reprehendentis, ſed docentis & conſulentis. Verum, vt dicebam, ſi quidem vt in Iudæos inueheretur hæc diceret, actum eſſet, ac res eſſet planè deplorata, quod illi huius doctrinam minimè ferrent: quoniam autem ad Petrum orationem conuertit, illi clam vtilitatem percipiebant, dum reprehenderetur, ac taceret Petrus, eiuſque ſententia omnis detegeretur non ab ipſo, ſed à coapoſtolo, & prior eius conuerſatio in medium proferretur. Deinde vero ne apud ſe dicerent. Itaque licet Petrus & Paulus perperam egerint, iuſtas & indubitatas affert cauſſas, ob quas Iudaicis ritibus adhærendum non eſt. Eæ vero ſunt, quod iuſtificare lex minimè poſſit, ſed fides tantum. Atque hic quidem leni ac moderata vtitur oratione, progreſſus autem paulullum vehementiorem adhibet & acriorem. Quodſi quærentes iuſtificari in Chriſto inuenti ſumus & ipſi peccatores, num Chriſtus peccati miniſter eſt? Quod autem dicit talem ſententiam habet: Fides iuſtificat, & à ritibus Iudaicis iubet diſcedere, vt qui iam ceſſarint:

Infirmitatē legis inculcat Apoſt.

A ὅτι τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν, νομίσῃ ὅτι μόνοις ἐκείνοις οὐκ ἔξεστιν ἰουδαΐζειν, τοῖς δὲ Ἰουδαίοις ἐφεῖται, εἰς αὐτοὺς τοὺς διδασκάλους τὸν λόγον περιΐστησι. τί λέγω, φησὶ, περὶ ἐθνῶν, ἢ τῶν λοιπῶν Ἰουδαίων; ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ διδάσκαλοι, ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι. καὶ οὐ τοῦτο λέγει μόνον τὸ δικαίωμα, ὅτι οἱ διδάσκαλοι καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἀλλ' ὅτι καὶ οἱ ἐκ προγόνων Ἰουδαῖοι καθάπαξ ἀπέστημεν τοῦ νόμου. ποίαν οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν, ἑτέρους εἰς τοῦτο ἕλκοντες; ὁρᾷς πῶς λανθανόντως τῶν Ἰουδαίων καθάπτεται, καὶ τὴν διδασκαλίαν συντίθησιν ἀπηρτισμένην; εἰπὼν γὰρ,
B ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί· καὶ αἰτίας τίθησιν εὐλόγους, δι' ἣν ἀπέστημεν τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ· Εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, εἰ μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν ἐπιστεύσαμεν, ἵνα δικαιωθῶμεν ἐκ πίστεως Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου· διότι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, εἰ μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὁρᾷς πῶς συνεχῶς καὶ τῆς ἀσθενείας τοῦ νόμου μνημονεύει, καὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν δικαιοσύνης; καὶ πυκνῶς στρέφει τὰ ὀνόματα, ὅπερ
C οὐκ ἔστιν ἐπιτιμῶντος, ἀλλὰ διδάσκοντος, καὶ συμβουλεύοντος. ἀλλ', ὅπερ ἔφην, εἰ μὲν πρὸς Ἰουδαίους ἀποτεινόμενος ταῦτα ἔλεγε, τὸ πᾶν ἂν διεῤῥύη καὶ ἀπώλετο, οὐκ ἀνεχομένων ἐκείνων τῆς τοιαύτης διδασκαλίας. ἐπειδὴ δὲ πρὸς Πέτρον τὸν λόγον ἐπέστρεψε, λανθανόντως ἐκεῖνοι τὴν ὠφέλειαν ἐκαρποῦντο, ἐπιτιμωμένου καὶ σιγῶντος τοῦ Πέτρου, καὶ τῆς γνώμης αὐτοῦ πάσης ἐκκαλυπτομένης, οὐχὶ παρ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τοῦ συναποστόλου, καὶ τῆς ἀναστροφῆς τῆς προτέρας εἰς μέσον ἀγομένης. Εἶτα, ἵνα μὴ
D λέγωσι παρ' ἑαυτοῖς, τί οὖν εἰ καὶ Πέτρος καὶ Παῦλος κακῶς ἐποίησαν, αἰτίας δικαίας καὶ ἀναμφισβητήτους τίθησι, δι' ἃς οὐ δεῖ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν ἔχεσθαι. αὗται δέ εἰσι, τὸ μὴ δύνασθαι τὸν νόμον δικαιοῦν, ἀλλὰ τὴν πίστιν μόνον. καὶ ἐνταῦθα μὲν ἠπιωτέρῳ κέχρηται τῷ λόγῳ· προϊὼν δὲ καταφορικώτερον ποιεῖ καὶ σφοδρότερον. Εἰ δὲ ζητοῦντες δικαιωθῆναι ἐν Χριστῷ, εὑρέθημεν καὶ αὐτοὶ ἁμαρτωλοὶ, ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος, ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἡ πίστις δικαιοῖ, καὶ κελεύει ἀποστῆναι τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν, ὡς πεπαυμένων λοιπόν·

εἰ δὲ ἔτι κρατεῖ ὁ νόμος καὶ κύριός ἐστι, καὶ ὁ ἀφεὶς αὐτὸν παραβάσεως κρίνεται, εὑρεθήσεται ὁ Χριστὸς, ὁ κελεύσας ἡμῖν αὐτὸν ἀφιέναι, τῆς παραβάσεως ἡμῖν αἴτιος γεγενημένος, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπαλλάξας ἡμᾶς ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ ἐμβαλὼν εἰς ἁμαρτίαν. εἰ γὰρ διὰ τὴν πίστιν τὸν νόμον ἀφήκαμεν, τὸ δὲ ἀφιέναι τὸν νόμον ἁμαρτία ἐστὶν, ἡ πίστις, δι' ἣν τὸν νόμον ἀφήκαμεν, αὕτη τῆς ἁμαρτίας ὑμῖν αἰτία ἐγένετο. καὶ ἐπειδὴ λοιπὸν εἰς ἄτοπον τὸν λόγον περιέστησεν, οὐκέτι ἐδεήθη κατασκευῆς τινος πρὸς ἀνατροπὴν, ἀλλὰ τῷ μὴ γένοιτο ἠρκέσθη, ὡς αὐτόθεν τῆς ἀτοπίας ὡμολογημένης (εἰ γὰρ, φησὶν, ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ, παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι) εἰς τὸ ἐναντίον περιέστησε τὸν λόγον, καὶ ἔδειξεν, ὅτι οὐ τὸ παραβῆναι νόμον, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀφεῖναι νόμον, τοῦτο ποιεῖ παραβάτην, καὶ ἐν τάξει τοῦ οἰκείου προσώπου πάλιν τὸν Πέτρον αἰνίττεται. τί γὰρ κατέλυσεν ὁ Πέτρος τὴν τῶν βρωμάτων παρατήρησιν ἐθνικῶς ζῆν προῃρημένος; πάλιν οὖν πρὸς Ἰουδαίους ἐπανελθὼν, κἀκείνοις συζῶν, εὑρεθήσεται, ἃ κατέλυσεν, οἰκοδομῶν. ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ τῆς κρίσεως ἔχεται τοῦ Πέτρου, καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ ἐκκαλύπτει ἀναστροφήν· ἵνα μὴ παρὰ τῆς τοῦ Παύλου γλώττης, ἀλλὰ παρὰ τῆς τοῦ Πέτρου γνώμης, ἣν διὰ τῶν πραγμάτων ἐπεδείξατο, δοκῶσιν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν παραίνεσιν δέχεσθαι; διὰ ταῦτά φησι, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, καὶ ὅτι οὐκ ὀρθοποδεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, οὐχ οὕτως δὲ ἔχων· μὴ γένοιτο (διὰ γὰρ πολλῶν τοῦτο ἀπεδείξαμεν) ἀλλ' ὥσπερ τότε ἐπετίμα Παῦλος, καὶ ταῦτα ἀκούων ὁ Πέτρος ἐσίγα, ὥστε μὴ ἀνατρέψαι τὴν οἰκονομίαν Παύλου, καὶ κατεδέχετο, ὡς οὐκ ὀρθῶς πεποιηκὼς, δέχεσθαι τὴν ἐπίπληξιν, ἵνα ἀπολογία αὐτῷ γένηται τοῦτο πρὸς τοὺς μαθητάς· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς νῦν μετὰ τῆς αὐτῆς γνώμης, μεθ' ἧς ἐπετίμησε Πέτρῳ, γράφει ταῦτα, ἅπερ ἔγραψε Γαλάταις. εἰ γὰρ τότε τὸ ἐπιτιμηθῆναι Πέτρον, καὶ σιγῆσαι, χρήσιμον ἦν τοῖς Ἰουδαίοις, πολλῷ μᾶλλον ἂν καὶ νῦν τὸ ταῦτα περὶ αὐτοῦ λεχθῆναι χρήσιμον ἦν τῶν Γαλατῶν τοῖς διεφθαρμένοις. ὥσπερ γὰρ οἱ τότε ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντες, ὁρῶντες Πέτρον ἐπιτιμώμενον μετὰ ὑπερβολῆς, καὶ σιγῶντα, διωρθοῦντο τῇ κατὰ τοῦ διδασκάλου

A quod ſi adhuc lex imperat atque dominatur, & qui eam deſeruerit, præuaricationis eſt reus, Chriſtus, qui nobis, vt illã deſereremus, imperauit, nobis præuaricationis auctor fuiſſe reperietur; neque ſolum peccato non liberaſſe, ſed & in peccatum impuliſſe. ſi enim ob fidem legem deſeruimus, porro à lege diſceſſiſſe peccatum eſt, fides ob quam legem deſeruimus, ipſa nobis facta eſt cauſſa peccati. Quando autem ad abſurdum iam ſermonem redegit, neque vlla demonſtratione indiguit ad refutandum, ſed contentus fuit dicere, Abſit, quod abſurditas in
B confeſſo eſſet, (*Si enim, inquit, quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico, præuaricatorem me conſtituo*) in contrarium conuertit orationem, & oſtendit, non tranſgredi legem, ſed legem non deſerere, hoc præuaricatorem reddere, & per ſpeciem propriæ perſonæ rurſus Petrum deſignat. In quo enim Petrus ciborum obſeruationem violauit, qui Gentiliter ſtatuerat viuere? Cum igitur ad Iudæos iterum redierit, & cum illis viuat, reperietur ædificare quæ deſtruxerat. Vides quo pa-
C cto vbique in condemnatione Petri hæreat, & priorem ipſius conuerſationem manifeſtet: vt non à lingua Pauli, ſed à mente Petri, quàm rebus ipſis oſtenderat, Iudæi admonitionem accipere videantur? Propterea dicit: Timens eos qui ex circunciſione erant, & quia reprehenſus erat; & quod non recte ambularet ad veritatem euangelij. Non quod ita ſe haberet: abſit (hoc enim pluribus demonſtrauimus) ſed quemadmodum tum temporis reprehendebat Paulus, & hæc audiens Petrus tacebat, ne
D Pauli diſpenſationem euerteret, & contentus erat quaſi non rectè ageret, obiurgationem admittere, vt illud ſibi apud diſcipulos excuſationi eſſet: ita nimirum nunc iſte eodem conſilio quo Petrum arguebat, hæc ſcribit, quæ tum ſcribebat ad Galatas. Nam ſi tum obiurgari Petrum, & tacere, vtile Iudæis erat, multo magis nunc etiam iſta de ipſo prædicari, vtile iis erat ex Galatis, qui fuerant deprauati. Vt enim qui tum Antiochiæ degebant, cum acriter reprehenſum cernerent Petrum, & tacentem, magiſtri accuſatione cor-

rigebantur, ac ſilentio: ſic & nunc Galatæ, qui eodem morbo Iudaicæ obſeruationis laborant, & dum Paulum audiunt hæc de ipſo dicentem, vtpote quia reprehenſus erat, & non recte ambulabat ad veritatem euangelij, cumque propter hæc obiurgatus ſiluiſſet, maximam inde percipiebant doctrinam, vt non amplius Iudaicis ritibus adhærerent. Idcirco etiam Paulus, & tunc increpauit, & nunc illius temporis obiurgationis mentionem facit, neque minus idcirco Petrum laudari conuenit, quod omnibus iis, quæ dicta ſunt, aſſenſum præbuerit. Ille enim fuit, qui omnia præſtitit, qui accuſari ſe paſſus eſt, & conticuit. Hic diſpenſationis eſt fructus. Ita nos vtrumque Apoſtolorũ crimine liberauimus, vtrique vero laudes debentur innumeræ, quod ad aliorum ſalutem omnia audire ſtuduerint ſimul, ac dicere. Nos autem deinceps Petri & Pauli Deum rogemus, vt qui mutuis illos concordiæ vinculis inter ſe deuinxit, nos quoque mutuò vehemẽtiori caritate conſtringat: quo tandem mutuam inter nos ſecundum Deum concordiam fouentes, ſanctorum illorum conſpectu dignemur, & in æternis eorum poſſimus tabernaculis inueniri, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo Patri & Spiritui ſancto gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI aduerſus Iudæos & Gentiles demõſtratio, quòd Chriſtus ſit Deus, ex iis, quæ multis in locis de eo dicta ſunt apud prophetas.

Incerto interprete.

QVoniam librorum magnitudo faſtidium parit mortalium pleriſque, qui vel per ſe ignaui ſunt, vel immodicis huius vitæ curis implicantur, vel hebetudine & inſcitia præpediuntur: ideo operæ precium viſum, reſecare multiloquij moleſtiã, & in arctum redigere varios prolixóſq; patrum ſermones, vt ad inſtituti operis lectionem etiam plurimum deſides allecti, magnam promptitudinem & alacritatem præ ſe ferant. Atque ea

A κατηγορεῖν, καὶ τῇ σιγῇ· οὕτω καὶ νῦν Γαλάται περὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ νοσοῦντες, καὶ τοῦ Παύλου ταῦτα περὶ αὐτοῦ λέγοντος ἀκούοντες, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, καὶ οὐκ ὀρθοποδῆσε πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, καὶ ὅτι ἐπιτιμηθεὶς ἐπὶ τούτοις ἐσίγησε, μεγίστην ἀπὸ τῆς κατηγορίας ταύτης διδασκαλίαν ἐλάμβανον, εἰς τὸ μηκέτι προσέχειν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι. διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος καὶ τότε ἐπετίμησε, καὶ νῦν μέμνηται τῆς τότε γενομένης ἐπιπλήξεως. καὶ τούτου οὐκ ἔλαττον τὸν Πέτρον διὰ τοῦτο θαυμάσαι χρή, καταδεξάμενον ἅπαντα τὰ εἰρημένα. ὁ γὰρ τὸ πᾶν B κατορθωκὼς οὗτός ἐστιν, ὁ ἀναδεξάμενος κατηγορηθῆναι, καὶ σιγήσας. τοῦτο τῆς οἰκονομίας τὸ κέρδος. οὕτως ἡμῖν ἑκάτερος τῶν ἀποστόλων ἐγκλημάτων μὲν ἀπήλλακται. μυρίων δὲ ἐστὶν ἐγκωμίων ἄξιος, πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν ἅπαντα καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν σπουδάζων. ἡμεῖς δὲ λοιπὸν τὸν Παύλου καὶ Πέτρου θεὸν παρακαλέσωμεν, τὸν ἐκείνους ἀλλήλοις συνδήσαντα τοῖς τῆς ὁμονοίας δεσμοῖς, καὶ ἡμᾶς εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην ἐπισφίγξαι σφοδρότερον· ἵνα τὴν κατὰ θεὸν ὁμόνοιαν πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, C δυνηθῶμεν καταξιωθῆναι τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἰδεῖν, καὶ παρὰ ταῖς αἰωνίοις αὐτῶν εὑρεθῆναι σκηναῖς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα, κράτος, τιμή, καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΠΡΟΣ ΤΕ Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας ἀπόδειξις ὅτι ἐστὶ θεὸς ὁ Χριστός, ἐκ τῶν παρὰ τοῖς προφήταις πολλαχοῦ περὶ αὐτοῦ εἰρημένων.

D Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν οἴκοθεν ὄντες ῥᾴθυμοι, οἱ δὲ τοῖς βιωτικοῖς ἑαυτοὺς μετὰ πολλῆς ἐκδεδωκότες τῆς σπουδῆς, ἕτεροι δὲ καὶ ὑπὸ ἀμαθείας πολλῆς κατεχόμενοι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως μακρῶν ἀνάσχοιντο λόγων, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα τὸν ἐκ τῆς μακρηγορίας ὑποτεμέσθαι πόνον· ὥστε καὶ τὴν ἐκείνων ἀνελεῖν τῇ βραχυλογίᾳ τὴν ῥᾳθυμίαν, καὶ τοὺς σφόδρα αὐτῶν ἀναπεπτωκότας πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, πεῖσαι τὴν προκειμένην ἡμῖν πραγματείαν μετὰ πολλῆς ἀκροάσασθαι τῆς προθυμίας. διὸ

πι οὔτε οὐδὲ καλλωπίζων ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι τῆς ἑρμηνείας, ἀλλ' αὐτὰ θήσεις τὰ ὀνόματα οὕτως, ὡς καὶ οἰκέτῃ καὶ θεραπαινίδι, καὶ χήρᾳ γυναικί, καὶ καπήλῳ, καὶ ναύτῃ, καὶ γηπόνῳ ῥᾳδίαν εἶναι καὶ εὔληπτα, πανταχοῦ πειρασόμεθα συστεῖλαι τὸ μῆκος, ὡς ἂν ἐξαρκῇ, καὶ δι' ὀλίγων τὴν διδασκαλίαν ποιήσασθαι, ἐκατέροις τούτοις τῶν ὑπτίων ἀκροατῶν διεγείρων τὴν ὄρεξιν, εἰς τὸ ῥᾳδίως καὶ χωρὶς καμάτου πρὸς τὰ ἐγχειρήματα ἐπελθεῖν, καὶ κατασχόντας ἐπὶ μνήμης ταῦτα κερδᾶναι. ποιησόμεθα δὲ τὸν ἀγῶνα πρὸς Ἕλληνας πρότερον. εἰ γὰρ δὴ λέγοι ὁ Ἕλλην, πόθεν δῆλον ὅτι θεός ἐστιν ὁ Χριστός; (τοῦτο γὰρ δεῖ προϋποθέσθαι πρότερον, ὡς τὰ ἄλλα πάντα τούτῳ ἑπόμενα) οὐκ ἀπ' οὐρανοῦ ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν, οὐδ' ἀπ' ἄλλων τοιούτων. ἐὰν γὰρ εἴπω πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐρανὸν ἔκτισεν, ὅτι γῆν, ὅτι θάλασσαν, οὐκ ἀνέξεται. ἂν εἴπω, ὅτι νεκροὺς ἤγειρε, τυφλοὺς ἐθεράπευσε, δαίμονας ἤλασεν, οὐδὲ τοῦτο καταδέξεται. ἂν εἴπω, ὅτι βασιλείαν ἐπηγγείλατο καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀγαθὰ, ἂν περὶ ἀναστάσεως διαλεχθῶ, οὐ μόνον οὐκ ἀνέξεται, ἀλλὰ καὶ γελάσεται. πόθεν οὖν αὐτὸν ἐνάξομεν, καὶ μάλιστα ἐὰν ἰδιώτης ᾖ; πόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῶν παρ' ἐμοῦ καὶ αὐτοῦ κοινῶς καὶ ἀναντιρρήτως ὁμολογουμένων, καὶ περὶ ὧν ἀμφιβόλως οὐκ ἔχει; ὅτι μὲν γὰρ οὐρανὸν ἐποίησε, καὶ τὰ ἄλλα, ἅπερ εἶπον, ἐὰν ὑποθῶμεν, οὐκ ἂν ἀνάσχοιτο πεισθῆναι ῥᾳδίως. τίνα οὖν ἐστιν ἃ καὶ ἐκεῖνος ὁμολογεῖ αὐτὸν πεποιηκέναι, καὶ οὐδαμῶς ἂν ἀντείποι; ὅτι τὸ Χριστιανῶν γένος αὐτὸς ἐφύτευσεν. οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοῦτο ἀντερεῖ, ὅτι τὰς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας αὐτὸς ἐπήξατο. ἀπὸ τούτων παρεξόμεθα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, καὶ δείξομεν αὐτὸν ὄντα θεὸν, καὶ ἐροῦμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου ψιλοῦ τοσαύτην ἐν βραχεῖ καιρῷ περιελθεῖν οἰκουμένην, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ἐπὶ τοσούτοις καλέσαι πράγμασιν οὕτω, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἀτόπου συνηθείας προκατειλημμένους ἀνθρώπους, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοσαύτης κακίας κατεχομένους· καὶ ὅμως ἴσχυσε τούτων πάντων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐλευθερῶσαι, οὐχὶ Ῥωμαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ Πέρσας καὶ ἁπλῶς τὸ τῶν βαρβάρων γένος. καὶ ταῦτα κατώρθωσεν οὐχ ὅπλοις χρώμενος, οὐ χρήματα δαπανῶν, οὐ στρατόπεδα κινῶν, οὐ πολέμους ἀναρριπίζων. ἀλλὰ δι' ἕνδεκα ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν, ἀσήμων, εὐτελῶν, ἀμαθῶν,

A de cauſſa, orationem hanc nullis verborum nominúmve fucis & lenociniis illuſtrabo: ſed huiuſmodi nominibus vtar, quæ & famulo, & ancillæ, & viduæ, & inſtitori, & nautæ, & agricolæ comprehenſibilia, captúque facilia ſint: & omnino periclitabor, vt quantum fieri poteſt, omiſſa prolixitate, dum paucis rem doceo, appetitus & ſtudia excitem ſupinorum, oſcitantiúmque auditorum, quò & ad hæc noſtra facilè & abſque labore ingrediantur, & quæ apprehendunt, fideliter memoria retineant. Primùm autem cum Gentilibus nobis certamen B ineundum. Dicet enim vtique Gentilis: Vnde manifeſtum quod Chriſtus eſt Deus? Ante omnia igitur hoc præſtruere oportet, & ſponte ſequentur alia omnia. At non à cœlo petenda demonſtratio, neque ab aliis id genus. Nam ſi ad Gentilem dixero, creauit cœlum, vel terram, vel mare, non me feret: Incredulus enim eſt. Si dixero, Mortuum excitauit, cæcos curauit, dæmones fugauit: neque hoc accipiet. Denique ſi dixero, quòd regnum & ineffabilia bona promiſerit, hoc non ſolùm non C credet, ſed & ridebit. Vnde igitur illum, maximè ſi idiota eſt, inſtituemus? Non aliunde quàm ab his quæ inter nos & illum confeſſa ſunt, & quæ in dubium reuocare nequit. Nam quod cœlum fecit, & alia quæ dicebam, non ſuſtinebit vt ſibi nunc ſuadeantur. Quæ igitur ſunt, quæ & ille feciſſe Chriſtum confitetur, & non contradicit? Quòd Chriſtianorum genus plantauit Chriſtus. Neutiquam enim contradicet, quòd omnes vndiquaque eccleſias orbis Chriſtus fundarit. Hinc faciemus demonſtra- D tionem virtutis Chriſti, & oſtendemus ipſum Deum: Etenim non eſt puri hominis, in tantis rebus orbem terra marique tam breui tempore comprehendere, & tam abſurdis moribus præuentum, tantiſque malis irretitum liberare humanum genus: & non Romanos tantum, ſed & Perſas, & omne (vt ſic dicam) barbarorum genus. Inſuper quòd hæc confecit nullis vſus armis, nullos faciens ſumptus, nullos mouens exercitus, nulla prælia committens, ſed per vndecim viros principio, ignobiles, viles, rudes,

Cum Gentilibus prima velitatio.

idiotas, pauperes, nudos, inermes, calceamentis carentes, vna tunica tectos. Quid dico confecit? perſuadere potuit tot hominum tribubus, vt non de præſentibus tantum, ſed de futuris etiam philoſopharentur, & ſubuertit leges patrias, aboleuit conſuetudines inueteratas, euellit ſtirpes tanto tempore radicatas, & pro illis ſuas alias plantauit. Abduxit ab his, in quæ propenſi eramus, & in ardua & difficilia induxit, cúmque hæc faceret, infeſtabatur ab omnibus, & crucem ipſe, genus mortis ignominioſiſſimum ſuſtinuit. Nihil hic contradicent, quod crucifixus eſt à Iudæis, quòd innumera ab illis paſſus, quòd quotidie prædicatio increſcit & floret: non hic ſolùm, ſed & apud Perſas, etiamnum dum ab illis oppugnatur. Etenim & inde multa ſunt martyrum examina, & qui ibi lupis ferociores erant, accepta prædicatione ouibus manſuetiores euaſere, núncque de immortalitate, & reſurrectione, & ineffabilibus bonis diſſerunt. Neque in ciuitates ſolas, ſed in ſolitudinem vſque peruaſerunt hæc præclara facinora, & in pagos, & in regiones, & in inſulas, & in portus, ac nauium ſtationes. Nec priuati, & principes tantùm, ſed & ipſi reges qui diademata ferunt, inſigni fide crucifixo ſe ſubmittunt. Ad hæc, non temere contigerunt iſta omnia, ſed multò antea prædicta ſunt: atque adeò, vt ne ſermo ſuſpectus ſit, libros habemus à Iudæis, qui illum crucifixerunt, & ipſorum teſtimoniis, & ex libris quos illi cuſtodiunt, noſtra probamus, è quibus etiam nunc nonnulla proferemus. Primò omnium quòd deus exiſtens, homo futurus erat, dicit Hieremias: Hic deus noſter, non conferetur alius ad illum, inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit ipſam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Vides quomodo omnia paucis verbis declarauit, nempe quod deus exiſtens, homo factus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, & quod etiam veterem legem ipſe condidit? Inuenit enim, inquit, omnem viam ſcientiæ,

Apud Perſas martyres.

Chap.11.

Bar.3.23.

Chriſtum hominem futurum prædictũ eſt.

A ἰδιώτας, πένητας, γυμνοὺς, ἀόπλους, ἀνυποδέτους, μονοχίτωνας. τί λέγω, κατορθῶσαι; πεῖσαι ἠδυνήθη τοσαῦτα φῦλα ἀνθρώπων, οὐ περὶ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖν, καὶ νόμους πατρίους ἀναπαῦσαι, καὶ παλαιὰ ἔθη τοσοῦτον κεκρατηκότα χρόνον ἐκ ῥιζῶν ἀνελεῖν, καὶ ἕτερα ἀντιφυτεῦσαι, καὶ τῶν συνήθων ἀπαγαγόντα εἰς τὰ δύσκολα ἐμβαλεῖν τὰ αὐτοῦ· καὶ ταῦτα ποιῆσαι πολεμούμενον παρὰ πάντων, καὶ σταυρὸν ὑπομεμενηκέναι χλευαζόμενον, καὶ θάνατον ἐπονείδιστον. οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα ἀντεροῦσιν, ὅτι οὐκ B ἐσταυρώθη ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ τὰ μυρία ἔπαθε παρ' αὐτῶν, καὶ ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδίδωσι τὸ κήρυγμα. καὶ τὸ παράδοξον, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Πέρσαις αὔξει, ἔτι καὶ νῦν παρ' αὐτοῖς πολεμούμενον. καὶ γὰρ παρ' ἐκείνοις ἄρτι μαρτύρων δῆμοι πολλοί· καὶ ὅμως οἱ καὶ λύκων αὐτῶν ἀγριώτεροι, δεξάμενοι τὸ κήρυγμα, προβάτων ἡμερώτεροι γεγόνασι, καὶ περὶ ἀθανασίας, καὶ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφοῦσι, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν. οὐκ ἐν ταῖς πόλεσι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἔρημον ταῦτα ἐξήλασε τὰ C κατορθώματα, καὶ εἰς κώμας, καὶ εἰς χώρας, καὶ εἰς νήσους, καὶ ὅρμους, καὶ ἐπίνεια· καὶ οὐκ ἰδιῶται, οὐδὲ ἄρχοντες ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τὰ διαδήματα περικείμενοι, μετὰ πολλῆς εἰσιν ὑποτεταγμένοι τῆς πίστεως τῷ σταυρωθέντι. καὶ ὅτι ταῦτα πάντα οὐχ ἁπλῶς γέγονεν, ἀλλὰ μετὰ προρρήσεως πρὸ πολλοῦ γεγενημένης χρόνου, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποδεῖξαι πειρασόμεθα· μᾶλλον δὲ ὥστε ἡμῶν μηδὲ ὕποπτον γενέσθαι τὸν λόγον, ἀναγκάσομεν τὰ βιβλία τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν Ἰουδαίων εἰς μέσον προθεῖναι, καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ D μαρτυρίας ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς φυλαττομένων γραφῶν ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ὄψιν τῶν ἀπιστούντων διεξελθεῖν. ὅτι τοίνυν ὁ θεὸς ἄνθρωπος ἔσται, θεὸς ὤν, πρῶτος Ἱερεμίας λέγει· Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. εἶδες πῶς ἅπαντα ἐν βραχέσι ῥήμασι παρεδήλωσε, καὶ ὅτι θεὸς ὢν ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ὅτι καὶ τὴν παλαιὰν αὐτὸς ἐνομοθέτησεν; Ἐξεῦρε γάρ, φησι, πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης,

καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. δείκνυσι γὰρ ἐνταῦθα, ὅτι καὶ πρὸ τῆς παρουσίας τῆς ἐνσάρκου πάντα αὐτὸς ᾠκονόμει, καὶ πάντα αὐτὸς ἐποίει, νομοθετῶν, προνοῶν, κηδόμενος, εὐεργετῶν. ἕτερος πάλιν προφήτης, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος μόνον ἔσται, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ παρθένου τεχθήσεται. ἄκουσον πῶς φησιν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· τοῦτο δέ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. εἶτα δεικνὺς, ὅτι οὐ φαντασία τὸ φαινόμενον ἦν, ἀλλ' ἀληθῶς ἄνθρωπος, ἐπήγαγε λέγων· Διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. ὅτι δὲ αὐτὸς ἐστὶν οὐκ ἄνθρωπος μόνον, οὐδ' ὅτι ἐκ παρθένου μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐξ οἴκου Δαβίδ, ἄκουσον πῶς καὶ τοῦτο ἄνωθεν προλέγει ὁ Ἡσαΐας, τροπικῶς μὲν κεχρημένος ταῖς λέξεσι καὶ μεταφορᾷ πολλῇ, προλέγει δ' οὖν ὅμως· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν; ὁ γὰρ Ἰεσσαὶ ἐστὶ πατὴρ τοῦ Δαβὶδ ἦν. δῆλον ἐκ τούτου ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς φυλῆς ἐκείνης ἦν. οὐ μόνον δὲ ὅτι ἀπὸ τῆς φυλῆς, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἰεσσαὶ προελεύσεται, καὶ τοῦτο προανεφώνησεν, εἰπών· Ἐξελεύσεται γάρ, φησι, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, οὐ περὶ ῥάβδου λέγων ἁπλῶς, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. καὶ ὅτι οὐ περὶ ῥάβδου τοῦτο εἶπεν, ἐδήλωσε διὰ τῶν ἑξῆς. εἰπὼν γάρ, Ἐξελεύσεται ῥάβδος, ἐπήγαγε· Καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως. οὐδεὶς δέ, κἂν σφόδρα ἀνόητος ᾖ, τοῦτο ἐρεῖ, ὅτι ἐπὶ τοῦ ξύλου ἤρχετο ἡ τοῦ πνεύματος χάρις, ἀλλ' εὔδηλον ὅτι ἐπὶ τὸν ναὸν ἐκεῖνον τὸν ἄμωμον. διὰ τοῦτο οὐδέ, ἥξει, εἶπεν, ἀλλ', ἐπαναπαύσεται· ὅπερ ἐλθὸν παρέμεινε, καὶ οὐκ ἀπέστη. ὃ δὴ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης δηλῶν ἔλεγεν· Ἐγὼ τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν, καὶ μένον ἐπ' αὐτόν. οὐ παρεσιώπησαν δὲ, οὐδὲ τὴν γνώμην τὴν Ἰουδαϊκήν, ἣν ἐπεδείξαντο ἅμα τεχθέντος αὐτοῦ. ὁ μὲν γὰρ Ματθαῖός φησιν· Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ'

A & dedit ipſam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Ecce declarat his, quòd & ante ſuum in carnem aduentū omnia ipſe diſpenſarit, & omnia ipſe fecerit, legem ſtatuens, prouidens quoque, curans, & benefaciens. Alius propheta non ſolùm quòd homo futurus, ſed & quòd è virgine naſciturus erat, dicit, quem audi. Ecce, inquit, virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel: quod ſi interpretetur quis, ſonat Nobiſcum deus. Deinde oſtendit, quòd non apparenter, ſed verè homo ſit, adiecit enim dicens: Butyrum & mel B comedet. Mos enim eſt, vt his cibis peculiariter paſcātur pueri mox vt nati fuerint. Et declarans quòd non purus homo, iterum addit dicens: Propter quod priuſquam ſciat puer bonum vel malum, non obtemperat malitiæ, vt eligat bonum. Et quòd non ſolum homo ex virgine, ſed & quòd ex domo Dauid futurus, audi quomodo & hoc multo ante prædicit Eſaias, figuralibus verbis & tranſlatione vſus multa, prædicit tamen: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & quieſcet ſuper eum ſpiritus dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & C fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis: ſpiritus timoris dei implebit ipſum. Nam Ieſſe ille pater fuit Dauid. Manifeſtum igitur, quòd à tribu illa, & non ſolum à tribu illa, ſed & à domo illa Ieſſe proceſſurus erat. Et hoc prædixit, dicens: Egredietur virga de radice Ieſſe, non de virga loquens, ſed de Chriſto & regno eius. Quod nō de virga dixerit, conſequentia declarant. Nam cùm dixiſſet, Egredietur virga: adiecit, quieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus. Nullus D autem eſt, tametſi inſipiens, qui dicat, quòd ſuper lignum veniat ſpiritus gratia, ſed manifeſtum quòd ſuper immaculatum illud templum: & non dixit, veniet: ſed, ſuper eum quieſcet: quia vt venit, manſit, & non diſceſſit. Hoc etiam Euangeliſta Ioannes dixit: Ego vidi ſpiritum deſcendentem ſicut columbam, & manentē ſuper eum. Neq; ſiluerunt Iudaicam ſententiam, quam oſtenderunt ipſo nato. Nam euangeliſta ſic dicit: Vt Herodes audiuit, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum eo.

Eſai. 7. 14.

Chriſtus ex ſtirpe Dauidis.

Eſai. 7. 16.

Eſai. 11.

Io. 1. 33.

Matt. 3. 3.

At propheta audi quomodo & hoc multò antè prædicens annunciarit: Cupient, ſi fiant igne combuſti. Quia paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocatur nomen eius magni conſilij angelus, admirabilis conſiliarius, deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri ſeculi. Hoc de puro homine nemo dicit, etiam qui valde contentioſus. Nam nullus hominum vnquam etiam à ſeculo dictus eſt Deus fortis, ſicut neque pater futuri ſeculi, neque princeps pacis huius. Nam pacis eius, ait, non eſt terminus. Et manifeſtat rerum euentus, quòd pax in omnem intrauit terram, & in mare, in orbem habitabilem, & inhabitabilem, & in montes, & colles, & valles, à die illa à qua Chriſtus incipiens aſcenſurus ad cœlos dixit: Pacem meam do vobis, non ſicut mundus dat, pacem do vobis. Cur autem ita dixit Chriſtus? Quia nimirum pax hominũ ſtatim diſſoluitur, & varias habet viciſſitudines: verum quæ à Chriſto datur, ſtabilis eſt, imò firma, ſolida, immortalis, fine carens, licet millia bellorum vndiquaque ingruant, & quotidie millia inſidiarum parentur: attamen omnipotens ſermo eius etiam hoc cum cæteris perficit. Non ſolum autem prædixerunt futurum hominem, ſed & modum aduentus eius. Nam affuturus erat non iaciens vel fulmina, vel fulgetrás è ſupernis, nec concutiens terram, nec rotans cœlum, nec alia id genus prodigia operans: ſed abſque ſtrepitu, & ita abſque tumultu & turbatione, vt nemo perſentiſceret. In domo enim fabri natus eſt, in domo ignobili & vili. Audi, quomodo neque illud propheta prædicendo tacuerit: dicit enim: Deſcendet ſicut pluuia in vellus, quibus aduentus illius tranquillus & quietus ſignatur. Neque hoc contentus, declarauit etiam quàm manſuetè & ſuauiter cum hominibus conuerſaturus eſſet. Nam cum iniuriis afficeretur, opprobraretur, conſpueretur, flagellaretur, & deniquè cruci affigeretur, nullum vltus eſt talia facientem: ſed tulit omnia patienter, & æquo animo, contumelias, inſidias, inſaniam, & furorem importunæ illius plebis. Quod etiam ipſum manifeſtans ſcriptura, ſic dicit: Calamum contritum non confringet,

Ioan.14. 27.

Cap.III. Modum etiam aduentus Chriſti prædixerunt.

Pſal.71.6.

Eſa. 42.3.

A ὁ δὲ Ἡσαΐας ἄκουσον πῶς καὶ τοῦτο ἄνωθεν προανεφώνησε λέγων· Θελήσουσιν εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ὅτι δὲ περὶ ἀνθρώπου οὐκ ἄν τις εἴποι τοῦτο ψιλοῦ, δῆλον, κἂν τις σφόδρα φιλονεικεῖν ἐθέλῃ. θεὸς γὰρ ἰσχυρὸς οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐλέχθη ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, οὐδὲ ἄρχων εἰρήνης τοιαύτης. Τῆς γὰρ εἰρήνης αὐτοῦ, φησιν, οὐκ ἔστιν ὅριον. καὶ δηλοῖ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, ὅτι πᾶσαν ἐπῆλθε τὴν γῆν, πᾶσαν θάλατταν, πᾶσαν οἰκουμένην, πᾶσαν ἀοίκητον, καὶ ὄρη καὶ νάπας καὶ βουνοὺς ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀφ' ἧς ἀρξάμενος, εἰς οὐρανοὺς ἀνέρχεσθαι μέλλων, ὁ Χριστὸς εἶπεν· Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσι, δίδωμι ὑμῖν. τί δήποτε δὲ οὕτως εἶπεν ὁ Χριστός; ὅτι ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων εὐκατάλυτός ἐστι, καὶ πολλὰς ἔχει τὰς μεταβολάς· ἡ δὲ παρ' αὐτοῦ, βεβαία, ἀκίνητος, παγία, μόνιμος, ἀθάνατος, τέλος οὐκ ἔχουσα, καὶ ταῦτα μυρίων πολέμων πανταχόθεν ἀναρριπισθέντων, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μυρίων ἐπιβουλῶν γινομένων. ἀλλ' ὁ πάντα ἀνύων αὐτοῦ λόγος, καὶ τοῦτο ἤνυσε μετὰ τῶν ἄλλων. οὐ μόνον δὲ ὅτι ἄνθρωπος ἔσται, ἀλλὰ καὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τὸν τρόπον προεφήτευσαν. ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε παραγίνεσθαι, οὐκ ἀστραπὰς ἀφιεὶς οὐ κεραυνοὺς ἄνωθεν, οὐ σείων τὴν γῆν, οὐ κλονῶν τὸν οὐρανὸν, οὐκ ἐκπλήξεις τινὰς ἐργαζόμενος, ἀλλ' ἀψοφητὶ καὶ μηδενὸς εἰδότος ἐν οἰκίᾳ τέκτονος ἐτέχθη, ἐν οἰκίᾳ ἀσήμῳ καὶ εὐτελεῖ, ἄκουσον πῶς οὐδὲ τοῦτο παρεσιώπησεν ὁ Δαβὶδ εἰπών· Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἥσυχον διὰ τούτων δηλῶν. οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τότε μετὰ πάντων αὐτοῦ διαγωγῆς τὸ πρᾶον καὶ ἐπιεικὲς ἐμφαίνων ἄλλος προφήτης ὅρα τί φησιν. ἐπειδὴ γὰρ ὑβριζόμενος, ἐμπτυόμενος, λοιδορούμενος, ἀτιμαζόμενος, μαστιζόμενος, τελευταῖον καὶ σταυρωθεὶς οὐδένα τῶν ταῦτα πεποιηκότων ἠμύνατο, ἀλλ' ἔφερεν ἅπαντα μακροθύμως, καὶ πρᾴως, τὰς ἀτιμίας, τὰς ἐπιβουλὰς, τὴν μανίαν, τὸν θυμὸν τοῦ ἀχαρίστου ἐκείνου τοῦ δήμου, τὰς ἐφόδους, ταῦτα πάντα δηλῶν ἔλεγε· Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει,

A καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. ἕτερος δὲ πάλιν καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἔμελλε τίκτεσθαι, δηλοῖ οὕτω λέγων· Καὶ σὺ, Βηθλεέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. οὗτος δὲ τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα δείκνυσι. τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν, αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, τὴν προαιώνιον ἐδήλωσεν ὕπαρξιν· τῷ δὲ εἰπεῖν, ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν. B καὶ ὅρα πάλιν καὶ ἑτέραν ἐν τούτῳ προφητείαν διαλάμπουσαν. οὐ γὰρ μόνον, ὅτι τεχθήσεται, εἶπεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπίσημον ἔσται τὸ χωρίον, καίτοι εὐτελὲς ὂν καὶ μικρόν. Οὐδαμῶς γὰρ ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, φησί. πᾶσα τοίνυν ἡ οἰκουμένη συντρέχει νῦν ἰδεῖν τὴν Βηθλεέμ, ἔνθα τεχθεὶς ἐτέθη, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐντεῦθεν μόνον. ἄλλος πάλιν καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἔμελλε παραγίνεσθαι, ἐδήλωσεν οὕτως εἰπών· Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, C δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ, ἢ γάλα. ὅρα καὶ ταύτην τὴν προφητείαν διαπρέπουσαν. τότε γὰρ παραγίνεται, ὅτε λοιπὸν ἐπέλιπον οἱ ἄρχοντες οἱ Ἰουδαϊκοὶ, καὶ ὑπὸ τὰ σκῆπτρα τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο· καὶ οὕτως ἐπληρώθη καὶ ἡ προφητεία ἡ λέγουσα, Ὅτι οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται, D τὸν Χριστὸν λέγουσα. ὁμοῦ τε γὰρ ἐτέχθη, καὶ ἀπογραφὴ ἐγένετο ἐκείνη πρώτη, κρατησάντων Ῥωμαίων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ὑπὸ ζυγὸν τῆς οἰκείας βασιλείας ἀγαγόντων αὐτούς. εἶτα καὶ ἄλλο παρασημαίνεται τῷ λέγειν, Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. παραγενόμενος γὰρ τὰ ἔθνη πάντα ἐπεσπάσατο. ἔμελλεν ὁ Ἡρώδης, ἐπιζητῶν αὐτὸν τεχθέντα, ἀναιρεῖν τὰ αὐτόθι παιδία. καὶ οὐδὲ τοῦτο ἐσίγησαν οἱ προφῆται, ἀλλὰ πρὸ πολλῶν προανεφώνησαν τῶν χρόνων εἰπόντες· Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς.

& linum fumigans non extinguet, donec educat in veritatem iudicium, & in ipſo gentes ſperabunt. Et alius locum in quo naſciturus erat, indicat, *Matth. 2.* dicens: Et tu Bethlehem terra Iuda, *Mich. 5. 2.* nequaquam es minima in principibus Iuda: ex te enim egredietur dux, qui reget populum meum Iſraël, & exitus eius ab initio à diebus ſeculi. Hic diuinitatem & humanitatem indicat. Nam cum dixit, & exitus eius ab initio, & à diebus ſeculi, ſubſtantiam declarauit, quæ ante ſecula fuit. Cum autem dixit: Egredietur dux, qui reget populum meum Iſrael: natiuitatem ſecundum carnem docuit. Vide autem iterum & aliam prophetiam refulgentem. non ſolum enim quòd naſciturus ſit, ſed & quòd nobilis ille locus futurus, dicit, tametſi vilis & paruus. Nequaquam enim, inquit, minima es in ducibus Iuda. Nam omnis orbis Bethlehem confluit, vt videat vbi natus poſitus eſt: & nobilis factus eſt locus ille non alia de cauſa, quam hac ſola. Item & tempus, quo affuturus erat, manifeſtauit, ſic dicens: Non *Gen. 49. 10* deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex femoribus eius, donec veniat, cui repoſitum eſt: & ipſe erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum ſuum, & ad helicem pullum aſinæ ſuæ: lauabit in vino ſtolam ſuam: & in ſanguine vuæ pallium ſuum: iucundiores oculi eius vino, candidiores dentes eius lacte. Vides & hoc vaticinium congruere? Nam tunc comparuit, cùm iam deficerent principes Iudaici, & ſceptris Romanorum ſubderentur: & impleta eſt prophetia quæ dicit: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux ex femoribus eius, donec veniat cui repoſitum eſt: Chriſtum dicens. Nam ſimul vt natus eſt, & deſcriptio prima facta eſt, imperantibus videlicet Romanis Iudæorum genti, & eam ſub ſeruitutem ſuam agentibus. Deinde aſſignatur & aliud: dum ait, Et ipſe erit expectatio gentium. Aduentu enim ſuo gentes omnes attraxit. Herodes Chriſtum inquiſiturus erat, & interempturus propter eum omnes qui ibi erant pueros: & neque hoc ſiluerunt prophetæ, ſed multis antea temporibus prædixerunt, dicentes: Vox in Rhama audita eſt, *Hier. 31.* luctus & fletus, & clamor multus:

θάνατον τὸν ἐπάρατον, τὸν ἐπονείδιστον, τὸν τῶν τὰ αἴσχιστα τετολμηκότων, θάνατον τὸν τῶν καταδίκων; καὶ γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ τοῦ ἰκρίου ἀνεσκολοπίζετο, καὶ ἐνεπτύετο, καὶ ἐρραπίζετο, καὶ ἐπὶ κόρρης ἐτύπτετο, καὶ ἐκωμῳδεῖτο, καὶ ἐν μέρει χάριτος ἐθάπτετο, καὶ σήμαντρα αὐτοῦ τῷ μνήματι ἐπετίθετο, καὶ ταῦτα ἅπαντα ὑφίστατο διὰ σὲ καὶ τὴν κηδεμονίαν τὴν σήν, ἵνα τῆς ἁμαρτίας ἡ τυραννὶς ἀναιρεθῇ, ἵνα καθαιρεθῇ τοῦ διαβόλου ἡ ἀκρόπολις, ἵνα τμηθῇ τοῦ θανάτου τὰ νεῦρα, ἵνα ἀνοιγῶσιν ἡμῖν αἱ τοῦ οὐρανοῦ πύλαι, ἵνα ἀφανισθῇ ἡ ἀρά, ἵνα ἡ προτέρα καταδίκη λυθῇ, ἵνα μάθῃς ὑπομονήν, ἵνα παιδευθῇς καρτερίαν, ἵνα μηδέν σε τῶν τοῦ παρόντος βίου λυπῇ, μὴ θάνατος, μὴ ὕβρεις, μὴ λοιδορίαι, μὴ σκώμματα, μὴ μάστιγες, μὴ ἐχθρῶν ἐπιβουλαί, μὴ ἐπήρειαι, μὴ ἔφοδοι, μὴ συκοφαντίαι, μὴ ὑπολήψεις πονηραί, μὴ ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν. διὰ γὰρ πάντων καὶ αὐτὸς ἦλθε, καὶ πάντων σοι τούτων ἐκοινώνησε, καὶ διὰ πάντων μεθ' ὑπερβολῆς ἐκράτησε, παιδεύων σε καὶ διδάσκων μηδὲν τῶν τοιούτων δεδοικέναι. καὶ οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνελθὼν εἰς οὐρανοὺς πνεύματος ἁγίου ἐχαρίσατο χάριν ἄφατον, καὶ ἀποστόλους ἔπεμψε τοὺς πρὸς τοῦτο διακονησομένους. καὶ ὁρῶν αὐτοὺς τοὺς τῆς ζωῆς κήρυκας τὰ μυρία πάσχοντας κακά, μαστιζομένους, ὑβριζομένους, καταποντιζομένους, κατατεινομένους λιμῷ καὶ δίψει, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγχομένους, θανάτοις συζῶντας καθημερινοῖς, ἠνείχετο διὰ σὲ, καὶ τὴν κηδεμονίαν τὴν σήν. διὰ σέ, ἄνθρωπε, καὶ βασιλείαν ἡτοίμασε, διὰ σὲ τὰ ἀγαθὰ τὰ ἀπόρρητα, τὴν λῆξιν ἐκείνην τὴν ἐν οὐρανοῖς, τὰς μονὰς τὰς διαφόρους καὶ ποικίλας, τὴν μακαριότητα, τὴν οὐδέποτε λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυναμένην. τοσαῦτα οὖν ἔχων δείγματα αὐτοῦ τῆς προνοίας, τὰ ἐν τῇ καινῇ, τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ, τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὰ ἐν τῷ μέλλοντι, τὰ ἐσόμενα, τὰ γινόμενα, τὰ καθ' ἑκάστην ἐπιτελούμενα τὴν ἡμέραν, τὰ ἐξ ἀρχῆς, τὰ ἐν τῷ μέσῳ, τὰ ἐν τῷ τέλει, τὰ διηνεκῶς, τὰ περὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχήν, καὶ νιφάδας ὁρῶν πάντοθεν φερομένας ἀποδείξεων, ἀνακηρυττούσας αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν, ἀμφιβάλλεις ἔτι; ἀλλ' οὐκ ἀμφιβάλλεις, πιστεύεις δὲ ὅτι προνοεῖ, καὶ πέπεικας σαυτὸν τοῦτο;

A mortem deteſtādam & ignominioſam eorum, qui ſcelera nefaria patrarant, mortem reorum? Siquidem in ſublimi ſuffixus patibulo crucis pendebat, conſpuebatur, alapis cædebatur, & colaphis, ſubſannabatur, ac beneficij loco ſepeliebatur, & monumentum obſignabatur, atque hæc omnia tua cauſſa perpeſſus eſt, & ob eam curam, quam gerebat tui, vt tyrannis peccati tolleretur, vt arx Diaboli euerteretur, vt nerui mortis exſcinderentur, vt cœli ianuæ nobis recluderentur, vt maledictio deleretur, vt prior condemnatio reſcinderetur, vt patientiam diſceres,
B vt tolerantiam docereris, ne quid ex huius vitæ rebus moleſtia te afficeret, non mors, non ignominia, non conuitia, non ſannæ, non verbera, non inimicorum inſidiæ, non contumeliæ, non incurſus, non calumniæ, non prauæ ſuſpiciones, non aliud quicquā eiuſmodi. Per hæc enim omnia tranſiuit ille, tecúmque in communionem iſtorum venit, & in his omnibus egregiam victoriam reportauit, téque docuit & inſtruxit, vt nihil eiuſmodi reformides. At ne his quidem contentus fuit, ſed in cœlos cùm aſ-
C cendiſſet, ineffabilem Spiritus largitus eſt gratiam, & Apoſtolos miſit, quorum ad hoc miniſterio vteretur. Cúmque illos cerneret vitæ præcones innumera mala perpeti, verberari, contumeliis affici, in mare demergi, fame ac ſiti torqueri, quotidie cruciari, in perpetuo mortis periculo ſingulis diebus verſari, hoc tua cauſſa permittebat, & ob tui curam. Propter te, mi homo, & regnum cœlorum præparauit, propter te bona ineffabilia, ſortem illam, & conuerſationem in cœlis, varias māſiones, atque differētes, bea-
D titudinē, quā nulla poteſt oratio explicare. Cum tot ergo tibi ſuppetant eius indicia prouidentiæ, cum in Nouo, tum in Veteri teſtamento, cū in hac vita, cū in futura tam futura quāquæ iam euenerūt, quæ ſingulis diebus fiūt, quæ à principio, quæ tēpore interiecto, quæ in fine, quæ perpetuò durabunt, quę ad corpus, quæ ad animam pertinent, & cum vndique demōſtrationū examina prodire, quæ prouidentiam eius prædicant, adhuc dubitas? Immo non dubitas, ſed credis eum prouidentiā & curā gerere, tibique hoc ipſum perſuaſiſti?

nihil ergo amplius curioſè inquiras, cum hoc probe ſcias te dominum nactum eſſe, qui te multo diligat vehementius quàm patres, qui magis quam matres ſit de te ſolicitus, qui ardentius quam ſponſus amet & ſponſa, & tuam ſalutem ſuas delicias arbitretur, qui ob illam magis lætetur, quàm tu cum à periculis fueris, & à morte liberatus (id quod ex Iona patefactum eſt) & omne genus caritatis exhibeat, quod erga liberos præ ſe fert pater, aut mater erga ſuam prolem, aut erga plãtas agricola, circa ſuam artẽ architectus, erga ſponſam ſuam ſponſus, erga virginem adoleſcens; atque à te procul abeſſe mala deſyderat, quantum ab Occidente diſtat Oriens, quantò altius eſt terra cœlum (nam & hoc à nobis demõſtratum eſt) immo verò non tantum ſolum, ſed & multo amplius, vt à nobis probatum eſt, cum de his ſermonẽ inſtitueremus, & hortaremur, vt in comparationibus non ſubſiſteretis, ſed eas cogitatione tranſcenderetis. Neque enim ſatis explicari poteſt prouidentia diuina, neq; ipſius cura mente comprehendi: ineffabilis eſt bonitas eius, & inueſtigabilis eius clementia. Hæc igitur tibi cum explorata ſint omnia, cum ex illis quæ pronunciauit, tum ex illis quæ geſſit, quæq; geſturus eſt, noli curioſe diſquirere, neque ſcrutari, neque dicere, Cur hoc? Ad quid hoc? An nõ enim furioſi hominis eſt hoc, & ſummam dementiã & inſaniam ſapit in medicum quidem curioſè non inquirere, dum ſecat, dum vrit, dum acerba medicamẽta applicat, quamuis ſeruus ſit, ſed cum ſilentio iacere: dominum iſta patientem, eique propter hanc vſtionem gratiã habere, ac propter ſectionem ac medicamẽta, idque cum incertum ſit futurum (ſæpe namq; multos id agendo interfecerũt) eique penitus ſubiectũ parere, dum id agit, idémque erga nautam & architectũ, vel erga cæteros qui diuerſas artes profitentur præſtare: ridiculum inquã cenſeri hominem imperitum & inexpertum cauſſas omnium, quæ fiunt ab artifice requirere, ſapientiã autem illã immenſam, ineffabilem, inexplicabilẽ, incomprehenſibilem curioſe ſcrutari, & cur hoc vel illud fiat exquirere, idq; cum probe nouerimus in hanc ſapientiam errorem non cadere, magnam eius eſſe bonitatem, inenarrabilem eius eſſe prouidentiam, ad finem proſperũ omnia peruenire, quæ ab illo noſtra cauſſa geruntur

Actiones Medicorũ non examinamus.

A ἐκείνου μηδὲν περιεργάζου πλέον, εἰδὼς τοῦτο σαφῶς, ὅτι δεσπότην ἔχεις πατέρων φιλοστοργότερον, καὶ μητέρων κηδεμονικώτερον, νυμφίου καὶ νύμφης ἐρῶντος ἐρωτικώτερον, οἰκείαν ἀνάπαυσιν τὴν σὴν ἡγούμενον σωτηρίαν, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτῃ χαίροντα, ἢ σὺ ἐπὶ ἀπαλλαγῇ κινδύνων καὶ θανάτων (ὅπερ ἔδειξα διὰ τοῦ Ἰωνᾶ) καὶ πᾶν εἶδος ἀγάπης ἐπιδεικνύμενον, ὃ πατὴρ περὶ παῖδας ἔχει, ἡ μήτηρ περὶ ἔκγονα, ὁ ἀμπελουργὸς περὶ φυτά, ὁ οἰκοδόμος περὶ τέχνην, ὁ νυμφίος περὶ νύμφην, ὁ νεανίσκος περὶ παρθένον· καὶ βουλόμενον ἀποστῆσαί σου τὰ κακά, ὅσον ἀφέστηκεν ἀνατολὴ τῆς
B δύσεως, ὅσον ὑψηλότερος τῆς γῆς ὁ οὐρανὸς (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἀπεδείξαμεν) μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· καθάπερ ἐδείξαμεν τὸν περὶ τούτων κινοῦντες λόγον, καὶ παραινέσαντες μὴ μέχρι τῶν εἰκόνων ἑστάναι, ἀλλ' ὑπερβαίνειν τοῖς λογισμοῖς. ἀνερμήνευτος γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια, καὶ ἀκατάληπτος αὐτοῦ ἡ κηδεμονία, ἄρρητος ἡ ἀγαθότης καὶ ἀνεξιχνίαστος ἡ φιλανθρωπία. ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδώς, καὶ δι' ὧν ἀπεφήνατο, καὶ δι' ὧν ἐποίησε, καὶ δι' ὧν ποιήσει, μηδὲν περιεργάζου, μηδὲ πολυπραγμόνει, μηδὲ λέγε, διατί τοῦτο;
C εἰς τί τοῦτο; πῶς γὰρ οὐ μανικόν, καὶ ἐσχάτης ἀπονοίας καὶ παραπληξίας ἀνάμεστον, ἰατρὸν μὲν μηδέποτε πολυπραγμονεῖν τέμνοντα, καίοντα, πικρὰ ἐπιτιθέντα φάρμακα, κἂν οἰκέτης ᾖ, ἀλλὰ κεῖσθαι σιγῇ τὸν δεσπότην ταῦτα πάσχοντα, καὶ χάριν εἰδέναι καὶ τῆς καύσεως αὐτῷ καὶ τῆς τομῆς καὶ τῶν φαρμάκων, καὶ ταῦτα ἐπ' ἀδήλῳ τῷ μέλλοντι (πολλοὶ γὰρ πολλοὺς καὶ ἀπέκτειναν ταῦτα ποιήσαντες) καὶ παραχωρεῖν αὐτῷ μετὰ πολλῆς τῆς ὑποταγῆς ταῦτα ποιοῦντι· καὶ ἐπὶ ναύτου δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν, καὶ οἰκοδόμου, καὶ ἐπὶ τῶν τὰ ἄλλα ἐπιτηδεύματα μετιόντων· λέγω δὲ καταγέλαστον εἶναι νομίζειν, τὸ τὸν ἰδιώτην καὶ ἄπειρον ἀπαιτεῖν τὰς αἰτίας τῶν γινομένων ἁπάντων τὸν τεχνίτην, τὴν δὲ ἄφατον σοφίαν ἐκείνην, τὴν ἄφραστον, τὴν ἄρρητον, τὴν ἀκατάληπτον περιεργάζεσθαι, καὶ ζητεῖν διατί τὸ καὶ τὸ γέγονε, καὶ ταῦτα εἰδότας σαφῶς, ὅτι ἀδιάπτωτος ἡ σοφία αὕτη, ὅτι πολλὴ ἀγαθότης αὐτοῦ, ὅτι ἄρρητος ἡ πρόνοια, ὅτι πάντα πρὸς τὸ τέλος ἀπαντᾷ χρηστὸν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα εἰς ἡμᾶς

μόνον εἰ μὴ τὰ ἡμέτερα διακόπτοιτο) ὅτι οὐδένα ἀπολέσθαι βούλεται, ἀλλὰ σῶσαι; πῶς οὖν οὐχ ὑπερβαλλούσης μανίας τὸν πάντας σῶσαι καὶ βουλόμενον καὶ δυνάμενον περιεργάζεσθαι ἐκ προοιμίων καὶ εὐθέως, καὶ μηδὲ τὸ τέλος ἀναμένειν τῶν γινομένων;

κεφ. θ. Ὅτι οὔτε περιεργάζεσθαι χρή, ἀλλ' ὅτι δεῖ ἀναμένειν τὸ τέλος τῶν πραγμάτων.

Μάλιστα μὲν γὰρ οὔτε ἐκ προοιμίων, οὔτε μετὰ ταῦτα πολυπραγμονεῖν δεῖ. εἰ δὲ οὕτω περίεργος εἶ καὶ πολυπράγμων, ἀνάμενε τὸ τέλος, καὶ σκόπει ποῖ ταῦτα ἀπαντᾷ, καὶ μὴ θορυβοῦ, μηδὲ ταράττου ἐκ προοιμίων· ἐπεὶ καὶ τὸν χρυσοχόον ἄπειρός τις ὁρῶν ἐν ἀρχῇ τήκοντα τὸν χρυσὸν, καὶ τῇ τέφρᾳ ἀναμιγνύντα καὶ τοῖς ἀχύροις, εἰ μὴ τὸ τέλος ἀναμείνειεν, ἡγήσεται ἀπολωλέναι τὸ χρυσίον· οὕτω καὶ ἐν θαλάττῃ τις τεχθεὶς καὶ τραφεὶς, εἶτα ἀθρόον εἰς τὴν μεσόγαιον μετοικισθεὶς καὶ καθόλου τῆς περὶ τὴν γῆν ἐπιμελείας ἀνήκοος ὢν, ἂν ἴδῃ τὸν σῖτον τὸν ἀποκείμενον καὶ φυλαττόμενον ὑπὸ θύραις καὶ μοχλοῖς καὶ νοτίδος ἀπηλλαγμένον, ἀθρόον ὑπὸ τοῦ γηπόνου ἐκφερόμενον, σκορπιζόμενον, ῥιπτούμενον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀρούρας κείμενον τοῖς παριοῦσιν ἅπασι, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπηλλαγμένον νοτίδος, ἀλλὰ καὶ πηλῷ καὶ τέλμασι παραδιδόμενον, καὶ φύλακα οὐδένα ἔχοντα, οὐκ ἂν ἀπολέσθαι τὸν σῖτον νομίσειε, καὶ κατέγνω τοῦ ταῦτα ποιοῦντος γηπόνου; ἀλλ' οὐ τῆς τοῦ πράγματος φύσεως ἡ κατάγνωσις, ἀλλὰ τῆς τοῦ μὴ καλῶς κρίναντος ἀπειρίας τε καὶ ἀνοίας, ἐκ προοιμίων εὐθέως τὴν ψῆφον φέροντος. ἐπεὶ εἰ τὸ θέρος ἀνέμεινε, καὶ εἶδε τὰ λήϊα κομῶντα, καὶ τὴν δρεπάνην ἠκονημένην, καὶ τὸν σκορπισθέντα καὶ ἀφύλακτον μείναντα σῖτον, καὶ σαπέντα καὶ διαφθαρέντα καὶ τῷ πηλῷ παραδοθέντα, τοῦτον ἐγειρόμενον καὶ πολυπλασίονα γινόμενον, ὡραιότερόν τε φαινόμενον καὶ τὴν παλαιότητα ἀποθέμενον καὶ μετὰ πολλῆς ὀρθούμενον τῆς σφοδρότητος, καὶ δορυφόρους οἷον ἔχοντα καὶ ἐνδύματα, καὶ καλάμην πρὸς ὕψος ἐγείροντα, καὶ τέρποντα τὸν θεατὴν καὶ τρέφοντα καὶ πολὺ παρέχοντα τὸ κέρδος, τότε ἂν ἐξεπλάγη μειζόνως, ὅτι διὰ τοιούτων ἐπὶ τοιαύτην ἦλθεν εὐθηνίαν καὶ φαιδρότητα ὁ καρπός. καὶ σὺ τοίνυν, ἄνθρωπε, μάλιστα μὲν μὴ περιεργάζου τὸν κοινὸν ἁπάντων ἡμῶν δεσπότην· εἰ δὲ οὕτω φιλόνεικος εἶ καὶ τολμηρὸς, ὡς μαίνεσθαι τὴν μανίαν ταύ-

A (modo ne noſtræ quoq; partes deſint) neminem illum perire velle, omnes ſaluos facere, & velle, & poſſe? Num igitur eſt extremę dementię facinus eum, qui ſaluos facere cunctos & velit & poſſit, curioſe ſcrutari iam à principio, & è veſtigio, neque finem eorum quæ geruntur expectare?

CAP. 9. Non eſſe curioſe inquirendũ, & verum finé expectãdũ eſſe.

Præcipuè vero cum neque à principio, neque deinceps curioſè ſit inquirendum. Quod ſi adeo curioſus ac diligens ſcrutator ſis, finem expecta, & quem tandem exitũ iſta ſortiãtur conſidera, neque turberis aut terrearis à principio: quandoquidem auri quoque B fuſorem imperitus aliquis ſi videat initio aurum liquantem, & cineri paleiſq; admiſcentem, niſi finem expectet, aurum periiſſe arbitrabitur: ſic & in mari natus & educatus quiſpiã, ſi confeſtim ad mediterranea habitanda tranſlatus, cum nihil plane de agrorum colendorum ratione inaudiuerit, reconditum triticum viderit, & ianuis vectibúſque concluſum ſeruari, atque ab humiditate defendi, ſtatimq; ab agricola deinde elatum ſpargi, proiici, & in agro prætereuntibus cunctis exponi, & non mo- C do ab humiditate non defendi, ſed luto fimóque macerandum exponi, neque cuſtodem apponi, nónne periiſſe triticum arbitrabitur, & agricolam hæc agentem damnabit? At hæc condemnatio non rei naturæ, ſed eius imperitiæ inſcitiæque tribuenda eſt, qui rectè non iudicauit, & à principio ſtatim ſententiã tulit. Etenim ſi æſtatem expectaſſet, ac ſegetem vernantem vidiſſet, falcem exacutam, & triticum, quod ſparſum fuerat, & ſine cuſtode relictum eſt, putrefactum & corruptum ac luto expoſitum, mox ger- D minaſſe ac multiplicatum apparuiſſe pulchrum, & vetuſtate depoſita multo cum vigore ſeſe erexiſſe, quaſi ſatellitibus ſtipatum, & veſtibus culmum in altum extuliſſe, ſpectatorem oblectaſſe ſimul & aluiſſe, lucróque ditaſſe non mediocri, tum vero amplius miratus eſſet, quòd per eiuſmodi damna fructus ad tantam vbertatem, & pulchritudinem euectus eſſet. Tu quoque mi homo noli communem omnium in dominum noſtrum curioſè inquirere: quòd ſi tam contentioſus ſis & audax, vt hanc inſanire velis inſa-

A niam, ſaltem finem eorum, quæ geruntur, expecta. Nam & agricola totam hyemem expectat, neque ad ea, quæ triticum tempore frigoris patitur, reſpicit, ſed ad ea quibus fruiturus eſt, multò ſanè fuerit æquius, vt eius cauſſa, qui totius orbis terrarum eſt agricola, & animarum noſtrarum finem expectes: ego non finem dico tantùm in præſenti vita, (ſæpe namque illud etiã hîc eueniet) ſed etiam in futura. Ad vnum enim finem ſpectat vtriuſque vitæ iſtius diſpenſatio, ſalutem nempe noſtram, & nominis noſtri celebritatem. Licet enim tempore ſit diuiſa, B tamen ſcopo coniuncta eſt. Et quemadmodum nunc eſt hyems, nunc æſtas, at vtraque temporis conuerſio ad vnũ ſpectat finem, frugum maturitatem: ſic nimirũ & in rebus noſtris fiet. Cum ergo diſperſam eccleſiam videris, malis extremis oppreſſam, vexatos, cæſos verberibus eos, qui in ipſa ſunt illuſtriores, Præſulem eius longiſſimè relegatum, noli hæc ſolùm ſpectare, ſed etiam ea quæ ex his ſunt euẽtura, retributiones, remunerationes, prẽmia, brauia.

Matt. 10. 22. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, inquit. C Nam in Veteri quidem teſtamento, quia nondum innotuerat de reſurrectione doctrina, vtraque in hac vita fiebant: at in Nouo non ſemper fit: ſed interdum res aduerſæ in hoc ſeculo nobis accidunt, res autem proſperæ noſtrum ex hac vita diſceſſum expectant. Veruntamen quamuis in hac vita res proſperæ illis eueniſſent, in hoc etiam admiratione maximè digni fuiſſent, qui illis potiti non eſſent, quòd cum neque nota illis fuiſſet doctrina de reſurrectione, & promiſſionibus Dei cõtraria cernerent in rebus euenire, non ſcan- D dalizarentur, non terrerentur, neque perturbarentur, eiuſq; incõprehenſibili prouidentiæ acquieſcerent, neque propter ea quæ cõtrario modo acciderent, ſcandalum paterentur, ſed potentiam ac ſolertiã ſapientiæ ipſius perſpectam habentes finem expectarent, immo verò ante finem quicquid aduerſus ipſos perpetraretur, cũ gratiarũ actione tolerarẽt, Deúmq. qui iſta fieri finebat, glorificare non ceſſarent. Obſcura fortaſſe vobis videtur hæc oratio: quocirca clariorem eam reddere conabor.

CAP. X. Antiquos Cum ſenex factus eſſet olim Abrahã,

τίω, κἂν τὸ τέλος ἀνάμεινον τῶν γινομένων. εἰ γὰρ ὁ γηπόνος ὁλόκληρον ἀναμένει χειμῶνα, οὐ πρὸς ταῦτα ἅπερ ὁ σῖτος πάσχει βλέπων κατὰ τὴν ὥραν τοῦ κρυμοῦ, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνα ὧν ἀπολαύσειν μέλλει, πολλῷ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ τὴν οἰκουμένην γεωργοῦντος πᾶσαν, καὶ τὰς ψυχὰς τὰς ἡμετέρας δίκαιος ἂν εἴης ἀναμένειν τὸ τέλος· ἐγὼ δὲ τέλος οὐ τὸ ἐν τῷ παρόντι βίῳ μόνον λέγω (πολλάκις γὰρ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ἔσται) ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τῷ μέλλοντι. πρὸς ἓν γὰρ βλέπει τέλος ἑκατέρων τῶν βίων τούτων ἡ οἰκονομία, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν εὐδοκίμησιν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ χρόνῳ διῄρηται, ἀλλὰ τῷ σκοπῷ συνῆπται. καὶ ὥσπερ νῦν μὲν χειμὼν, νῦν δὲ ἔαρ, ἑκατέρα δὲ τοῦ ἔτους ἡ τροπὴ πρὸς ἓν βλέπει, τὴν καρπῶν τὴν ἀκμὴν, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἔσται πραγμάτων. ὅταν οὖν ἴδῃς τὴν ἐκκλησίαν σκορπισθεῖσαν, τὰ ἔσχατα παθοῦσαν, ἐλαυνομένους, μαστιζομένους τοὺς ἐν αὐτῇ λάμποντας, τὸν πρόεδρον αὐτῆς πορρωτάτω ἀπενεχθέντα, μὴ ταῦτα σκόπει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐκβησόμενα, τοὺς μισθοὺς, τὰς ἀμοιβὰς, τὰ βραβεῖα, τὰ ἔπαθλα. Ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται, φησίν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς παλαιᾶς, ἐπειδὴ οὐδέπω γνώριμος ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος ἦν, ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀμφότερα ἐγίνετο· ἐπὶ δὲ τῆς καινῆς οὐ πάντως τοῦτο, ἀλλ' ἔστιν ὅπου τὰ μὲν λυπηρὰ ἐνταῦθα, τὰ δὲ χρηστὰ ἀναμένει τὴν ἐντεῦθεν ἡμῶν ἀποδημίαν. ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἐν τῷδε τῷ βίῳ τὰ χρηστὰ αὐτοῖς ἐξέβαινε καὶ παρούσῃ ζωῇ, καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα θαυμαστοὶ ἂν εἶεν οἱ τούτων μὴ ἀπολελαυκότες, ὅτι μήτε τὸν περὶ ἀναστάσεως σαφῶς εἰδότες λόγον, καὶ τὰ ἐναντία τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ συμβαίνοντα ὁρῶντες ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οὐκ ἐσκανδαλίζοντο, οὐκ ἐθορυβοῦντο, οὐδὲ ἐταράττοντο, ἀλλὰ παρεχώρουν αὐτοῦ τῇ ἀκαταλήπτῳ προνοίᾳ, οὐδὲν ἐκ τῶν ἐναντίως γινομένων σκανδαλιζόμενοι, ἀλλ' εἰδότες αὐτοῦ τὸ εὔπορον καὶ εὐμήχανον τῆς σοφίας, τὸ τέλος ἀνέμενον, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ τέλους πάν, ὅπερ εἰς αὐτοὺς ἐτολμᾶτο, ἔφερον εὐχαρίστως, καὶ τὸν συγχωροῦντα ταῦτα γίνεσθαι θεὸν δοξάζοντες διετέλουν. Τάχα ἀσαφὴς ὁ λόγος, οὕτως ὑμῖν εἶναι δοκεῖ. οὐκοῦν σαφέστερον αὐτὸν ποιῆσαι πειράσομαι.

Γέροντι γενομένῳ ποτὲ τῷ Ἀβραάμ,

καὶ πρὸς παιδοποιΐαν ἐκ τῆς ἡλικίας νεκρωθέντι λοιπὸν (εἰς γὰρ τὸ γενέσθαι πατὴρ, οὐδὲν ἄμεινον τῶν τετελευτηκότων διέκειτο ζῶν) γέροντι τοίνυν ὄντι τῷ δικαίῳ, καὶ σφόδρα γέροντι, καὶ τῆς φυσικῆς παιδοποιΐας ὑπερβάντι τοὺς ὅρους ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ἔχοντι δὲ καὶ σύνοικον πέτρας ἀγονωτέραν τὴν Σάῤῥαν, ἐπαγγέλλεται πατέρα ποιήσειν ὁ θεὸς τοσούτων ἐκγόνων αὐτὸν, ὡς παρισοῦσθαι αὐτῶν τὸ πλῆθος τῷ πλήθει τῶν ἄστρων. ὁ δὲ τοσούτων κωλυμάτων ὄντων, τῆς ἡλικίας ἤδη εἰς ἔσχατον γῆρας κατενεχθείσης, καὶ τῆς γυναικὸς ἀπό τε τῆς ἡλικίας, ἀπό τε τῆς φύσεως πεπηρωμένης (οὐ γὰρ τὸ γῆρας διεκώλυε μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῆς φύσεως ἡ πήρωσις. καὶ γὰρ καὶ νέας οὔσης ἄχρηστον τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον ἦν. στεῖρα γὰρ ἦν ἡ γυνή. διὸ καὶ Παῦλος ἐπισημαινόμενος τοῦτο αὐτὸ, οὕτως ἔλεγε, Καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας. οὐκ εἶπε τὴν νέκρωσιν Σάῤῥας ἁπλῶς, ἵνα μὴ τὴν ἡλικίαν ὑποπτεύσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς τῆς μήτρας τὴν νέκρωσιν, τὴν οὐκ ἀπὸ χρόνου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ φύσεως γεγενημένην) ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τηλικούτων, ὅπερ ἔφην, κωλυμάτων ὄντων, εἰδὼς τί ποτέ ἐστιν ἐπαγγελία θεοῦ, πῶς εὐμήχανός τε καὶ εὔπορος, καὶ οὐ νόμοις φύσεως, οὐ δυσκολίᾳ πραγμάτων, οὐκ ἄλλῳ τινὶ κωλυομένη, ἀλλὰ διὰ τῶν ἐναντίων βαδίζουσα, καὶ τὸ ἐπηγγελμένον εἰς ἔργον ἄγουσα, κατεδέξατο τὸ εἰρημένον, καὶ ἐπίστευσε τῇ ὑποσχέσει· καὶ τὸν θόρυβον τὸν ἐκ τῶν λογισμῶν οὐδὲ κινηθῆναι ὅλως ἀφεὶς, ἀξιόπιστον ἔκρινεν εἶναι (ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι) πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας πλήρωσιν τοῦ ὑποσχομένου τὴν δύναμιν· οὐκ ἐξετάσας, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ταῦτα ἔσται, καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐν νεότητι, ἀλλ᾽ ἐν γήρᾳ, καὶ ὀψέ ποτε καὶ βραδέως. διὸ καὶ ὁ Παῦλος αὐτὸν ἀνακηρύττει μετὰ λαμπρᾶς τῆς φωνῆς οὕτω λέγων· Ὃς παρ᾽ ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι ἐπίστευσεν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν. τί ἐστι, παρ᾽ ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι; παρ᾽ ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ᾽ ἐλπίδι τῇ τοῦ θεοῦ, τῇ πάντα νικώσῃ, τῇ πάντα δυναμένῃ, τῇ πάντων περιγινομένῃ. καὶ ἐπίστευσεν οὐκ εἰς τὸ πατὴρ γενέσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν τοσούτων, ὁ γέρων καὶ ἄγονος, ὁ στεῖραν καὶ γεγηρακυῖαν γυναῖκα ἔχων, κατὰ τὸ εἰρημένον· Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. καὶ μὴ ἀσθενήσας

A & ad liberos procreandos ineptus, & emortuus ætatis progreſſu euaſiſſet (vt enim pater fieri poſſet, nihilo meliori in ſtatu erat viuens, quàm ipſi defuncti) cum ergo ſenex iuſtus eſſet, & admodum ſenex, & naturalis procreandæ ſobolis facultatis fines longo interuallo exceſſiſſet coniugem autem haberet Sarram petra ſteriliorem, patrem ſe redditurum illum tot nepotum Deus pollicetur, vt multitudinem aſtrorum eorum æquatura ſit multitudo. At ille, cum tot eſſent obſtacula, cum iam ætas eſſet ad vltimam ſenectutem deuoluta, & vxor tam B ob ætatem quàm ob naturam eſſet mutilata (non enim ſola ſenectus obſtabat, ſed & ſterilitas ipſa naturæ) ſiquidē tum quoque cum iuuenis eſſet, inutilis naturæ fuit officina, quòd ſterilis mulier eſſet. Quocirca Paulus hoc ipſum inſinuans, ita dicebat: Et emortuam Rom. 4.19.
vuluam Sarræ. Non dixit emortuam Sarram ſimpliciter, ne ſolam ætatem ſuſpiceris, ſed & ipſius vuluam emortuam, quod non ſolum tempore, ſed etiam naturæ conditione factum erat) veruntamen licet tanta, vt dixi, ſupereſſent obſtacula, cum ſciret quid C tandem ſit promiſſio Dei, quàm ſolers illa ſit, & locuples, ſic vt neque legibus naturæ, neque rerum difficultate, vel alio quopiam impediatur, ſed per contraria viam inueniat, & promiſſum in opus deducat, quod dicebatur, admiſit, & promiſſioni fidem adhibuit: & tumultum ex cogitationibus ne omnino quidem moueri ſiuit, ſed fide dignam eſſe iudicauit, (vt eſt ſine dubio) ad implendam promiſſionem, ipſius potentiam, qui promiſerat, neque diſquiſiuit, quo tandem modo hæc euenient, & cur non in iuuentute, ſed in ſene-D ctute, & ſerò tandem ac tardè. Quo fit, vt illum etiam clara voce prædicet, ac laudet his verbis Paulus: Qui con- Rom. 4.18.
tra ſpem in ſpem credidit, vt fieret pa- & .10. 21.
ter multarum gentium. Quid eſt contra ſpem in ſpem? Præter ſpem humanam, in ſpem Dei, quæ cuncta vincit, quæ cuncta poteſt, quæ cuncta ſuperat. Et credidit, non vt fieret pater tantùm, ſed etiam tot gentium, ſenex & effœtus, cui ſterilis & ſenio confecta vxor erat. ſecundùm quod dictum eſt, Sic erit ſemē tuum. Et non infirmatus

eſt fide, nec conſiderauit corpus ſuum iam emortuum, quum ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Sarræ. In repromiſſione autem Dei non hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere. Horum autem verborum hæc eſt ſententia: Exultans ſtatim, & exiliens ex humana imbecillitate, & ad ſublimitatem eius, qui promittebat, accurrens, & cogitans immenſam eius eſſe potentiam, facilè adductus eſt, vt crederet omnino, quod ſibi dicebatur, euenturum. Atque hoc facto maximè Deũ glorificauit, quod curioſè non inquiſiuerit, neque ſcrutatus ſit, ſed incomprehenſibili eius ſapientiæ ac potentiæ ceſſerit, neque vllo modo de iis, quæ dicta fuerant, dubitauerit. Vides hoc eſſe maximè Deum glorificare, cum incõprehenſibili eius prouidentiæ, atque ineffabili potentiæ nos ſubmittimus, neque ſcrutamur, aut curioſè inquirimus, neque dicimus, Ad quid hoc? quomodo erit hoc? Neque verò ſolùm hoc eſt admiratione dignũ, ſed etiam quòd filium illum ſuum vnigenitum, ac dilectum poſt hanc promiſſionem mactare iubebatur, & ne tum quidem ſcandalizabatur. Atqui multa erant, quæ ſcandalizare poſſent eum, qui vigilans non fuiſſet & attentus, & primum ipſum mandatum, num Deus tales victimas acceptas habeat, & patres iubeat eſſe parricidas liberorum, ac morte violenta vitam finire, immaturo interitu filios necare, ſuæq; prolis fieri homicidas, tali ſanguine ſuũ velit altare cruentari, paternam dexteram aduerſus filium vnigenitum armari, ac iuſtum virum ſicariis fieri ſæuiorem. Cum his præterea naturę vis ac tyrannis eum commouebat & perturbabat, non quòd pater ſolum eſſet, ſed quòd indulgens, & talis filij pater, dilecti, vnigeniti, pulchri non intuenti ſolùm, ſed & contẽplanti. Nam & in ipſo erat ætatis flore, in virtutis vigore, in quo duplex pulchritudo tum mentis, tum corporis elucebat. Neque verò mediocriter illud ad amorem paternum augendum valebat, quòd præter ſpem omnem datus fuerat. Scitis enim quàm cari ſint eiuſmodi liberi, qui præter ſpem & expectationem, non lege naturæ conceſſi ſunt, cuiuſmodi fuit ille. Cum his omnibus autem maxime

Abraham filium ſacrificare iuſſus.

A τῇ πίστει οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας, εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοὺς δόξαν τῷ θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· ἀναπηδήσας καὶ ἐξαλλόμενος εὐθέως ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, καὶ πρὸς ὕψος ἀναδραμὼν τοῦ ὑποσχομένου, καὶ ἐννοήσας αὐτοῦ τὴν ἄφατον δύναμιν, ἐπείσθη σαφῶς, ὅτι πάντως ἔσται τὸ εἰρημένον. καὶ τούτῳ μάλιστα τὸν θεὸν ἐδόξασε, τῷ μὴ περιεργάσασθαι, μηδὲ πολυ-
B πραγμονῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως παραχωρῆσαι καὶ μηδὲν ἀμφιβάλλειν ὅλως περὶ τῶν εἰρημένων. ὁρᾷς ὅτι τοῦτό ἐστι μάλιστα τὸ δοξάζειν τὸν θεὸν, τὸ ἀεὶ παραχωρεῖν αὐτοῦ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς προνοίας καὶ τῇ ἀῤῥήτῳ δυνάμει καὶ σοφίᾳ, καὶ μὴ περιεργάζεσθαι, μηδὲ πολυπραγμονεῖν, μηδὲ λέγειν, διὰ τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο, πῶς τοῦτο ἔσται, οὐ τοῦτο δὲ μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκεῖνον, τὸν μονογενῆ καὶ γνήσιον, μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην ἐκελεύετο καταθύειν, καὶ οὐ-
C δὲ τότε ἐσκανδαλίζετο. καίτοι πολλὰ ἦν τὰ δυνάμενα σκανδαλίσαι τὸν μὴ νήφοντα, μηδὲ ἐγρηγορότα· καὶ αὐτὸ πρῶτον τὸ ἐπίταγμα, εἰ ὁ θεὸς τοιαύτας καταδέχεται θυσίας, καὶ παιδοκτόνους εἶναι κελεύει τοὺς πατέρας, καὶ βιαίῳ τελευτῇ καταλύειν τὸν βίον, καὶ ἀώρῳ παραδιδόναι τοὺς παῖδας θανάτῳ, καὶ αὐτόχειρας γίνεσθαι τῶν γεννηθέντων, καὶ αἵματι τοιούτῳ τὸν βωμὸν αἱμάσσεσθαι βούλεται τὸν αὐτοῦ, καὶ δεξιὰν ὁπλίζεσθαι πατρικὴν κατὰ τοῦ μονογενοῦς παιδὸς, καὶ φονέων εἶναι χαλεπώτερον τὸν δίκαιον· καὶ μετὰ τούτου καὶ ἡ τῆς
D φύσεως τυραννὶς θορυβοῦσα, ταράττουσα, οὐκ ἐπειδὴ πατὴρ ἦν μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ φιλόστοργος, καὶ πατὴρ τοιούτου παιδὸς, γνησίου, μονογενοῦς, καλοῦ μὲν ἰδεῖν, καλοῦ δὲ νοῆσαι. καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ἦν, καὶ αὐτῇ τῆς ἀρετῆς τῇ ἀκμῇ, διπλῇ τότε ἀπολάμπων τῇ εὐμορφίᾳ, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς, καὶ τῇ τοῦ σώματος. οὐ μικρὸν δὲ εἰς φιλοστοργίαν, καὶ τὸ παρ' ἐλπίδα δοθῆναι παῖδα. ἴστε γὰρ πῶς ποθεινὰ τὰ τοιαῦτα παιδία, τὰ παρ' ἐλπίδα καὶ προσδοκίαν, καὶ οὐ νόμῳ φύσεως κεχαρισμένα, οἷος ἐκεῖνος ἦν. καὶ μετὰ τούτων δὲ

A πάντων δὲ μάλιστα ἱκανὸν παραγαγεῖν σκανδάλοις ἡ ἐπαγγελία καὶ ἡ ὑπόσχεσις ἦν. ἐναντίον γὰρ ἦν αὐτῇ τὸ ἐπίταγμα. τὸ μὲν γὰρ ἐπαγγελθὲν ἦν, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ· τὸ δὲ ἐπιτεταγμένον, τὸν υἱὸν τὸν μονογενῆ, ἀφ' οὗ πᾶσαν ἔμελλεν ἐμπλῆσαι τὴν οἰκουμένην, τοῦτον ἐκ μέσου γενέσθαι, καὶ θανάτῳ παραδίδοσθαι καὶ σφαγῇ χαλεπωτάτῃ. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐσκανδαλίζετο, οὐδὲ ἐθορυβεῖτο ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς ἦν τινα τῶν ἀνοήτων παθεῖν καὶ χαμαὶ συρομένων. οὐδὲ γὰρ εἶπε πρὸς ἑαυτόν, τί τοῦτο, ἠπατήθημεν; παρελογίσθημεν; θεοῦ τοῦτο ἐπίταγμα; ἄπαγε· οὐ πείθομαι· τὸ B παιδοκτόνον με γενέσθαι ἀμήχανον, καὶ τοιούτῳ φοινίξαι αἵματι τὴν δεξιάν μου. πῶς δὲ τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἕξει πέρας; ἂν γὰρ ἀνέλω τὴν ῥίζαν, πόθεν οἱ κλάδοι; πόθεν οἱ καρποί; ἂν καταχώσω τὴν πηγήν, πόθεν οἱ ποταμοί; ἂν ἀφανίζω τὸν υἱόν, πόθεν μοι τὸ πλῆθος τῶν ἐκγόνων τὸ τῷ πλήθει τῶν ἄστρων παρισούμενον; πῶς οὖν ὑπέσχετο ἕτερα, καὶ ἐναντία ἐπιτάττει νῦν; τούτων οὐδὲν οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἐπαγγειλαμένου καταφυγών, τὴν ἄφατον, C τὴν ἀμήχανον, τὴν εὔπορον, τὴν διὰ τῶν ἐναντίων διαλάμπουσαν, τὴν ἀνωτέραν τῶν τῆς φύσεως νόμων, τὴν πάντων δυνατωτέραν, τὴν οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἀντιπῖπτον, καὶ τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς πληροφορίας τὸ ἐπίταγμα ἤνυε, καὶ ἔσφαξε τὸν υἱόν, καὶ ᾕμαξε τὴν δεξιάν, καὶ ἐφοίνιξε τὸ ξίφος, καὶ διὰ τῆς δέρης τὴν μάχαιραν ἤλασεν. εἰ γὰρ καὶ μὴ τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ ταῦτα ἐπλήρωσε· διὸ καὶ Μωυσῆς αὐτὸν θαυμάζων, οὕτως ἔφη· Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν, ὃν ἠγάπησας, τὸν D Ἰσαάκ, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι εἴπω. ταῦτα τὰ τῆς ὑποσχέσεως ῥήματα; τὰ τῆς ἐπαγγελίας, τὰ λέγοντα, ὅτι πλήθους ἐκγόνων ἔσται πατήρ, καὶ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ; ὅρα πῶς μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ἀκούσας σφάξαι τὸν υἱὸν κατεδέξατο τόν, ἀφ' οὗ τοῦτο ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ πλῆθος, τοῦτον ἀνελεῖν, καὶ καταθῦσαι, καὶ ἐκ μέσου ποιῆσαι, καὶ ἱερεῖον τῷ θεῷ προσαγαγεῖν. καὶ ὁ Παῦλος δὲ αὐτὸν ἐντεῦθεν θαυμάζων πάλιν οὕτως ἐστεφάνου καὶ ἀνεκήρυττε λέγων· Πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ

poterat ſcandalũ præbere pollicitatio & promiſſio, cum illi contrarium eſſet mandatum. Siquidem promiſſum fuerat: Sic erit ſemen tuum, vt ſtellæ cœli: *Gen. 15 5.* mandatum autem fuerat, vt vnigenitus filius, cuius poſteris totum orbem terrarum erat impleturus, hic è medio tolleretur, ac morti cædíque ſæuiſſimæ traderetur. Sed ne ſic quidem ſcandalizabatur, nec perturbabatur iuſtus ille, neque tale quid illi accidebat, quòd vni alicui ex inſipientibus, & qui humi ſerpunt, accidiſſet. Neque enim apud ſe ita ratiocinatus eſt: Quid hoc rei eſt? decepti ſumus? fraudati ſumus? an hoc Dei mandatum eſt? abſit: non poſſum parere, vt filij parricida ſiã, & eiuſmodi ſanguine dexteram meam cruentem, adduci non poſſum. Quomodo autem promiſſio finem ſuum ſortietur? Si enim radicem auellam, vnde rami? vnde fructus? ſi fontem occludam, vnde fluuij? ſi filium occidam, vnde mihi nepotum, quæ ſtellarum multitudinem exæquet, multitudo naſcetur? Quomodo ergo tum alia promittebat, & cõtraria nunc iubet? Nihil horum aut dixit, aut cogitauit, ſed rurſus ad potentiam eius, qui promiſerat iſta, confugiens, quæ ineffabilis eſt, quę ſolers eſt & locuples, quæ per res contrarias elucet, quæ ſuperat leges naturæ, quæ potentior eſt omnibus, cui reſiſtere nihil poteſt, hoc quoque mandatum cõfidenter exhauſit, & filium occidit, & dexterã cruentauit, & gladium ſanguine infecit, & enſem iugulo immerſit. Nam ſi minus opere, ſaltem animi propoſito cuncta iſta compleuit. Quocircà dum eum Moyſes laudaret, ſic ait, Et factum eſt *Gen. 22. 1.* poſt hæc verba Deus tentauit Abrahã, & dixit ei: Tolle filium tuum dilectum, quem dilexiſti, Iſaac, & offer illum ſuper vnum montium, quos tibi dixero. Hæccine ſunt verba promiſſionis, pollicitationis, quæ ſignificabant eũ poſterorum patrẽ futurum & ſemen eiuſfuturum ſicut ſtellas cœli? vide quo pacto poſt hæc verba, cum audiuiſſet filium ſuum occidendum, acquieuit, eum, ex quo tanta naſcitura erat multitudo, cum inquam immolare, atque è medio tollere, Deóque in ſacrificium offerre. Sane Paulus cũ eum idcirco laudaret, ſic eum commendabat, ac prædicabat, vt diceret: Fide obtulit Abrahã Iſaac,

quum tentaretur. tum vt indicet, quantam rem fecerit, & quàm eximiæ fidei ſpecimen ediderit, adiecit: Et vnigenitum offerebat, is qui promiſſiones ſuſceperat. (Heb. 11.17) Horum autem hic ſenſus eſt: Dici non poteſt, inquit, eũm duos filios habuiſſe cariſſimos, & expectaſſe, vt hoc interempto, ex altero ſibi multitudo illa naſceretur, cuius pater eſſet: ſed & vnum illum habuit, & ab hoc ſolo promiſſio pendebat, attamẽ hunc interimere non recuſauit, ſicut in promiſſione generationis eius, neque ſui corporis emortui cõditione, neque vxoris ſuæ ſterilitate naturæ potuit impediri, quominus fidem adhiberet, ita hîc quoque nihil impeditus à morte fuit. Hęc igitur cum illis compara, quæ nũc fiunt, tum tu puſillanimitatem tuã intuebere, tum eorum, qui ſcandalizantur, intuebere vilitatem, & clarè intelliges non aliunde tuum ſcandalum originem ducere, quàm quod incomprehenſibili Dei prouidentiæ minimè cedas, ſed diſpenſationum eius modum vbique diſquiras, cauſſaſque eorum, quæ geruntur, requiras, & ſingula ſcruteris: quod ſi accidiſſet Abrahamo, planè ad fidem adhibendam claudicaſſet. At hoc illi non accidit, atque idcirco celebris & illuſtris fuit, & omnibus, quæ promiſſa fuerant, eſt potitus, neque ſenectute ſcandalizatus eſt, neque mandato quod ſequutum eſt, neque promiſſioni obicem mandatum obiecturum arbitratus eſt, neque ſacrificium promiſſionem è medio ſublaturum, neque in eam incidit deſperationem, vt de promiſſione actum putaret, tametſi ad ipſum rerum finem perueniret. Noli enim hoc mihi reſpondere, non permiſiſſe Deum, vt mandatum in opus exiret, neque iuſti dexteram cruentatam eſſe: verùm illud conſidera, nihil horum ſciuiſſe iuſtum, neque ſe viuum illum recepturum, atque ita domum reuerſurum nouiſſe, ſed totam mentem ſuam ad cædem intendiſſe. (Gen. 22.15) Idcirco etiam ſecundo de cœlo vocatur. Neque enim Abraham ſimpliciter dixit, ſed Abraham, Abraham, & ingeminatione intentum ad ſacrificiũ animi propoſitum reprimens, & reuocans, ita totus ad mandatum peragendum incumbebat. Vides totam rem eius animi ſententia fuiſſe completã, & perfectam, nec vſquã ſcandalũ comparere?

A πειραζόμενος. Εἶτα δεικνὺς ἡλίκον πρᾶγμα ἐποίησε καὶ ὅσην ἐπεδείξατο πίστιν, ἐπήγαγε· Καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενος. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι δύο παῖδας εἶχε γνησίους, καὶ προσεδόκα, ἀναιρεθέντος τούτου, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοῦ πλήθους ἐκείνου ἔσεσθαι πατὴρ, ἀλλὰ καὶ μόνον εἶχεν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ μόνου τούτου τὰ τῆς ἐπαγγελίας ἤρτητο. καὶ ὅμως τοῦτον εἵλετο καταθῦσαι, ὥσπερ ἐν τῇ ὑποσχέσει τῆς γεννήσεως αὐτοῦ μήτε τῇ οἰκείᾳ νεκρώσει, μήτε τῇ πηρώσει τῆς φύσεως τῆς γυναικὸς κωλυθεὶς πρὸς τὴν πίστιν, οὕτως οὐδὲ ἐνταῦθα τῷ θανάτῳ παρεμποδισθείς. (B) παράβαλε τοίνυν ταῦτα πρὸς τὰ νῦν γεγενημένα, καὶ ὄψει σου τὴν μικροψυχίαν, καὶ ὄψει τὴν εὐτέλειαν τῶν σκανδαλιζομένων, καὶ εἴσῃ σαφῶς, ὅτι οὐδαμόθεν ἑτέρωθέν σοι τὸ σκάνδαλον γίνεται, ἢ ἐκ τοῦ μὴ παραχωρεῖν τῇ ἀκαταλήπτῳ τοῦ θεοῦ προνοίᾳ, ἀλλ' ἐπιζητεῖν οἰκονομιῶν τρόπον πανταχοῦ, καὶ αἰτίας τῶν γινομένων ἀπαιτεῖν, καὶ ἕκαστα περιεργάζεσθαι· ὅπερ εἰ ἔπαθεν ὁ Ἀβραὰμ, ἔμελλε πρὸς (C) τὴν πίστιν χωλεύειν. ἀλλ' οὐκ ἔπαθε, διὸ καὶ ἔλαμψε, καὶ πάντων ἐπέτυχε τῶν ἐπηγγελμένων, οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο οὐδὲ τῷ γήρᾳ, οὐδὲ τῷ μετὰ ταῦτα ἐπιτάγματι· οὐδὲ ἐνόμισε κώλυμα εἶναι τὸ ἐπίταγμα τῇ ὑποσχέσει, οὔτε ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν θυσίαν τῆς ἐπαγγελίας, οὐδὲ εἰς ἀπόγνωσιν ἐνέπιπτε τῆς ὑποσχέσεως, καίτοι πρὸς αὐτὸ τὸ πέρας τῶν πραγμάτων ἐλθών. μὴ γάρ μοι τοῦτο λέγε, ὅτι οὐκ εἴασεν ὁ θεὸς εἰς ἔργον τὸ ἐπίταγμα ἐλθεῖν, οὐδὲ αἱμαχθῆναι τοῦ δικαίου τὴν δεξιάν· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι τούτων οὐδὲν ὁ (D) δίκαιος ᾔδει, οὐδὲ ὅτι ζῶντα ἀπολήψεται τὸν υἱὸν, καὶ οὕτως οἴκαδε ἐπιστρέψαι ἠπίστατο· ἀλλ' ἔτεινεν ὅλην πρὸς τὴν σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. διὰ τοῦτο καὶ ἐκ δευτέρου καλεῖται ἐκ τῶν οὐρανῶν. οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ, Ἀβραὰμ ἁπλῶς, ἀλλὰ Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ, τῷ διπλασιασμῷ τῆς φωνῆς τὴν ἐπιτεταμένην πρὸς τὴν θυσίαν προαίρεσιν ἀνείργων τε καὶ ἀναχαιτίζων· οὕτως ὅλος τοῦ ἐπιτάγματος ἦν. Εἶδες πῶς τὸ πᾶν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ ἐπεπλήρωτο, καὶ σκάνδαλον οὐδαμοῦ.

τὸ δὲ

τὸ δὲ αἴτιον, τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ τοῦ θεοῦ. τί δαὶ ὁ Ἰωσὴφ, εἰπέ μοι; οὐ τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς πέπονθε; καὶ γὰρ κἀκείνῳ μεγάλη τις ὑπόσχεσις ἦν παρὰ τοῦ θεοῦ δεδομένη, καὶ τὰ γινόμενα πάλιν ἀπεναντίας τῆς ὑποσχέσεως ἐγίνετο. ἡ μὲν γὰρ ὑπόσχεσις ἦν διὰ τῶν ὀνειράτων προσκυνήσειν αὐτὸν τοὺς ἀδελφούς· καὶ διπλῆ ὄψις τοῦτο ἀνεκήρυττεν, ἥ τε διὰ τῶν ἄστρων, ἥ τε διὰ τῶν δραγμάτων. τὰ δὲ μετὰ τὰς ὄψεις ταύτας συμβαίνοντα ἐναντία τῶν ὄψεων ἦν. πρῶτον μὲν γὰρ, πόλεμος αὐτῷ χαλεπὸς ἐντεῦθεν κατὰ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀνερριπίζετο, καὶ οἱ τὰς αὐτὰς αὐτῷ λύσαντες ὠδῖνας, διατεμόντες τῆς συγγενείας τοὺς νόμους, καὶ διαρρήξαντες τῆς ἀδελφικῆς διαθέσεως τὰ δεσμὰ, καὶ αὐτοὺς τῆς φύσεως διασαλεύσαντες τοὺς θεσμοὺς, ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι καὶ λύκων ἀγριώτεροι περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπὸ τῶν ὄψεων ἐκείνων ἐγίνοντο. καὶ ὥσπερ θῆρες ἄγριοι καὶ ἀνήμεροί τινες ἀρνίον ἐν μέσῳ λαβόντες, οὕτω καθ᾽ ἑκάστην ἐπεβούλευον αὐτῷ τὴν ἡμέραν. καὶ πατὴρ τοῦ πολέμου τούτου φθόνος ἦν ἄλογος, καὶ βασκανία ἄδικος· καὶ τῷ θυμῷ ζέοντες, φόνου καθ᾽ ἑκάστην ἔπνεον τὴν ἡμέραν, τοῦ φθόνου τὴν κάμινον ταύτην ἀνάπτοντος, καὶ τὴν πυρὰν ἐγείροντος. καὶ ἐπειδὴ τέως αὐτὸν οὐδὲν ἐργάσασθαι ἠδύναντο χαλεπὸν, ἔνδον στρεφόμενον καὶ μετὰ τῶν γονέων διατρίβοντα, διαβάλλουσιν αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν, καὶ αἰσχρὰν κατασκευάζουσιν αὐτῷ δόξαν, καὶ ψόγον καταφέρουσι πονηρὸν, τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς φίλτρον ταύτῃ καταλῦσαι βουλόμενοι, καὶ πρὸς ἐπιβουλὴν εὐχείρωτον λαβεῖν. εἶτα μετὰ ταῦτα λαβόντες αὐτὸν ἔξω τῶν πατρικῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἐπ᾽ ἐρημίας εὑρόντες αὐτοῖς κομίζοντα τροφὴν, καὶ εἰς ἐπίσκεψιν αὐτῶν ἀφιγμένον, οὐ τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως ᾐδέσθησαν, οὐ τὴν τράπεζαν ᾐσχύνθησαν τὴν ἀδελφικὴν, ἀλλὰ τὰ ξίφη ἠκόνουν, καὶ πρὸς σφαγὴν ηὐτρεπίζοντο, καὶ ἀδελφοκτόνοι πάντες ἐγίνοντο, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἐγκαλέσαι τῷ μέλλοντι ἀναιρεῖσθαι παρ᾽ αὐτῶν· ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὧν αὐτὸν στεφανοῦσθαι καὶ ἀνακηρύττεσθαι ἔδει, φθονοῦντες, πολεμοῦντες, διαβάλλοντες. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος οὐδὲ οὕτως ἀπεστρέφετο αὐτῶν τὴν συνουσίαν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοσαύτῃ πονηρίᾳ τὴν ἀδελφικὴν ἐπεδείκνυτο διάθεσιν. οἱ δὲ καὶ οὕτως αὐτὸν ἀνελεῖν ἐπεχείρουν· καὶ ἀνεῖλον, τό γε αὐτῶν μέρος, καὶ τὰς δεξιὰς ᾕμαξαν,

A Id verò in cauſſa fuit, quod in actiones Dei curioſè non inquireret. Quid verò Ioſeph? dic quæſo. nónne tale quid ei accidit? Nam & illi magna quędam à Deo promiſſio fuerat oblata, & res cōtrariæ promiſſioni rurſus eueniebant. Fuerat enim promiſſum per ſomnia futurum, vt eum fratres adorarent, atque hoc duplex viſio prænuntiabat, cum illa per ſtellas, tum altera per manipulos: quæ verò poſt viſiones acciderūt, contraria planè viſionibus fuerūt. Primum enim grauis inde pugna paternis in ædibus excitata eſt, & qui ex eodem fuerant vtero nati, cognationis B leges violātes, & fraterni amoris vincula perrumpentes, ipſa denique iura naturæ perfringentes, inimici, & hoſtes, ac ſæuiores lupis erga fratrem occaſione viſionum illarum euaſerunt. Et quemadmodum ſi feræ atque immanes belluæ quædam agnum è medio abriperent, ita quotidie inſidias illi tendebant. Atque huius belli parens & auctor fuit iniqua quædam inuidia, & liuor iniuſtus, itáque feruētes ſingulis diebus cædem eius anhelabant, cum hanc in eis fornacem accenderet, & C flammam excitaret inuidia. Et quoniā, dum domi degeret, & cum parentibus verſaretur, nihil interim illi mali poterant inferre, ipſius exiſtimationi detrahunt, eiúſque nomini notā inurunt infamiæ, & praua criminatione illum accuſant, atque hoc pacto patris in eum amorem auferre contendunt, vt ita faciliùs ipſorum inſidiis capi poſſit. Tum deinde foris cū procul à conſpectu patris deprehendentes, cum in deſerto cibaria ſibi deferentem, & ad eos viſitandos profectum inueniſſent, neque profectionis cauſſam ſūt reueriti, D neq; fraternæ menſæ illos puduit, ſed gladios acuebant, & ſe ad cædem accingebant, omnéſque fratris parricidæ fiebant, cum nihil paruum aut magnū ei poſſent obiicere, quem interfecturi erant, ſed eorum cauſſa, ob quæ præmiis affici, ac prædicari eum oportuit, inuidebant, oppugnabant, & calūniis appetebant. At ille ne ſic quidem illorum congreſſum auerſabatur, ſed etiam erga tantam improbitatem fraternum amorem exhibebat: illi contra ſic affectum interimere conabantur, & quantum in ipſiſquidem fuit, interemerūt, ſuáſq; dexteras cruentarūt,

Inuidia fratrum Ioſeph.

A & fraternam cædem perpetrarunt. Veruntamen ſolers Dei ſapientia, & quæ in rebus deploratis iter ſecundũ aperit, cum in barathrum eum præcipitem acturi, & neci tradituri eſſent, ex nefarijs illorum manibus ipſum eripuit. Nã conſuluit quidem vnus ex fratribus, vt eos ab illo parricidio reuocaret, ſed eorum mentem flexit Deus, ac cædem impediuit. Sed ne hîc quidem impetus malorum ſubſtitit, verùm vlteriùs rurſus eſt progreſſus. Quoniam enim illũ interimere prohibiti fuerãt, adhuc autem ira feruebat, & furor vigebat, ac paſſionis procella ſæuiebat, in aliud quippiam iracundiam effuderũt. B Exutum enim, & vinctum eum proiecerunt in lacum, & crudeles, inhumani, atque efferati, deinde delatos ab illo cibos deguſtarunt, & ille quidem in lacu metu mortis imminentis correptus verſabatur, illi vero delicijs, & ebrietati vacabant. Neq; huc vſque tantũ illorũ perrexit inſania, ſed cũ homines barbaros, & procul ab illorum regione habitãtes in Ægyptum vidiſſent deſcendere, arreptum fratrem illis vendiderunt, vt alteram illi mortem quandã longiorem, acerbiorem, ac multis miſerijs refertã machinarentur. C Quippe qui cũ iuuenis eſſet, & valde iuuenis, multáq; cum libertate paternis in ædibus educatus, nullam vnquã ſeruitutem, aut miſeriã ſeruitutis eſſet expertus, cogita quomodo eſſet affectus, qui ſubitò ex libero ſeruus, peregrinus ex ciue factus eſſet, & in extremã captiuitatẽ abductus, non in ſeruitutem tantũ, ſed & à patre, ac matre, omnibúsq; propinquis auulſus, nudus, peregrinus exul, & extorris, ſeruitutis lege barbarorum manibus expoſitus. Quid enim non illũ poterat perturbare? quod derepẽte, quod præter expectationẽ, præter ſpem, præter opinionem, quòd tam graui calamitate premeretur, D quòd à fratribus, & à fratribus, quos adamabat, cum nec parua, nec magna illos affeciſſet iniuria, immo vero beneficijs cumulaſſet, iſta pateretur? veruntamen nihil iſtorum illum perturbauit: ſed in Ægyptum à mercatoribus illis abducebatur, & ſeruitutem ſeruitute mutabat. Siquidem illic quoque rurſus fiebat ſeruus, & barbaricas ædes incolebat Hebreus, nobilis, duplici libertate liber, & corporis, & animæ, nec tamen idcirco perturbabatur, aut iis, quæ gerebantur, ſcandalizabatur,

Ioſeph à fratribus venditur.

A καὶ τὴν ἀδελφοκτονίαν ἀπήρτισαν. ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ μηχανὴ, ἡ ἐν τοῖς ἀπόροις εὔπορος, τὸν πρὸς ..., καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βαράθρῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ θανάτου τῇ ἐπαγωγῇ, ἐκ τῶν μιαρῶν αὐτὸν ἐκείνων ἥρπασε χειρῶν. συνεβούλευσε μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν εἷς, ὥστε ἀποστῆναι τῆς μιαιφονίας ἐκείνης· ἔπεισε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ τὴν σφαγὴν διεκώλυσεν. οὐ μὴν οὐδὲ ἐνταῦθα ἵστατο τὰ δεινὰ, ἀλλὰ περαιτέρω προῄει πάλιν. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἐκωλύθησαν ἀνελεῖν, ἔζεε δὲ ὁ θυμὸς ἔτι, καὶ τὰ τῆς ὀργῆς ἤκμαζε, καὶ πολὺ τὸ κλυδώνιον τοῦ πάθους ἦν, εἰς ἕτερόν τι τὴν ὀργὴν ἀφῆκαν. ἀποδύσαντες γὰρ καὶ δήσαντες αὐτὸν, καὶ B εἰς λάκκον ῥίψαντες οἱ ὠμοὶ καὶ ἀπάνθρωποι καὶ θηριώδεις, οὕτω τῆς παρ' αὐτοῦ κομισθείσης τραπέζης ἀπήλαυον. καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν λάκκῳ περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοικὼς, οἱ δὲ ἐτρύφων καὶ ἐμέθυον. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταντο τῆς μανίας· ἀλλ' ἰδόντες ἀνθρώπους βαρβάρους καὶ πόρρω τῆς αὐτῶν ἀπῳκισμένους χώρας εἰς τὴν Αἴγυπτον κατιόντας, λαβόντες ἀπέδοντο τὸν ἀδελφὸν, ἕτερον θάνατον ἐντεῦθεν αὐτῷ κατασκευάζοντες, μακρότερόν τινα καὶ χαλεπώτερον καὶ πολλῆς γέμοντα ταλαιπωρίας. μειράκιον γὰρ ὢν, καὶ μειράκιον κομιδῆ, καὶ C μετὰ πολλῆς τῆς ἐλευθερίας ἐν οἰκίᾳ πατρῴᾳ τραφεὶς, καὶ δουλείας ἁπάσης ἄμοιρος ὢν καὶ τῆς ἐν δουλείᾳ ταλαιπωρίας, ἐννόησον τί ποτε ἔπασχεν, ἀθρόον δοῦλος ἀντ' ἐλευθέρου, καὶ ξένος ἀντὶ πολίτου γενόμενος, καὶ τὴν ἐσχάτην αἰχμαλωσίαν ὑπομένων· οὐχὶ δουλείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἁπάντων ἀπορρηγνύμενος, γυμνὸς, ξένος, ἄοικος, ἄπολις, νόμῳ δουλείας βαρβαρικαῖς χερσὶν ἐκδεδομένος. τί γὰρ οὐκ ἦν αὐτὸν ἱκανὸν θορυβῆσαι; τὸ ἀθρόον, τὸ ἀπροσδόκητον, τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ ἀμελέτητον, τὸ χαλεπὸν τῆς συμφορᾶς, τὸ παρὰ ἀδελ- D φῶν, καὶ ἀδελφῶν ἀγαπωμένων, μὴ μικρὸν, μὴ μέγα ἐκείνους ἠδικηκότα, μᾶλλον δὲ καὶ εὐεργετηκότα ταῦτα παθεῖν; ἀλλ' ὅμως οὐδενὶ τούτων διεταράττετο, ἀλλ' ἀπήγετο διὰ τῶν ἐμπόρων ἐκείνων εἰς Αἴγυπτον, δουλείαν ἐκ δουλείας ἀμείβων. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ πάλιν ἐγίνετο δοῦλος, καὶ ᾤκει βαρβαρικὴν οἰκίαν ὁ Ἑβραῖος, ὁ εὐγενὴς, ὁ διπλῆν ἐλευθερίαν ἐλεύθερος, καὶ τὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ οὐδὲ ἐντεῦθεν ἐταράττετο, οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο πρὸς τὰ γινόμενα,

A τῶν ὄψεων ἀναμιμνησκόμενος τῶν τὰ ἐναντία ἐπαγγελλομένων· οὐδὲ περιειργάζετο, τί δήποτε ταῦτα γίνεται. καὶ οἱ μὲν ἀδελφοκτόνοι καὶ λύκοι καὶ θῆρες, καίτοι ταῦτα ἠδικηκότες, ἐπὶ τῆς πατρῴας οἰκίας τρυφῶσιν· αὐτὸς δὲ ὁ προσδοκηθεὶς αὐτῶν βασιλεύειν, αἰχμάλωτος, δοῦλος, εἰς ἀλλοτρίαν ἀπεμποληθεὶς, τὴν ἐσχάτην ὑπομένει ταλαιπωρίαν, οὐ μόνον αὐτῶν οὐ βασιλεύσας, ἀλλὰ καὶ δοῦλος αὐτῶν γενόμενος, καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ διαμέτρου τἀναντία ταῖς ὑποσχέσεσι παθών. οὐ γὰρ δὴ μόνον βασιλείας τότε οὐκ ἐπέτυχεν, ἀλλὰ καὶ πατρίδος καὶ ἐλευθερίας, καὶ τῆς τῶν γονέων ἐξέπεσεν ὄψεως. B Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα αὐτῷ τὰ τῶν ἀγώνων ἵστατο· ἀλλ᾽ ἕτερον βαθύτερον αὐτῷ ὠρύττετο βάραθρον, θάνατον πάλιν ἔχον, καὶ σφαγὴν, θάνατον ἐπονείδιστον, καὶ σφαγὴν αἰσχύνης γέμουσαν. ἰδοῦσα γὰρ αὐτὸν ἀσελγέσιν ὀφθαλμοῖς ἡ κεκτημένη, καὶ ἁλοῦσα τῷ κάλλει τοῦ νεανίσκου, ὑπὸ τῆς λαμπρᾶς αὐτοῦ χειρωθεῖσα ὄψεως, καὶ αὐτὴ πάλιν δόλους ἔρραπτε καὶ ἐπιβουλὰς καὶ τὰ δίκτυα τῆς ἀκολασίας πάντοθεν ἁπλώσασα, καθ᾽ ἑκάστην ἐσκόπει τὴν ἡμέραν εἴσω τῆς οἰκείας σαγήνης τὸν C νεανίσκον λαβεῖν καὶ εἰς τὸ τῆς μοιχείας ἐμβαλεῖν βάραθρον, καὶ θανάτῳ παραδοῦναι ἀθανάτῳ. καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὴν ἄγραν ἐξῄει ταύτην, ὑπὸ τοῦ πάθους κεντουμένη, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀκολάστου τούτου ἔρωτος καθ᾽ ἑκάστην ὁπλιζομένη τὴν ἡμέραν· καί ποτε ἐπιλαβομένη μόνον, ἐπὶ τὴν ἄδικον αὐτὸν πρὸς βίαν εἷλκεν εὐνὴν, καὶ τὸν ἀλλότριον διορύξαι γάμον ἠνάγκαζε, καὶ τὴν σωφροσύνην λυμήνασθαι ἐπεχείρει. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ ἐντεῦθεν ἔπαθέ τι χαλεπὸν ὁ δίκαιος ἐκεῖνος· ἀλλὰ καὶ ἐπιθυμίας τυραννίδα, καὶ νέας ἡλικίας θορύβους, D καὶ ἀκολάστου γυναικὸς ἐπιβουλὴν, καὶ δεσποίνης ἐφόδους, καὶ νεότητος ταραχὴν, καὶ πάντα ὅσα εἰκὸς ἐκ τῆς ἁφῆς ἐκείνης γενέσθαι, καὶ τῆς ὄψεως, καὶ τῆς μανίας, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ὑπερβὰς, ὥσπερ τις ἀετὸς ὑψηλὸν τείνας τὸ πτερὸν, καὶ αὐτὰ ἀποδυσάμενος τὰ ἱμάτια καὶ καταλιπὼν ταῖς ἀκολάστοις χερσὶν, ἐξῆλθεν ἱματίων μὲν γυμνὸς, λαμπρὰν δὲ τῆς σωφροσύνης ἔχων τὴν περιβολὴν καὶ τῆς ἁλουργίδος αὐτῆς περιφανεστέραν. ἐντεῦθεν αὐτῷ ξίφος ἠκονᾶτο πάλιν, καὶ θάνατος ἐμελετᾶτο, καὶ τὰ κύματα ἐπὶ τὸ μεῖζον ἤρετο,

cum viſionum, quæ contraria promiſerant, recordaretur: neque curioſè quærebat, Cur tandem iſta fiunt? Atque illi quidem fratricidæ, lupi, & belluæ, tametſi iſta ſcelera patrarant, in domo paterna deliciis ſe oblectant; ipſe verò, quem ſpes erat Regem illorum futurum, captiuus, ſeruus, in externa regione vænundatus extrema miſeria premitur, & non ſoùlm Rex illorum non eſt, ſed & ſeruus illorum euadit, & planè contraria patitur iis, quæ fuerant illi promiſſa. Non enim tantum regnum tum non obtinebat, ſed & patria, & libertate, & parentum aſpectu priuatus erat. Neque verò certaminum hic finis fuit: ſed aliud illi profundius barathrum parabatur, quòd rurſus mortem, ac cædem minabatur, mortem ignominioſam, & dedecoris plenam cædem. Cum enim laſciuos in eum oculos domina conieciſſet, & adoleſcentis pulchritudine deuincta eſſet, & eleganti eius facie capta, cœpit & ipſa rurſus dolos & inſidias in eum parare. Cúmque laſciuiæ retia vndiq; tetendiſſet, quotidie obſeruabat, vt poſſet intra ſagenam ſuam adoleſcentem comprehendere, atq; in adulterij barathrum deuoluere, mortíque tradere immortali. Et exibat quotidie ad hanc venationẽ ab hoc morbo ſtimulata, & ab hoc amore laſciuo armata: cúmque ſolum illum aliquando deprehendiſſet ad iniquum illum cõgreſſum violenter trahebat, alienum thorum violare cogebat, & caſtitatem lædere conabatur. At nihil tamen inde mali paſſus eſt iuſtus ille, ſed & libidinis tyrannidem, & iuuenilis ætatis ſtimulos, & laſciuæ mulieris inſidias, inſultus dominæ, iuuentutis motus, & omnes incurſus, quos ab illo contactu ſentire potuit exortos, & ab aſpectu, & inſania illa quam facillimè ſuperauit, ac tanquã aquila ſublimes tendens alas, ipſáſque veſtes exuens, & impudicis manibus derelinquẽs, egreſſus eſt veſtibus quidem nudatus, ſed ſplendido caſtitatis amictu circundatus, atque ipſa purpura illuſtriori. Hinc factum eſt deinde, vt in eum gladius acueretur iterum, mortis inſidiæ ſtruerentur, maior tempeſtas excitaretur,

Tentatur ab hera Ioſeph.

A & mulieris furor Babylonia fornace vehementiùs accenderetur. Nam & acriùs deinde inflammabatur cupiditas, & iracundia grauiſſima perturbatio altera ſumma cum ſæuitia ſe adiungebat, ad cædem ſpectabat, ad gladium currebat, iniquiſſimam cædem appetebat, & caſtitatis athletam, conſtantiæque pugilem, ac patientiæ interimere properabat. Cúmque virum ſuũ inuaſiſſet, & quæ acciderant, renuntiaſſet, non ita vt veritas rei ferebat, ſed vt illa calumniæ fabulam commenta erat, quæcunque voluit iudici accuſando perſuaſit, & tanquam iniuriam paſſa vltionem petebat, atque ad eorum probationem, quæ dicebat, innocentis iuuenis veſtes impuris illis manibus oſtentabat. At corruptus ille iudex non reum in iudicium introduxit, non cauſſã agendi fecit poteſtatẽ, ſed eum, qui ne iudicium quidem conſpexerat, tanquam noxium ſceleris conuictum, & perfectum adulterum damnauit, & in carcerem coniectum catenis adſtrinxit. Itaque qui tam multis erat coronis redimitus virtutis, verſabatur, in carcere tum temporis cum impoſtoribus, cum ſepulchrorum perfoſſoribus, cum ſicariis, cum illis, qui grauiſſima ſcelera perpetrarant. Attamen nihil horum eius animum conturbabat, & alter quidem, qui Regem offenderat, dimittebatur, ipſe autem longo tempore manſit intus, & quorum cauſſa præmiis afficiendus erat, & laudandus, extremum ſupplicium ſuſtinebat. Sed ne ſic tamen turbabatur, neque ſcandalizabatur, neque dixit: Cur hoc? ad quid hoc! Ego qui fratrum Rex eram futurus, non modo tali honore excidi, ſed & patria, & domo, & parentibus, & libertate, & ſecuritate, atque ab ipſis, qui me adoraturi erant, ſum necatus. Deinde poſt cædem ſum venditus, barbarorum ſeruus ſum factus & frequenter dominos mutaui, neque malorum hic finis fuit meorum, ſed vbique barathra & ſcopuli. Poſt fratrum inſidias, & cædem, & ſeruitutem, cum priorem, tum poſteriorem, rurſus mortem mihi machinabantur, & calumniam priori grauiorem, & inſidias, atque incurſus, ac iudicium corruptum, & accuſationem multis probris redundantem, quæ noſtrã cædem parturiret.

A καὶ ἡ μανία τῆς γυναικὸς τῆς Βαβυλωνίας καμίνου σφοδρότερον ἀνήπτετο. ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία λοιπὸν μεῖζον ἠγείρετο, ὅτε θυμὸς, τὸ πάντων χαλεπώτατον πάθος, μετὰ πολλῆς προσεπέθετο τῆς ἀγριότητος, καὶ φονικὸν ἔβλεπε καὶ ἐπὶ ξίφος ἔτρεχε, καὶ σφαγῆς ἤρα παρανομωτάτης, καὶ τὸν τῆς σωφροσύνης ἀθλητὴν, καὶ τὸν τῆς καρτερίας καὶ ὑπομονῆς ἀγωνιστὴν ἀνελεῖν ἔσπευδε. καὶ ἀποπηδήσασα πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς, καὶ ἀπαγγείλασα τὰ γεγενημένα, οὐχ ὡς ἡ τοῦ πράγματος εἶχεν ἀλήθεια, ἀλλ' ὡς αὐτὴ τὸ δρᾶμα τῆς συκοφαντίας κατεσκεύασεν, ἔπεισεν ἅπερ
B ἤθελε τὸν δικαστὴν ἐρήμην κατηγοροῦσα, καὶ ὡς ἠδικημένη τὴν ἐκδικίαν ἐπεζήτει, εἰς ἀπόδειξιν ὧν ἔλεγε, τὰ ἱμάτια τοῦ ἀθώου νεανίσκου περιφέρουσα ταῖς ἀκαθάρτοις χερσὶν ἐκείναις. καὶ ὁ διεφθαρμένος δικαστὴς, οὐκ εἰς δικαστήριον εἰσήγαγε τὸν κατηγορούμενον, οὐ λόγου μετέδωκεν· ἀλλὰ τὸν οὐδὲ ἑωρακότα δικαστήριον, ὡς ἑαλωκότα, ὡς ἐληλεγμένον, καὶ μοιχὸν ἀπηρτισμένον κατεδίκασε, καὶ εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλε, καὶ ἁλύσει παρέδωκε. καὶ ἦν λοιπὸν ὁ τοσούτοις στεφάνοις ἀναδησάμενος ἀρετῆς, μετὰ
C γοήτων, μετὰ τυμβωρύχων, μετὰ ἀνδροφόνων, μετὰ τῶν τὰ ἔσχατα τετολμηκότων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων ἐθορύβει. καὶ ἕτερος μὲν τὸν βασιλέα προσκρούσας ἠφίετο, αὐτὸς δὲ μακρὸν ἔνδον ἔμενε χρόνον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸν στεφανοῦσθαι καὶ ἀνακηρύττεσθαι ἔδει, τὴν ἐσχάτην τίνων τιμωρίαν. καὶ οὐδὲ οὕτως ἐταράττετο, οὐδὲ ἐσκανδαλίζετο, οὐδὲ εἶπε, τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; ὁ μέλλων ἐγὼ τῶν ἀδελφῶν βασιλεύειν, οὐ μόνον ταύτης ἐξέπεσα τῆς τιμῆς, ἀλλὰ καὶ πατρίδος, καὶ οἰκίας, καὶ γονέων, καὶ ἐλευθερίας, καὶ ἀδείας, καὶ παρ' αὐτῶν τῶν μελ-
D λόντων με προσκυνεῖν ἀνῃρέθην· εἶτα μετὰ τὴν σφαγὴν ἐπράθην, δοῦλος ἐγενόμην βαρβάρων, καὶ συνεχεῖς ἤμειψα δεσπότας, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη μοι τὰ δεινὰ, ἀλλὰ πανταχοῦ βάραθρα καὶ σκόπελοι. μετὰ γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν σφαγὴν, καὶ τὴν δουλείαν καὶ τὴν προτέραν καὶ τὴν δευτέραν, πάλιν μοι θάνατος ἐμελετήθη, καὶ συκοφαντία τῆς προτέρας χαλεπωτέρα, καὶ ἐπιβουλὴ, καὶ ἔφοδος, καὶ δικαστήριον διεφθαρμένον, καὶ κατηγορία αἰσχύνην ἔχουσα πολλὴν, καὶ σφαγὴν ἡμῖν ὠδίνουσα.

καὶ οὔτε λόγου μεταλαβὼν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, εἰς δεσμωτήριον ἀπηνέχθην, καὶ ἁλύσεσι περικείμενος μετὰ μοιχῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ τῶν τὰ ἔσχατα τετολμηκότων. καὶ ὁ μὲν ἀρχιοινοχόος ἀπηλλάγη καὶ ἁλύσεως καὶ δεσμωτηρίου· ἐγὼ δὲ οὐδὲ μετ' ἐκεῖνον ἀδείας τινὸς ἀπολαῦσαι δεδύνημαι· κἀκεῖνος μὲν εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ ὄναρ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τὴν ἐμήν· ἐγὼ δὲ ἐν τοῖς ἀνηκέστοις εἰμὶ κακοῖς. ταῦτα αἱ ὄψεις προεδήλουν ἐκεῖναι; ταῦτα τῶν ἀστέρων ὁ ἀριθμός; ταῦτα τὰ δράγματα; ποῦ τὰ τῆς ἐπαγγελίας; ποῦ τὰ τῆς ὑποσχέσεως; ἆρα ἠπατήμεθα; ἆρα παρελογίσθημεν; ποῦ γάρ με λοιπὸν προσκυνήσουσιν οἱ ἀδελφοί, τὸν δοῦλον, τὸν αἰχμάλωτον, τὸν δεσμώτην, τὸν μοιχὸν εἶναι νομιζόμενον, τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύοντα, τὸν τοσοῦτον αὐτῶν ἀπῳκισμένον; οἴχεται πάντα ἐκεῖνα, καὶ ἀπόλωλεν. οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἀνέμενε τὸ τέλος, εἰδὼς καὶ αὐτὸς τοῦ θεοῦ τὸ εὐμήχανον καὶ τὴν σοφίαν τὴν εὔπορον. καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐσκανδαλίζετο, ἀλλὰ καὶ ἐνεβρύετο καὶ ἐκαλλωπίζετο τοῖς γινομένοις. τί δαὶ ὁ Δαβὶδ, εἰπέ μοι; οὐ μετὰ τὸ χρισθῆναι εἰς βασιλέα, καὶ λαβεῖν τοῦ δήμου τῶν Ἑβραίων τὰ σκῆπτρα τῇ τοῦ θεοῦ ψήφῳ, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο στῆσαι τρόπαιον κατὰ τοῦ βαρβάρου, τὰ χαλεπώτατα πάντων ἔπαθε, πολεμούμενος, ἐπιβουλευόμενος παρὰ τοῦ Σαοὺλ, περὶ αὐτὸ τὸ ζῆν κινδυνεύων, εἰς πολέμους ἐπισφαλεῖς ἐκπεμπόμενος, συνεχῶς πρὸς τὴν ἐρημίαν ἐλαυνόμενος, ἀλήτης, φυγὰς, ἄπολις, ἄοικος, μετανάστης γινόμενος; τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; τέλος καὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οἰκείας χώρας ἁπάσης ἐξέπεσεν ἐκείνης, παρὰ βαρβάροις τοῖς πολεμίοις καὶ ἐχθροτάτοις διατελῶν, καὶ δουλείας χαλεπωτέραν ὑπομένων ζωήν. καὶ γὰρ καὶ τῆς ἀναγκαίας ἠπόρει τροφῆς. καὶ ταῦτα ἔπασχε μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Σαμουὴλ, μετὰ τὴν τοῦ ἐλαίου χρίσιν, μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ὑπόσχεσιν, μετὰ τὰ σκῆπτρα, μετὰ τὸ διάδημα, μετὰ τὴν τοῦ θεοῦ χειροτονίαν, καὶ τὴν ψῆφον, τὴν ἐπ' αὐτῷ· καὶ ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων ἐσκανδάλισεν, οὐδὲ εἶπεν οὐδὲ οὗτος, τί τοῦτο; ὁ βασιλεὺς ἐγὼ, καὶ τοσαύτης μέλλων ἀρχῆς ἀπολαύσεσθαι, οὐδὲ ἰδιώτης μετὰ ἀσφαλείας εἶναι δύναμαι· ἀλλὰ ἀλήτης γέγονα, καὶ φυγὰς, ἄπολις, ἄοικος, μετανάστης,

A Cumque meam cauſſam agendi facultatem non obtinuiſſem, temere ac ſine cauſſa in carcerem ſum abductus, & catenis deuinctus, cum adulteris, cum homicidis & grauiſſimorum ſcelerũ reis, verſor. At princeps quidem pincernarum, à vinculis & carcere liberatus eſt: ego verò ne poſt illum quidem vllam immunitatem poſſum impetrare: atq; ille quidem in opus exiiſſe vidit ſomnium, prout illi fueram interpretatus: ego verò grauiſſimis hic malis obſideor. Hæccine mihi viſiones illæ prænuntiabant? hæc numerus ille ſtellarum? hæc illi manipuli? quo promiſſiones B euaſerunt? quo illæ pollicitationes? nunquid decepti ſumus? nunquid in fraudem illecti? Vbi enim iam me adoraturi ſunt fratres, ſeruum, captiuum, compedibus vinctum, qui adulter eſſe exiſtimor, qui de vita periclitor, qui tanto terrarum interuallo diſſitus ab illis habito. Perierunt illa omnia, & in nihilum abierunt. Nihil horum aut dixit aut cogitauit, ſed finem expectabat, vt pote qui quanta ſit Dei ſolertia, quàm potens eius ſapientia, probè noſſet: & non modo non ſcandalizaba- C tur, ſed etiam ob ea quæ acciderant gloriabatur, & ſibi placebat. Quid verò Dauid? dic quæſo, nónne poſtquam in Regem vnctus eſt, & Dei ſuffragio deſignatus populi Hebræorum ſceptrum accepit, deque barbaro glorioſum illud trophæum erexit, grauiſſimis afflictus eſt malis, bellis, inſidiis appetitus à Saule, in ipſum capitis diſcrimen adductus, ad periculoſa miſſus prælia, continue per deſertum errans vagus exul extorris, domo ac ſedibus ſuis pulſus? Quid multis verbis opus eſt? tandem è patria, ſuáque D illa regione penitus exturbatus apud barbaros hoſtes & infenſiſſimos verſabatur, ac moleſtiorem ſeruitute vitam tolerabat: cum etiam neceſſario victu careret. Atque hæc ille patiebatur poſt Samuelis aduentum, poſtquam vnctus oleo fuerat, poſt regni promiſſionem, poſt ſceptrum, poſt diadema, poſt electionẽ Dei, poſt ſuffragium illi delatum: at nihil tamen horum illi ſcandalum attulit, neque dixit hic quoque, Quid hoc rei eſt? Ego ille Rex, & tantũ adepturus imperiũ ne priuatus quidẽ eſſe tutò poſsũ, ſed erro factus ſum, exul, extorris, domo ac ſedibus pulſus,

Exemplo Dauidis afflictos conſolatur

& in barbarorum regionem amādatus, etiam neceſſario victu careo, ac ſingulis diebus video mihi vitæ periculum imminere. Vbi ſūt regni promiſſiones? vbi imperij illius pollicitationes? nihil horum neq; dixit, neque cogitauit, neque ob ea, quæ acciderant, ſcādalizatus eſt, sed & ipſe finem promiſſionū expectabat. Poſſem autē & alios innumeros commemorare, qui cum in res aduerſas incidiſſent, minimè perturbati ſūt, ſed Dei promiſſum memoria tenentes, tametſi contraria promiſſis euēta ſpectarent, huius præclaræ patiētiæ beneficio glorioſas coronas reportarunt. Et tu igitur expecta dilectiſſime, finē (ſiquidē omnino adueniet, vel in hoc ſeculo, vel in futuro) & vbiq; incōprehenſibili Dei prouidētiæ cede, neq; dicas: Quod verò tandem remedium tot malis poterit adhiberi? neq; curioſè modum exquiras, quo Deus miracula ſoleat edere.

CAP. II. Hoc non ſtatim cō tigiſſe atque initio contraria cuncta cū cernerent euenire veteres ſcandalizatos nō fuiſſe.

Neque enim tum temporis hoc iuſti illi quærebant, Quomodo, & qua ratione iſta fient: ſed cum omnia cernerent, ſi ratiocinationes ſpectentur humanæ, in deſperationem adducta, ne ſic quidem conturbabantur, aut terrebantur, ſed patienter omnia ferebant, ac certiſſimum pignus, & argumentum proſperi ſucceſſus euenturi ex eius, qui pollicitus erat, potentia colligebant, neque propter eorum, quę acciderant, conditionem contrariam animum planè deſpondebant. Etenim ſolertem illum, ac ſapientem eſſe certò ſciebant, ac proinde poſſe res etiam deſperatas inſtaurare, atque in ſtatum meliorem priſtino reſtituere, ſummáque cum facilitate ſuis promiſſis finem imponere. Et tu igitur, cariſſime, ſiue in hac vita mala finiantur, Deum glorifica: ſiue maioribus difficultatibus inuoluantur, ſic quoque gratias age, neque ſcandalum patere, cum probè noueris immenſam eſſe, neque ſatis exprimi poſſe prouidentiam Dei, ac planè futurum, vt omnia conuenientem finem ſortiantur, ſiue in hoc ſeculo, ſiue in futuro. Quòd ſi quis, dum futurum audit, & præ nimia puſillanimitate hoc in hac vita ſpectare feſtinet, ei nos dicemus tum veram vitam, & res conſtantes, & immotas nos manere. Res quippe præſentes via ſunt, at illæ patria: res huius ſeculi floribus vernis ſunt ſimiles, illæ verò ſaxis immobilibus: illic coronæ

A καὶ εἰς βάρβαρον ἀπῳκίσθην χώραν, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶν τροφῆς, καὶ περὶ τὴν ἐσχάτην ὁρῶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπικρεμάμενόν μοι τὸν κίνδυνον. ποῦ τῆς βασιλείας αἱ ὑποσχέσεις; ποῦ τῆς ἀρχῆς αἱ ἐπαγγελίαι ἐκείνης; οὐδὲν τούτων οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνενόησεν· οὐκ ἐσκανδαλίσθη τοῖς γινομένοις, ἀλλὰ ἀνέμενε καὶ αὐτὸς τὸ τέλος τῆς ὑποσχέσεως. καὶ ἑτέρους δὲ μυρίους ἔστιν εἰπεῖν, οἳ χαλεποῖς περιπεσόντες πράγμασιν, οὐκ ἐθορυβήθησαν· ἀλλὰ τοῦ θεοῦ τὴν ἐπαγγελίαν κατέχοντες, εἰ καὶ ἐναντία τὰ γινόμενα ταῖς ὑποσχέσεσιν ἦν, διὰ τῆς καλλίστης ταύτης ὑπο-
B μονῆς λαμπροὺς ἐδρέποντο τοὺς στεφάνους. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητέ, ἀνάμενε καὶ αὐτὸς τὸ τέλος (πάντως γὰρ ἀπαντήσεται, ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι) καὶ παραχώρει πανταχοῦ τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας, καὶ μὴ λέγε, πῶς δὲ τὰ τοσαῦτα κακὰ λήψεται διόρθωσιν; μηδὲ περιεργάζου τῆς τοῦ θεοῦ παραδοξοποιΐας τὸν τρόπον.

Οὐδὲ γὰρ οἱ δίκαιοι τότε ἐκεῖνοι τοῦτο ἐζήτησαν, τὸ, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ ταῦτα ἔσται· ἀλλ' ὁρῶντες εἰς ἀπόγνωσιν κατὰ ἀνθρώπινον λογισμὸν
C πάντα φερόμενα, οὐδὲ οὕτως ἐθορυβοῦντο, οὐδὲ ἐταράττοντο· ἀλλ' ἔφερον ἅπαντα γενναίως, μεγίστην ἔχοντες ἀπόδειξιν τῶν ἐσομένων χρηστῶν, τὴν δύναμιν τοῦ ὑποσχομένου, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν γινομένων ἐναντιότητος εἰς ἀπόγνωσιν οὐκ ἐμπίπτοντες. ᾔδεσαν γὰρ σαφῶς, ὅτι εὐμήχανος ὢν καὶ σοφὸς, δυνήσεται καὶ μετὰ τὸ τὰ πράγματα ἀπαγορευθῆναι ἀνακτήσασθαί τε αὐτὰ μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας τοῖς ἐπαγγελθεῖσιν ἐπιθεῖναι τέλος. καὶ σὺ τοίνυν, ἀγαπητέ, ἄν τε ἐν τῷ παρόντι βίῳ λάβῃ τὰ λυπη-
D ρὰ λύσιν, δόξαζε τὸν θεόν· ἄν τε εἰς δυσχερῆ καταλύσῃ, καὶ οὕτως εὐχαρίστει, καὶ μηδὲν σκανδαλίζου, εἰδὼς σαφῶς τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν τὴν ἄπειρον καὶ ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένην, καὶ ὅτι πάντως λήψεται τὸ προσῆκον ἅπαντα τέλος, εἴτε ἐν τῷ παρόντι βίῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι. εἰ δέ τις τὸ μέλλον ἀκούων, καὶ μικροψυχῶν ἐπείγοιτο τοῦτο ἐνταῦθα ἰδεῖν γινόμενον, ἐροῦμεν ὅτι ἡ ἀληθῶς ζωὴ καὶ τὰ βέβαια πράγματα καὶ ἀκίνητα τότε ἡμᾶς μένει. τὰ μὲν γὰρ παρόντα, ὁδός· ἐκεῖνα δὲ, πατρίς· τὰ ἐνταῦθα, ἄνθεσιν ἔοικεν ἐαρινοῖς· ἐκεῖνα δὲ, πέτραις ἀκινήτοις·

ἐκεῖ στέφανοι καὶ ἀμοιβαὶ τέλος οὐκ ἔχουσαι, ἐκεῖ ἔπαθλα καὶ βραβεῖα, ἐκεῖ κολάσεις καὶ τιμωρίαι ἀφόρητοι τῶν τὰ τοιαῦτα κακουργησάντων. Τί οὖν πρὸς τοὺς τέως σκανδαλιζομένους, φησί; τί δαὶ σὺ τοὺς μείζονας διαλάμψαντας οὐ λέγεις, τοὺς δὲ προσωπεῖα εὐλαβείας περικειμένους, καὶ νῦν ἐλεγχομένους, τούτους ἄγεις εἰς μέσον; οὐχ ὁρᾷς τὸ χρυσίον καθαιρόμενον; τὸν μόλιβδον ἐλεγχόμενον; τὰ ἄχυρα διακρινόμενα τοῦ σίτου; τοὺς λύκους τῶν προβάτων; τοὺς πεπλασμένους τῶν ἀληθῶς ἐν εὐλαβείᾳ ζώντων; ὥστε ὅταν ἴδῃς τούτων τὰ σκάνδαλα, ἐννόησον κἀκείνων τὰς εὐδοκιμήσεις. Ὑπεσκελίσθησάν τινες, ἀλλὰ καὶ ἔστησαν πολλῷ πλείους, καὶ μείζονα ἑαυτοῖς μισθὸν συνήγαγον, οὔτε τῇ δυναστείᾳ τῶν ἐπιβουλευόντων, οὔτε τῇ δυσκολίᾳ τῶν καιρῶν περιτραπέντες. καὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι δὲ ἑαυτοῖς λογιζέσθωσαν· ἐπεὶ καὶ οἱ παῖδες οἱ τρεῖς καὶ ἱερέων ἀποσπασθέντες, καὶ ναοῦ, καὶ θυσιαστηρίου, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης τῆς κατὰ νόμον ἐπιμελείας, καὶ ἐν μέσῃ βαρβάρων χώρᾳ ἀποληφθέντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας τὸν νόμον διετήρησαν· καὶ ὁ Δανιὴλ ὁμοίως, καὶ ἕτεροι πολλοί· καὶ οἱ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπενεχθέντες, οὐ παρεβλάβησάν τι, ἄλλοι δὲ οἴκοι μένοντες, καὶ πάντων ἀπολαύοντες τῶν ἐπὶ τῆς πατρίδος, προσέκρουσαν καὶ κατεδικάσθησαν.

παράλ. ιϛ. Τίνος ἕνεκεν ἀφείθησαν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ ἄνθρωποι πονηροὶ, καὶ δαίμονες, καὶ διάβολος.

Εἰ δὲ ζητοίης τίνος ἕνεκεν ταῦτα συνεχωρήθη, καὶ μὴ τοῖς ἀπορρήτοις τῶν οἰκονομιῶν αὐτοῦ λόγοις παραχωρήσῃς, ἀλλὰ ἐμελέτησας ἀεὶ πάντα περιεργάζεσθαι, ὀλίγον προβαίνων, καὶ ἄλλα πολλὰ διαπορήσεις, οἷον, τίνος ἕνεκεν ἀφείθησαν αἱ αἱρέσεις, τίνος ἕνεκεν ὁ διάβολος, τίνος ἕνεκεν οἱ δαίμονες, τίνος ἕνεκεν οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ πολλοὺς ὑποσκελίζοντες· καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον ἁπάντων τούτων, τίνος ἕνεκεν ὁ ἀντίχριστος παραγίνεται, ὁ τοσαύτην ἔχων δύναμιν πρὸς ἀπάτην, ὡς τὸν Χριστὸν εἰπεῖν, ὅτι τοιαῦτα ποιήσει, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. Ἀλλ' οὐ δεῖ ταῦτα ζητεῖν, ἀλλὰ πάντα παραχωρεῖν τῷ ἀκαταλήπτῳ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας. ὁ μὲν γὰρ γενναίως ἤδη πεπηγὼς, κἂν μυρία τὰ κύματα, κἂν μυρίοι οἱ χειμῶνες ἐπιῶσιν, οὐ μόνον οὐδὲν παραβλάπτεται, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρότερος γίνεται· ὁ δὲ ἀσθενὴς καὶ διαρρέων καὶ ὀλίγωρος, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος καταπίπτει πολλάκις.

A ac remunerationes quæ finem neſciũt, illic præmia & brauia, illic pœnæ atq; ſupplicia intoleranda eorum, qui eiuſmodi ſcelera perpetrarint. Quid ergo dicemus ad eos, quos interim ſcandalizari videamus? dicet aliquis. At tu, cur non eos etiam commemoras, qui idcirco fiunt illuſtriores: ſed eos tantùm qui religionis larua ſe tegebant, & nunc deprehenduntur, in medium adducis? Non vides aurum purgari ſolere, plumbum autem deprehendi? paleas à frumento ſecerni, lupos ab ouibus, hypocritas ab iis, qui vera pietate præditi viuunt? Itaque ſi quando videas horũ B ſcandala, veniant tibi in mentem illorum præclara facinora & præconia. Supplantati ſunt quidam, at multò plures ſteterunt, maiorémque ſibi mercedem compararunt, neque inſidiatorum potentia, neque temporum difficultate proſtrati. At illi qui ſupplantati ſunt, ſibi ipſis hoc imputent: quandoquidem & tres pueri quamuis à ſacerdotibus auulſi, à templo, ab altari, & reliqua omni legis obſeruatione, atque in media barbarorum regione deprehẽſi, ſumma cum diligentia legem ob- C ſeruarunt: pari ratione Daniel, & alij multi, & nonnulli quidem in captiuitatem abducti nihil damni fecerunt, alij verò cum domi manſiſſent, omnibúsque bonis, quæ in patria ſuppetebant, potiti eſſent, offenderunt, & fuere damnati.

CAP. 12. Qua de cauſſa homines improbi & dæmones; & diabolus in hoc mũdo ſint derelicti.

Quòd ſi quæras, qua de cauſſa permiſſa ſint iſta, neque arcanis diſpenſationum eius rationibus acquieſcas, ſed omnia ſtudeas curioſè diſquirere, paulatim progrediẽs multas alias quæſtiones propones, exempli cauſſa, cur hæreſes permittãtur, qua de cauſſa Diabo- D lus, qua de cauſſa dæmones, cur homines improbi, & qui multos ſupplantãt, & quod omnium eſt iſtorũ caput, cur adueniat Antichriſtus, qui tanta pollet ad decipiendum potentia, vt dixerit Chriſtus eum tanta præſtiturum, vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. At enim iſta quærenda nõ ſunt, ſed ſunt omnia incõprehenſibili Dei ſapientiæ committenda. Nam is quidem qui generoſus & conſtans eſt, quãuis innumeri fluctus, quamuis innumeræ procellæ irruant, non modò nihil læditur, ſed etiam robuſtior euadit: imbecillis autem, & mollis ac piger etiam nemine impugnante ſæpenumero concidit.

Matt. 24. 24.

Quòd ſi forte rationem etiamnum aliquam ſcire contendis, audi eam quæ nobis comperta eſt. Sunt enim aliæ plurimæ Deo notæ, qui diuerſo varioque modo res noſtras gubernat vniuerſas: quàm autem nos ſcimus, hanc in-

Scandala cur permiſſa. terim accipe. Dicimus ſcandala iſta eſſe permiſſa, vt ne fortium ac generoſorum præmia minuerentur, quòd & Iobum alloquens Deus indicauit, di-

Iob. 40. 3. cens: Putas autem me aliter tibi reſpondiſſe, quàm vt appareas iuſtus? Et

1.Cor.11. 19. verò Paulus ait, Oportet autem & hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiāt in vobis. At tu cum audis, Oportet autem & hæreſes eſſe, noli exiſtimare hæc illum imperando, vel legem ferendo pronuntiare, abſit, verum ea quæ futura erant prænuntiando, & quod lucrum vigilantibus inde obuenturum erat prædicendo. Tunc enim ô vos qui decipi non poteſtis veſtra virtus illuſtrior apparebit. Ad hæc aliam etiam ob cauſſam improbos eſſe Deus ſiuit, ne forte ſublati è medio, ea, quæ illis ex conuerſione ſua obuentura erat, vtilitate fraudarentur. Ita & Paulus ſaluus factus eſt, ita latro, ita meretrix, ita publicanus, ita cæteri multi. Quòd ſi prius quàm immutarentur, è medio ſublati eſſent, nullus ex illis ſaluus eſſet factus. Porro de Antichriſto alteram etiam cauſſam profert Paulus. Quàm tandem? Vt omni hoc pacto excuſatione Iudæi excludantur. Qua enim tandem venia digni videri poterunt cum Chriſtum non receperint qui illi credere debuerunt. Propterea

2.Theſſ.2. 12. dicit: Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, hoc eſt Chriſto, ſed conſenſerunt iniquitati. hoc eſt

Ioa. 10. 33. Antichriſto. Nam quoniam dicebant, idcirco ſe illi non credere, quòd Deum ſe diceret, (Propterea namq; te lapidamus, inquiunt, quia tu homo cum ſis, facis teipſum Deum: tametſi plurima illum audirent attribuentem Patri, ac dicentem ſe ex ipſius ſententia veniſſe, idque multis argumentis demonſtrantē) quid dicent cum Antichriſtum ſeipſum dicentem Deum, neque Patris mentionem facientem, ſed contrarium facientem recipient? Hoc etiam Chriſtus exprobrans illis prædicebat his verbis: Ego veni in no-

Ioa. 5. 43. mine patris mei, & non accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis: propterea permiſſa ſunt ſcandala.

A εἰ δὲ καὶ λόγον τινὰ ἐπιζητεῖς μαθεῖν, ἄκουε τὸν ἡμῖν γνώριμον. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῷ διαφόρως καὶ ποικίλως τὰ καθ' ἡμᾶς πάντα οἰκονομοῦντι δῆλοι· ὃν δὲ ἡμεῖς ἴσμεν, τοῦτό ἐστι τέως. Φαμὲν ὅτι τὰ σκάνδαλα ταῦτα ἀφείθη ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐλαττωθῆναι τῶν γενναίων τὰ βραβεῖα· ὃ καὶ τῷ Ἰὼβ διαλεγόμενος ὁ θεὸς ἐδήλωσε, λέγων· Ἄλλως με οἴει σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; καὶ ὁ Παῦλος δέ φησι· Δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. σὺ δὲ ὅταν ἀκούσῃς τὸ, δεῖ δὲ αἱρέσεις εἶναι, μὴ νομίσῃς ὅτι κελεύων ἢ νομοθετῶν ταῦτά

B φησιν (ἄπαγε) ἀλλὰ τὸ μέλλον προαναφωνῶν, καὶ τὸ ἐκ τούτου κέρδος τοῖς νήφουσι προμηνύων. τότε γὰρ ὑμῶν τῶν ἀνεξαπατήτων, φησί, σαφεστέρα φανεῖται ἡ ἀρετή. πρὸς τούτοις, καὶ δι' ἑτέραν αἰτίαν οἱ πονηροὶ ἀφείθησαν, ὥστε μὴ προαναρπασθέντας ἀποκλεισθῆναι τῆς ὠφελείας τῆς ἐκ τῆς μεταβολῆς αὐτοῖς γινομένης. οὕτω καὶ Παῦλος ἐσώθη, οὕτως ὁ λῃστής, οὕτως ἡ πόρνη, οὕτως ὁ τελώνης, οὕτως ἕτεροι πολλοί. Εἰ δὲ πρὶν ἢ μεταβαλέσθαι ἀνηρπάγησαν ἐντεῦθεν, οὐδεὶς ἂν αὐτῶν ἐσώθη. περὶ δὲ

C τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ ἑτέραν φησὶν αἰτίαν ὁ Παῦλος. ποίαν δὴ ταύτην; τὸ, πᾶσαν καὶ ἐντεῦθεν ἀποκλεισθῆναι τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπολογίαν. ποίαν γὰρ ἂν ἔχοιεν συγγνώμην, τὸν Χριστὸν μὴ δεξάμενοι, οἱ μέλλοντες ἐκείνῳ πιστεύειν; διό φησιν, Ἵνα κριθῶσι πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, τουτέστι, τῷ Χριστῷ, ἀλλ' εὐδοκήσαντες τῇ ἀδικίᾳ, τουτέστι, τῷ Ἀντιχρίστῳ. ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, διὰ τοῦτο αὐτῷ μὴ πιστεύειν, ἐπειδὴ θεὸν ἑαυτὸν ἔλεγε (Διὰ γὰρ τοῦτό σε, φασι, λιθάζομεν, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς

D σεαυτὸν θεὸν, καίτοιγε τὰ πλείονα ἀκούοντες ἀνατιθέντα αὐτὸν τῷ πατρὶ, καὶ λέγοντα μετὰ τῆς ἐκείνου γνώμης ἀφῖχθαι, καὶ διὰ πολλῶν τοῦτο ἀποδεικνύντα) τί ἐροῦσιν, ὅταν τὸν Ἀντίχριστον λέγοντα ἑαυτὸν εἶναι θεὸν, καὶ μηδὲ μεμνημένον τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ποιοῦντα δέξωνται; τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς αὐτοῖς ὀνειδίζων, προὔλεγεν οὕτω λέγων· Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. διὰ ταῦτα ἀφείθη τὰ σκάνδαλα.

Εἰ δὲ τοὺς σκανδαλιζομένους λέγεις, ἐγώ σοι **A** τοὺς μειζόνως ἐντεῦθεν διαλάμψαντας δείξω· καὶ πάλιν σοι τὸ αὐτὸ ἐρῶ, ὅτι οὐκ ἔδει διὰ τὴν ἑτέρων ἀπροσεξίαν καὶ ῥαθυμίαν τοὺς δυναμένους νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι καὶ μυρίους ἐκ τούτων ἀναδήσασθαι στεφάνους ἐλαττοῦσθαι ἐν τῇ τῶν ἀμοιβῶν ἀντιδόσει. οὗτοι μὲν γὰρ ἐπηρεάζεσθαι ἔμελλον, εἰ μὴ τῶν ἀγώνων τούτων ἔλαβον ὑποθέσεις. οἱ δὲ ἐντεῦθεν βλαβέντες, ἑτέρῳ μὲν οὐδενί, ἑαυτοῖς δὲ εἶεν δίκαιοι λογίζεσθαι τὰ πτώματα αὐτῶν, καὶ κατηγορεῖεν ἂν αὐτῶν οἱ μὴ μόνον μὴ σκανδαλισθέντες, ἀλλὰ καὶ φαιδρότεροι καὶ ἰσχυρότεροι ταύτῃ γενόμενοι. **B**

Γενέσ. 17. Ὅτι τοὺς νήφοντας οὐδὲν παραβλάπτει, οὐδὲ ὑποσκελίζει, οὐδὲ σκανδαλίζει.

Ποίων γὰρ ἱερέων ἀπήλαυσεν ὁ Ἀβραάμ, εἰπέ μοι, ποίων διδασκάλων; ποίας κατηχήσεως; ποίας παραινέσεως; ποίας συμβουλῆς; ὅπουγε οὐδὲ γράμματα τότε ἦν, οὐ νόμος, οὐ προφῆται, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλὰ ἄπλουν ἔπλει θάλατταν, καὶ ὁδὸν ὥδευεν ἀτριβῆ, καὶ ταῦτα καὶ οἰκίας καὶ πατρὸς ἀσεβοῦς γεγεννημένος. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν ταῦτα παρέβλαψεν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἔλαμψεν ἀρετῇ, ὡς ἃ μετὰ μακρὸν χρόνον, μετὰ προφήτας, μετὰ νόμον, καὶ τοσαύτην παιδαγωγίαν, τὴν διὰ σημείων καὶ **C** θαυμάτων γεγενημένην ἔμελλεν ὁ Χριστὸς τοὺς ἀνθρώπους παιδεύειν, ταῦτα προλαβόντα δι' ἔργων ἐπιδείξασθαι, ἀγάπην γνησίαν καὶ θερμήν, χρημάτων ὑπεροψίαν, τὴν περὶ τοὺς οἰκείους τοῦ αἵματος κηδεμονίαν· καὶ τὸν τῦφον δὲ ἅπαντα ἐπάτησε, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον διεκρούσατο βίον, τῶν νῦν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν κατειληφότων μοναχῶν ἀκριβέστερον ζῶν. οὔτε γὰρ οἰκία ἦν αὐτῷ, ἀλλ' ἡ σκιὰ τῶν φύλλων ὄροφος ἦν τῷ δικαίῳ καὶ στέγη· οὐδὲ, ἐπειδὴ ξένος ἦν, ῥαθυμότερος περὶ τὴν φιλοξενίαν ἐγένετο, **D** ἀλλ' ὁ ξένος ἐν ξένῃ ἔργον τοῦτο ἐποίει, τὸ διώκειν ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ τοὺς παριόντας ὑποδέχεσθαι καὶ θεραπεύειν. καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸ ἔργον ἅπαν ἤνυε, καὶ τὴν γυναῖκα κοινωνὸν ἐποίει τῆς καλῆς ταύτης πραγματείας. τί δαὶ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφιδοῦ, καὶ ταῦτα οὐ καθηκόντως αὐτῷ χρησαμένου, ἀλλὰ τοῖς πρωτείοις ἐπιπηδήσαντος οὐκ ἐποίησε, καὶ ταῦτα μετὰ τὴν αἵρεσιν τῆς ἐκλογῆς; οὐχὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν; οὐχὶ τοὺς οἰκέτας ἅπαντας ὥπλισεν; οὐκ εἰς φανερὸν κίνδυνον ἑαυτὸν ἐνέβαλεν; ὅτε δὲ ἐκελεύσθη τὴν

A Quòd eos qui ſcandalizantur, commemores, ego tibi eos, qui illuſtriores inde facti ſunt, obiiciam, ac tibi ruſus dicam æquum non fuiſſe, vt propter aliorum inconſiderantiam, ac deſidiam illi qui poterāt & attēti eſſe, & vigiles, atq; innumeras ex his palmas reportare, deteriori eſſent conditione, cu laborū præmia rependērentur. Quippe illi quidem iniuria fuiſſent affecti, ſi certaminum iſtorū occaſionem amiſiſſent, illi verò, ſi quid inde damni feciſſent, nulli alteri, ſed ſibiipſis prolapſiones ſuas imputare debuiſſent, eiuſque criminis ab illis conuicti eſſent, qui non modò ſcā- **B** dalizati non fuiſſent, ſed etiam illuſtriores inde, ac robuſtiores euaſiſſent.

CAP. II. Nihil eos lædere qui vigiles ſūt & attenti neque ſupplantare.

Quos enim, quæſo ſacerdotes habuit Abraham, quos doctores? quā inſtitutionem? quā admonitionē? quod conſilium? quandoquidem neq; tum erant literæ, non lex, non prophetæ, nō aliud quicquam eiuſmodi, ſed nondū nauigatum mare nauigabat, & per viam minimè tritam incedebat, idque cum & domo, & patre impio natus eſſet. Sed ne hæc quidem illū læſerunt, quin potiùs adeo virtute ſuis præluxit, vt quæ poſt multū tēporis, poſt prophetas, poſt legem, & tantam inſtructionē, qua per ſigna Chriſtus, & miracula debuit homines erudire, horum longè ante ſpecimen ediderit, caritatis ſynceræ, ac feruidæ, pecuniæ contemptus, curæ eorū qui ſāguinis ſunt cognatione cōiuncti: & faſtum omnem conculcarit, mollem ac delicatam vitā reiecerit, ſanctiorem quàm illi qui nunc montium vertices occuparunt monachi, & auſteriorē viuendi rationem expreſſerit. Nam neq; domus illi erat, ſed laqueare rectúmque iuſto foliorū vmbra ſuppeditabat: neque, quamuis peregrinus eſſet, idcirco negligentior ad excipiendos tecto peregrinos erat, ſed peregre cum eſſet, totus in id incumbebat operis, vt aſſidue medio meridiè prætereuntes exciperet ac, reficeret. Ipſe vero rem per ſe omnem gerebat, & vxorem in conſortium præclaræ illius occupationis aſciſcebat. Quid vero pro fratris filio non fecit, cū alioqui, non vt oportuit, ab eo tractatus eſſet, ſed potiores ille partes ſibi vindicaſſet, idq; poſt optionē datā electionis? nōne ſanguinē profudit? nōne vernaculos oēs ſuos armauit? nónne in apertū ſe diſcrimen obiecit? At quo

tempore iuſſus eſt domum deſerere, atque in aliam regionem proficiſci, nónne ſtatim paruit, & patria, amicis, propinquis, & omnibus derelictis, mandato iubentis obediens, quæ certa erant deſeruit, & incertis multò promptiùs quàm certis adhæſit, adeo promiſſis Dei confidebat, quod perfectiſſimæ fidei fuit. Poſt hæc autem omnia nónne cum fames ſæuiret, iterum extorris eſt factus, neque conſternabatur, aut perturbabatur, ſed eandem obedientiam, modeſtiam, ac patientiam præ ſe ferebat, atque in Ægyptum deſcendebat, ſic vt cum Deo paruiſſet hæc imperanti, ſua ſit vxore priuatus, eam iniuria affectam viderit, quantum quidem in ægyptio ſitum fuit, & acerbiorem morte plagã lethalem acceperit? Quid enim, quæſo, fuit acerbius, quàm mulierem ſibi matrimonij lege copulatam poſt tot rectè facta cernere à barbarica abreptam laſciuia, in regia introductam palatia contumelia affectã cernere? Quamuis enim in opus non exierit contumelia, ipſe tamen illud expectauit, & omnia patiẽter ferebat: ſic vt neque calamitates eum ſubuerterint, neque proſperi ſucceſſus extulerint: ſed in temporum differentia æqualẽ animi ſenſum conſeruarit. Quid verò, cum illi filium promiſit, nónne ſe mille impedimenta obiecerunt, quæ cogitanti ratio ſuggerebat? quę omnia cum ille ſedaſſet, omnémque illorum tumultum repreſſiſſet, fide maximè illuſtris fuit? Quando autem immolare illum iuſſus eſt, nónne ſumma cum feſtinatione quaſi nuptialem ad thalamum deducturus illum eſſet, ita illum duxit, atque ipſam propemodum naturam exuens, & homo eſſe deſinens, nouum quoddam & inuſitatum obtulit ſacrificium, ſolúſque certamen hoc conſeruit, non cum vxore, non cum ſeruo, non cum alio quouis communicauit? Nouerat enim, probè nouerat, quanta ſcopuli illius eſſet ſublimitas, quanta moles illius mandati, quanta illius certaminis magnitudo. Quam ob cauſſam ſolus hunc curſum ſuſcepit, & cucurrit, & certauit, & coronam adeptus eſt, & victor eſt renuntiatus. Quis eum ſacerdos iſta docuit? quis doctor? quis propheta? nullus planè: ſed quoniã proba mente præditus fuit, illi ad omnia ſuffecit. Quid verò Noë?

Abraham filium immolare iuſſus.

A μὲν οἰκίαν ἀφεῖναι, εἰς δὲ τὴν ἀλλοτρίαν ἀπελθεῖν, οὐκ εὐθέως ὑπήκουσε, καὶ πατρίδα καὶ φίλους καὶ συγγενεῖς καὶ πάντας ἀφεὶς, καὶ τῷ προστάγματι πειθαρχεῖ τοῦ κελεύσαντος, τὰ μὲν δῆλα καταλιμπάνων, τοῖς δὲ ἀδήλοις πολλῷ σαφεστέροις, ἢ τοῖς δήλοις, προσέχων, διὰ τὴν ὑπόσχεσιν τοῦ θεοῦ, ὅπερ ἦν πίστεως ἐπιτεταμένης; μετὰ δὲ ταῦτα πάντα οὐ, λιμοῦ καταλαβόντος, πάλιν μετανάστης ἐγένετο, καὶ οὐκ ἐθορυβεῖτο, οὐδὲ ἐταράττετο, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὑπακοὴν καὶ φιλοσοφίαν καὶ ὑπομονὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ κατῄει εἰς Αἴγυπτον, καὶ ὑπακούσας B τῷ θεῷ τοιαῦτα κελεύοντι ἀφῃρέθη τὴν γυναῖκα, καθυβριζομένην ἑώρα, τό γε ἧκεν εἰς τὸν Αἰγύπτιον, καὶ θανάτου χαλεπώτερα ὑπέμενεν ἐν τοῖς καιριωτάτοις πληττόμενος; τί γὰρ βαρύτερον ἦν, εἰπέ μοι, τὴν γυναῖκα νόμῳ γάμου συναφθεῖσαν αὐτῷ, μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα ὁρᾶν ὑπὸ βαρβαρικῆς ἀκολασίας ἁρπαζομένην, εἰσαγομένην ἔνδον εἰς τὰς βασιλικὰς αὐλὰς, καθυβριζομένην; εἰ γὰρ καὶ μὴ τὸ ἔργον ἐξῆλθεν, ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο προσεδόκησε, καὶ πάντα ἔφερε γενναίως, καὶ οὔτε C αἱ συμφοραὶ αὐτὸν ὑπεσκέλισαν, οὔτε αἱ εὐημερίαι ἐφύσησαν· ἀλλ' ἐν τῇ τῶν καιρῶν διαφορᾷ ἴσην τὴν ἑαυτοῦ γνώμην διεφύλαττε. τί δαὶ, ὅτε αὐτῷ τὸν υἱὸν ἐπηγγείλατο, οὐχὶ μυρία τὰ κωλύματα ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν λογισμῶν; καὶ πάντα ἐκεῖνα κατευνάσας, καὶ τὸν ἐκείνων θόρυβον ἀνελὼν, ἀπὸ τῆς πίστεως διέλαμψεν; ὅτε δὲ αὐτὸν καθιερῶσαι ἐκελεύσθη, οὐχὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους, ὡσπερεὶ μέλλων εἰς παστάδας ἄγειν καὶ νυμφαγωγεῖν, οὕτως αὐτὸν ἀνήγαγε; καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως σχεδὸν ἐξελθὼν, καὶ τοῦ ἄνθρωπος εἶναι ἀπαλλαγεὶς, D καὶ θυσίαν ἀνέφερε καινήν τινα καὶ παράδοξον, καὶ μόνος τὸν ἆθλον ἤθλησε τοῦτον, οὐ γυναικὶ, οὐκ οἰκέτῃ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν μετ' αὐτοῦ κοινωσάμενος; ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, τοῦ σκοπέλου τὸ ὑψηλὸν, τοῦ ἐπιτάγματος τὸν ὄγκον, τοῦ ἀγῶνος τὸ μέγεθος. διὸ μόνος αὐτὸς τὸν δρόμον ἀνεδέξατο τοῦτον· καὶ ἔτρεχε, καὶ ἠγωνίζετο, καὶ ἐστεφανοῦτο, καὶ ἀνεκηρύττετο. ποῖος ταῦτα αὐτὸν ἱερεὺς ἐδίδαξε, ποῖος δὲ διδάσκαλος; ποῖος προφήτης; οὐδὲ εἷς. ἀλλ' ἐπειδὴ εὐγνώμονα εἶχε ψυχὴν, ἤρκεσεν αὐτῷ πρὸς ἅπαντα. τί δαὶ ὁ Νῶε;

ποῖον ἔσχεν ἱερέα; ποῖον διδάσκαλον; ποῖον κατηχητήν, ὅτι μόνος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης διαφθαρείσης ἐν πονηρίᾳ, τὴν ἐναντίαν ἦλθεν ὁδόν, καὶ τὴν ἀρετὴν διετήρησε, καὶ οὕτω διέλαμψεν ὡς ἐν τῷ ναυαγίῳ τῆς οἰκουμένης αὐτόν τε διασωθῆναι, καὶ ἑτέρους διὰ τὴν περιουσίαν τῆς οἰκείας ἀρετῆς τῶν ἐπηρτημένων ἐξαρπάσαι κινδύνων; πόθεν δίκαιος ἐγένετο; πόθεν τέλειος; ποῖον ἱερέα καὶ ποῖον ἢ διδάσκαλον ἐσχηκώς; οὐδεὶς ἂν εἰπεῖν ἔχοι. ὁ δὲ υἱὸς ὁ τούτου, καίτοι ἔνδον ἔχων τὸν διδάσκαλον διηνεκῶς, τοῦ πατρὸς τὴν ἀρετήν, καὶ νουθεσίας ἀπολαύων, καὶ τῆς διὰ ῥημάτων, καὶ τῆς διὰ τῶν ἔργων, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἔκβασιν ὁρῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς συμφορᾶς, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς σωτηρίας παραίνεσιν, πονηρὸς περὶ τὸν φύντα ἐγένετο, καὶ ἐκωμῴδει τοῦ γεγεννηκότος τὴν γύμνωσιν, καὶ διετόμπευσεν. ὁρᾷς ὅτι πανταχοῦ ψυχῆς χρεία εὐγνώμονος; τί δαὶ ὁ Ἰώβ, εἰπέ μοι; ποίων προφητῶν ἤκουσε; ποίας διδασκαλίας ἀπήλαυσεν; οὐδεμιᾶς. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὐδενὸς τετυχηκώς, καὶ πᾶν ἀρετῆς εἶδος μετὰ πολλῆς ἐπεδείξατο τῆς ἀκριβείας. καὶ γὰρ κοινὰ τὰ ὄντα τοῖς δεομένοις ἐκέκτητο, καὶ οὐχὶ τὰ ὄντα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. τῇ μὲν γὰρ οἰκίᾳ τοὺς ὁδίτας ὑπεδέχετο, καὶ ἐκείνων μᾶλλον ἦν ἡ οἰκία, ἢ τοῦ κεκτημένου· τῇ δὲ τοῦ σώματος ἰσχύϊ τοῖς ἀδικουμένοις ἤμυνε, τῇ δὲ τῆς γλώττης συνέσει καὶ σοφίᾳ τοὺς ἐπηρεάζοντας ἐπεστόμιζε, καὶ τὴν εὐαγγελικὴν πολιτείαν διὰ πάντων διαλάμπουσαν ἐπεδείκνυτο. σκόπει δέ. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, φησὶν ὁ Χριστός. τοῦτο αὐτὸς διὰ τῶν ἔργων κατώρθωσεν. Εἰ γὰρ ἐφαύλισα, φησί, κρίμα θεράποντος ἢ θεραπαίνης, κρινομένων αὐτῶν πρός με. τί γὰρ ποιήσω, ἐὰν ἐπίσκεψίν μου ποιήσῃ ὁ κύριος; πότερον οὐχ ὡς ἐγὼ ἐγενόμην ἐν γαστρί, καὶ ἐκεῖνοι ἐγένοντο, ἐγενόμεθα δὲ ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ. Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. καὶ τί πρᾳότερον ἐκείνου γέγονε, περὶ οὗ καὶ οἱ οἰκέται ἔλεγον· Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; οὕτως ἦσαν αὐτοῦ σφοδροὶ ἐρασταί. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. ἀλλ' οὐδὲ ταύτης ἄμοιρος ἦν τῆς ἀρετῆς. ἄκουσον γοῦν τί φησιν. Εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἑκουσίως διεπράττην

A quem habuit ſacerdotem? quem doctorem? quem inſtructorem? quandoquidem ſolus, cum totus orbis terrarum ſceleribus infectus eſſet contraria via inceſſit, & virtutem conſeruauit, eàque cæteris ſic præluxit, vt in communi orbis terrarum naufragio cum ipſe ſaluus & incolumis euaderet, tum cęteros præ nimia ſuæ virtutis præſtantia ex imminentibus periculis eriperet? vnde iuſtus euaſit? vnde perfectus? cuius ſacerdotis, & ipſe, vel cuius doctoris induſtria eſt vſus? Nemo eſt qui poſſit hoc dicere. Huius porro filius, tametſi domeſticum doctorē habebat aſſiduū B patris virtutem, eiúſque monitis imbuebatur, ſiue per verba, ſiue per opera, & euentum rerum cerneret, cum etiam ex calamitate, atque ex incolumitate non leuis admonitio ſuppetebat, improbus in parentem euaſit, & genitoris ſui nuditatem irriſit, ac diuulgauit. Vides vbique proba mente opus eſſe? Quid vero Iob? dic quæſo: quos prophetas audierat? qua doctrina fuerat imbutus? nulla. At hic tamen quoque, licet nihil eiuſmodi ſuppeteret, omni virtutis genere ſe præ- C ditum exquiſitiſſimè oſtendit. Etenim facultates ſuas habuit cum pauperibus communes, neque facultates ſolùm, ſed ipſum etiam corpus. Nam & viatores domo excipiebat, & illorū potiùs quàm domini erat domus: corporis autem viribus eos, qui patiebantur iniuriam, vlciſcebatur, at linguæ prudentia, ſapientiáque ſilentium obtrectatoribus imponebat, euangelicam deniq; vitæ conuerſationem in omnibus ſuis actionibus elucentem exhibebat. Sic autem rem expende. Beati pauperes ſpiritu, ait Chriſtus, hoc ipſe opere con- D fectum dedit. Si enim deſpexi, inquit, iudicium famuli, aut ancillæ, cum ipſi litigarēt mecum. Quid enim faciam ſi viſitationem mei faciat Dominus? nōne, ſicut ego factus ſum in vtero, & illi facti ſunt, facti autem ſumus in eodem ventre. Beati mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram. Quid verò mitius illo fuit, de quo dicebāt famuli: Quis det nobis, vt carnibus eius ſatiemur? Adeo vehementes illius amatores erāt. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Sed ne huius quidem expers virtutis fuit. Audi ſanè quid dicat. Quod ſi cum ſponte peccaſſem, expaui

Gen. 9. 21.

Iobi exē- pla iuſti.

Matt. 5. 3. Iob. 31. 13.

Matt. 5. 5. Iob. 31. 31.

Matt. 5. 4. Iob. 31. 34.

turbam populi, vt non enarrarem ini- A quitatem meam. Porro qui ſic affectus erat, haud dubium, quin illam ſupra
Matt.5.6. modum lugeret. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Vide hoc etiam ab il-
Iob.29.17. lo mirificè completum. Confregi, inquit, molas iniquorum, & de medio dentium eorum rapinam eripui: iuſtitiam verò indutus ſum, & veſtitus ſum iudicio, ſicut diploide. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. At iſte non in pecuniis tantùm miſericors erat, aut dum nudos indueret, & eſurientes aleret, viduitati ſubueniret, orphanos tueretur, naturæ oblæſæ vitiis mederetur, ſed &
Iob.30.25. ipſo animi compatientis affectu. Ego enim, inquit, ſuper omni impotente fleui, & gemui, videns virum in neceſſitatibus. Tanquam enim communis omnium pater eſſet, ita ſingulorum calamitates alias ſarciebat, alias lugebat, & verbis, & factis, & compatientis affectu, & lacrymis, & modis omnibus calamitatibus preſſos erigebat, vt ad eum omnes tanquam ad
Matt.5.8 communem portum confugerēt. Beati qui mundi ſunt corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et hoc ille non mediocri cum laude pręſtabat. Audi enim Deum hoc de illo teſtantem. Non eſt homo ſimilis ei in terra, homo ſine crimine, iuſtus, verax, colens Deum,
Matt.5.10 abſtinens ab omni mala re. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: & multam inde certaminū, ac pręmiorum copiam colligebat. Non enim ab hominibus vexabatur, ſed ipſe malorum primus auctor dæmon in eum ferebatur, & omnibus ſuis admotis machinis impetum in eum faciebat, domo & patria pellebat, & ad fimū amandabat, pecuniis omnibus ſpoliabat, poſſeſſionibus, liberis, ipſa corporis ſanitate, ac fame grauiſſima cruciabat. Et verò cum illo quidam ex amicis non mediocriter ei inſultabant, &
Matt.5.11. eius animæ vlcera lancinabant. Beati eritis, cum male dixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sed & hanc beatitudinem abundanter obtinuit. Nam & qui

πολυοχλίας λαοῦ, τὸ μὴ ἐξαγορεῦσαι τὴν ἀνομίαν μου. ὁ δὲ οὕτω διακείμενος, εὔδηλον ὅτι αὐτὴν ἐπένθει μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. ὅρα καὶ τοῦτο μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῷ κατωρθωμένον. Συνέτριψα, φησί, μύλας ἀδίκων, καὶ ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξέσπασα, δικαιοσύνην δὲ ἐνδεδύκειν, ἠμφιασάμην δὲ κρίμα ἴσα διπλοΐδι. Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. οὗτος δὲ οὐκ ἐν χρήμασι μόνον ἐλεήμων ἦν, οὐδὲ ἐν τῷ ἐνδύειν τοὺς γυμνοὺς, καὶ τρέφειν τοὺς πεινῶντας, καὶ χηρείαν διορθοῦν, καὶ B ὀρφανίαν περιστέλλειν, καὶ πηρώματα φύσεως παραμυθεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ συμπαθείᾳ τῆς ψυχῆς. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα, καὶ ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. καθάπερ γὰρ κοινὸς ὢν ἁπάντων πατὴρ, οὕτω τὰς ἑκάστου συμφορὰς, τὰς μὲν διώρθου, τὰς δὲ ἐθρήνει, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων, καὶ διὰ συμπαθείας, καὶ διὰ δακρύων, καὶ διὰ παντὸς τρόπου τοὺς ἐν συμφοραῖς ἀνέχων, καὶ κοινός τις ἁπάντων λιμὴν γενόμενος. Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. καὶ C τοῦτο οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτῷ κατώρθωτο. ἄκουσον γοῦν τοῦ θεοῦ μαρτυροῦντος αὐτῷ· Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὅμοιος αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνθρωπος ἄμεμπτος, δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν τῶν ἀγώνων καὶ τῶν βραβείων τὴν δαψίλειαν ἐποιήσατο. οὐ γὰρ δὴ ἀνθρώπων ἠλαύνετο, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἀρχέκακος δαίμων ἐπιθέμενος, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ μηχανήματα κινήσας, οὕτως ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν, ἀπελάσας αὐτὸν καὶ οἰκίας D καὶ πατρίδος, καὶ εἰς τὴν κοπρίαν ἐξαγαγὼν, χρημάτων ἐκβαλὼν πάντων, κτημάτων, παίδων, αὐτῆς τῆς τοῦ σώματος ὑγείας, καὶ λιμῷ παραδοὺς χαλεπωτάτῳ. μετὰ δὲ ἐκείνου καὶ τῶν φίλων τινὲς, οὐχ ὡς ἔτυχεν, ἥλλοντο καὶ ἀνέξαινον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς τὰ ἕλκη. Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἀλλὰ καὶ τοῦτον μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας ἐκαρπώσατο τὸν μακαρισμόν. καὶ γὰρ καὶ οἱ

A παρόντες αὐτῷ τότε διέβαλλον αὐτόν, ἐλάττονα ὧν ἐπλημμέλησε λέγοντες αὐτὸν τετιμωρῆσθαι, μακρὰς κατηγορίας ἀποτείνοντες κατ' αὐτοῦ καὶ λόγους ψευδεῖς καὶ συκοφαντίας γέμοντας. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτους αὐτοὺς μέλλοντας κινδυνεύειν ἐξήρπασε τῆς θεηλάτου πληγῆς παρὰ Θεοῦ, οὐδὲ τῶν εἰρημένων μνησικακήσας αὐτοῖς. καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐκεῖνο ἐπλήρου τὸ παράγγελμα, τό, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. καὶ γὰρ ἠγάπησε καὶ ηὔξατο ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ διέλυσε, καὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν ἔλυσε· καίτοι μὴ προφήτου, μὴ εὐαγγελιστῶν, μὴ ἱερέων, μὴ διδασκάλου, μὴ ἄλλου B τινὸς ἀκούσας ὑπὲρ ἀρετῆς συμβουλεύοντος. ὁρᾷς ἡλίκον ἐστὶ γενναία ψυχή, καὶ πῶς ἀρκεῖ πρὸς ἀρετὴν ἑαυτῇ, κἂν μηδεμιᾶς ἐπιμελείας ἀπολαύῃ; καίτοι γε προγόνους οὐ μόνον χρηστοὺς οὐκ ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν κακίαν ἐπιδεδειγμένους. περὶ γοῦν τοῦ προγόνου αὐτοῦ φησιν ὁ Παῦλος, Μή τις πόρνος ἢ βέβηλος, ὡς Ἠσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια.

Ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων πολλὰ τὰ σκάνδαλα, καὶ πολλοὶ οἱ παρασυρόμενοι, καὶ διδασκάλων διωγμοὶ καὶ ἀναιρέσεις συχναί.

Τί δαί; ἐπὶ τῶν ἀποστόλων, εἰπέ μοι, οὐ μυρία τοιαῦτα ἐγένετο; ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ Παῦλος. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με οἱ ἐν τῇ C Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης. οὐ δεσμωτήρια ᾤκουν οἱ διδάσκαλοι; οὐχ ἁλύσεις περιέκειντο; οὐ παρὰ τῶν οἰκείων, οὐ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων τὰ ἔσχατα ἔπασχον κακά; οὐ μετ' ἐκείνους, μετ' ἐκείνων λύκοι βαρεῖς εἰσπεσεῖν εἰς τὰ ποίμνια; οὐχὶ ταῦτα προύλεγεν ὁ Παῦλος Ἐφεσίοις εἰς Μίλητον αὐτοὺς μεταπεμψάμενος; Ἐγὼ γὰρ οἶδα, φησίν, ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου· καὶ ἐξ ὑμῶν δὲ αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα, τοῦ ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. D οὐ χαλκοτύπος ἀνὴρ Ἀλέξανδρος μυρία παρέσχεν αὐτῷ πράγματα, πανταχόθεν ἐλαύνων, πολεμῶν, πυκτεύων, καὶ εἰς τοσαύτην αὐτὸν κατέστησεν ἀγωνίαν, ὡς καὶ τῷ μαθητῇ παραγγεῖλαι καὶ εἰπεῖν· Ὃν καὶ σὺ φυλάσσου· λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις; οὐχ ὁλόκληρον ἔθνος τῶν Γαλατῶν ὑπό τινων ψευδαδέλφων διεφθάρη, καὶ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν ηὐτομόλησεν; οὐκ ἐν προοιμίοις τοῦ κηρύγματος ὁ Στέφανος ὑπὲρ τοὺς ποταμοὺς ῥέων καὶ πάντας ἐπιστομίζων,

aderant illi cum criminationibus eum appetebant, cum leuioribus eum pœnis plecti dicerent, quàm pro delictis ſuis promeruerat, cum longas in eum accuſationes texerent, ac ſermones mendaciis & calumniis redundantes. Attamen hos etiã ille cum periculũ eis immineret, ab inferenda à Deo plaga vindicauit, nec vllam eorum, quæ in ipſum dixerant, apud ſe memoriã conſeruauit. Et in hoc quoque præceptũ rurſus illud adimplebat, Diligite inimicos vestros, orate pro perſequentibus vos. *Luc. 6. 35.* Siquidem & dilexit, & pro illis orauit, & iram Dei ſedauit, & peccatũ eorum deleuit: tametſi non prophetas non euãgeliſtas, non ſacerdotes, non doctorem, non alium quempiam ad virtutẽ amplectẽdam audierat conſiliũ dantẽ. Vides quanta ſit laus animæ generoſæ, quãque ſibi ipſi ad ſectandam virtutem ſufficiat, licet nullius cura & induſtria excolatur? Atqui maiores habuerant non modo minimè bonos ſed & multis vitiis infectos. Sanè quidẽ de principe generis eius ita loquitur Paulus: Ne quis fornicator aut profanus, vt Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit primitiua. *Heb. 12. 16*

Apoſtolorũ etiam temporibus multa fuiſſe ſcandala, multoſque deprauatos, ac doctorum perſecutiones ac cædes frequentes.

Quid verò temporibus Apoſtolorũ, quæſo, nónne innumera talia eueniebãt? Audi, quid dicat Paulus: Scis hoc, quod auerſi ſunt à me omnes, qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes. *2. Tim. 1. 15.* Nõne carceres inhabitabãt doctores? nónne catenis erant circundati? nõne à domeſticis, ab alienis mala patiebantur extrema? nonne poſt illos in ouilia lupi graues ingreſſi ſunt? nõne iſta Paulus prædicebat Epheſiis cũ Miletũ illos tranſmitteret? Ego enim ſcio, inquit, quoniam intrabunt poſt diſceſſionẽ meã lupi graues in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. *Act. 20. 29.* Nónne Alexãder vir ærarius multis cum negotiis infeſtauit, perſequutionem mouẽs vndiq; impugnans, laceſſens, & in tantas anguſtias eũ redegerat, vt & diſcipulum admoneret ac diceret: Quem & tu deuita: valde enim reſtitit verbis noſtris? *2. Tim. 4. 15.* Nõne à quibuſdã falſis fratribus corrupta eſt integra natio Galatarũ, & ad Iudæorũ partes trãſiit? *Gal. 2. 4.* nónne in ipſius euãgelicæ prædicationis primordiis Stephanus, qui maiori cum impetu quã ipſa flumina verba fundebat, & omnibus ſilentiũ imponebat,

qui Iudæorum linguas impudentes occludebat, cui reſiſtere nemo poterat, qui res Iudæorum omnes cõfundebat, qui præclarum trophæum erexerat, & inſignem victoriam reportarat, qui de tanta bene meritus erat eccleſia, cum non admodum diuturno tempore prædicaſſet, confeſtim abreptus tanquam blaſphemus damnabatur, & lapidabatur. Quid porro Iacobus? nónne ab initio ipſe quoque, atque ab ipſis propemodum ſtadij carceribus auulſus, & ab Herode in gratiam Iudæorum capite truncatus vitam finiit, tanta illa columna, tantum columen veritatis? quã multi tum ſcandalizabantur, cum hæc fierent? Sed qui ſtabant, ſteterunt, &

Phil. 1. 12. firmius ſteterunt. Audi ſanè quid ad Philippenſes ſcribens dicat Paulus: Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me ſunt, magis ad profectum venerunt Euangelij, ita vt plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui. Vides fortitudinem? vides fiduciam? vides animæ conſtantiam? vides propoſitum philoſophiæ plenum? Videbant magiſtrum in carcere, & vinculis concluſum, vexari, cædi, malis innumeris affligi, & non ſolùm non ſcandalizabantur, neque perturbabantur, ſed & maiorẽ alacritatem acquirebant, & ad ſubeunda certamina magiſtri ſui afflictionibus acriùs incitabantur. At enim cæteri peruertebantur, dicet aliquis: neque ego his cõtradico. veriſimile namque eſt multos, dum hæc fierent, fuiſſe peruerſos: ſed quod ſepe dixi, id nunc etiam dicam, ſibi hoc eiuſmodi homines debent imputare, non rerum naturæ. Siquidem hinc diſcedens Chriſtus hanc nobis hæreditatem reliquit,

Ioa. 16. 33. dicens: In mundo preſſuram habebi-
Matt. 10. 18. tis, & Ad Præſides, & ad Reges ducemini, & Erit tempus, cum omnis qui
Ioa. 19. 2. interficit vos, arbitrabitur obſequium ſe præſtare Deo. Itaque fruſtra mihi eos qui ſcandalizantur, vbique obiicis: ſemper enim hæc acciderunt. Et quid res Apoſtolorum attingo? quàm multi cruce ipſius omnium noſtrum domini ſcandalizati ſunt, & nequiores atque audaciores ſunt facti, cum prætereũtes

Matt. 27. 40. ipſum irridebant, dicẽtes Qui deſtruis templum, & in triduo illud reædificar,

A ὁ τὰς ἀναιδεμώτους ἀποφράττων Ἰουδαίων γλώττας, ᾧ οὐδεὶς ἀντιστῆναι ἠδύνατο, ὁ πάντα συγχέας τὰ Ἰουδαϊκά, ὁ λαμπρὸν στήσας τρόπαιον καὶ νίκην περιφανῆ, ὁ γενναῖος οὗτος καὶ σοφὸς καὶ χάριτος πεπληρωμένος καὶ τοσαύτην ἐκκλησιῶν ὠφελῶν, οὐδὲ πολὺν χρόνον ποιήσας ἐν τῷ κηρύγματι, ἀθρόον ἡρπάγη, καὶ ὡς βλάσφημος κατεδικάζετο καὶ κατελεύετο; τί δαὶ Ἰάκωβος; οὐκ ἐν ἀρχῇ καὶ αὐτὸς καὶ ἐξ αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, βαλβίδος ἀνεσπάσθη, καὶ ἀποτμηθεὶς εἰς χάριν τῶν Ἰουδαίων ὑπὸ Ἡρῴδου οὕτω τὸν βίον κατέλυσε, στύλος τοιοῦτος καὶ ἑδραίωμα τηλικοῦτον τῆς

B ἀληθείας; πόσοι τότε ἐσκανδαλίζοντο γινομένων τούτων; ἀλλ' οἱ ἑστῶτες ἵσταντο, καὶ μειζόνως ἵσταντο. ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ Παῦλος Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων· Γινώσκειν δὲ ὑμᾶς βούλομαι, ἀδελφοί, ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν, ὥστε τοὺς πλείονας τῶν ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ, πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου, περισσοτέρως τολμᾶν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. εἶδες ἀνδρείαν; εἶδες παρρησίαν; εἶδες εὐτονίαν ψυχῆς; εἶδες φιλόσοφον γνώμην; ἑώρων τὸν διδάσκαλον ἐν δεσμωτηρίῳ καὶ ἁλύσει συγκε-

C κλεισμένον, ἀγχόμενον, παιόμενον, καὶ μυρία πάσχοντα δεινά· καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐσκανδαλίζοντο, οὐδὲ ἐθορυβοῦντο, ἀλλὰ καὶ μείζονα προθυμίαν ἐκτῶντο, καὶ πλείονα προκοπὴν εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐλάμβανον τοῦ διδασκάλου τοῖς παθήμασιν. ἀλλὰ καὶ ὑπεσύροντο, φησιν, ἕτεροι. οὐδὲ ἐγὼ πρὸς τοῦτο ἀντιλέγω. καὶ γὰρ εἰκὸς πολλοὺς καὶ ὑποσύρεσθαι γινομένων τούτων. ἀλλ', ὃ πολλάκις εἶπον, καὶ λέγων οὐ παύσομαι, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ἑαυτοῖς δίκαιοι τοῦτο ἂν εἶεν λογίζεσθαι οὗτοι, οὐ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει. καὶ γὰρ ἀπιὼν ὁ Χριστὸς ἐντεῦθεν ταύτην κατέλιπεν ἡμῖν τὴν κληρονο-

D μίαν λέγων, Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· καί, Ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλέας ἀχθήσεσθε· καί, Ἔσται καιρός, ὅτε πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ. ὥστε περιττῶς μοι τοὺς σκανδαλιζομένους πανταχοῦ προφέρεις. ἀεὶ γὰρ ταῦτα συνέβαινε. καὶ τί λέγω τὰ τῶν ἀποστόλων; πόσοι τῷ σταυρῷ αὐτοῦ τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου ἐσκανδαλίσθησαν, καὶ παρανομώτεροι καὶ θρασύτεροι μᾶλλον ἐγένοντο, καὶ παριόντες ἐκωμῴδουν αὐτόν, λέγοντες, Ὁ καταλύων τὸν ναόν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτόν,

ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι; εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν εἰς σέ. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἂν ἔχοιεν ἀπολογίαν οὗτοι διὰ τὸν σταυρόν. ὁ γὰρ λῃστὴς ἁπάντων κατηγορεῖ τῶν τοιούτων. καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος ἐσταυρωμένον εἶδεν αὐτὸν, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐσκανδαλίσθη, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν μείζονα ὑπόθεσιν ἔλαβεν εἰς τὸ φιλοσοφῆσαι, καὶ πάντα ὑπερβὰς τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τῷ πτερῷ τῆς πίστεως κουφισθεὶς, περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφεῖ. ὁρῶν γὰρ ἀνεσκολοπισμένον, μεμαστιγωμένον, ὑβριζόμενον, χολὴν ποτιζόμενον, ἐμπτυόμενον, ὑπὸ δήμου τοσούτου χλευαζόμενον, ὑπὸ δικαστηρίου κατακριθέντα, τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαχθέντα, οὐδενὶ τούτων ἐσκανδαλίσθη· ἀλλ' ὁρῶν σταυρὸν καὶ ἥλους ἐμπεπηγότας, καὶ κωμῳδίαν τοσαύτην γινομένην ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ διεφθαρμένου, τὴν ὀρθὴν ὁδὸν αὐτὸς ἐβάδιζε λέγων, Μνήσθητί μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου· καὶ τὸν κακηγοροῦντα ἐπεστόμιζε, καὶ τὰ οἰκεῖα ἁμαρτήματα ἐξωμολογεῖτο, καὶ περὶ ἀναστάσεως ἐφιλοσόφει. καὶ ταῦτα οὐ νεκροὺς ἰδὼν ἐγειρομένους, οὐ λεπροὺς καθαιρομένους, οὐ χωλοὺς διορθουμένους, οὐ θάλατταν χαλινουμένην, οὐ δαίμονας ἐλαυνομένους, οὐκ ἄρτους πηγάζοντας, οὐ τὰ ἄλλα, ἅπερ ἑκάστοτε τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος, καὶ θεασάμενος ἐσταύρωσεν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἀνεσκολοπισμένον ἰδὼν καὶ ὡμολόγησε θεὸν, καὶ βασιλείας ἐμνημόνευσε, καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐφιλοσόφησεν· ἐκεῖνοι δὲ θαυματουργοῦντα θεασάμενοι, καὶ τῆς διὰ λόγων, καὶ τῆς διὰ πραγμάτων ἀπολαύσαντες διδασκαλίας, οὐ μόνον οὐδὲν ἀπώναντο, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἔσχατον βάραθρον τῆς ἀπωλείας κατηνέχθησαν, ἐπὶ τὸν σταυρὸν αὐτὸν ἀναβιβάσαντες. ὁρᾷς ὅτι οἱ μὲν ἀγνώμονες καὶ ἠμελημένοι, οὐδὲ ἀπὸ τῶν ὠφελούντων κερδαίνουσιν· οἱ δὲ εὐγνώμονες καὶ νήφοντες, ἀφ' ὧν ἕτεροι σκανδαλίζονται, ἀπὸ τούτων τὰ μέγιστα ὠφελοῦνται; τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ ἔστιν ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ Ἰούδας οὐδὲ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ τὴν οἰκουμένην ὀρθώσαντος ἐσώθη· ὁ δὲ Ἰὼβ οὐδὲ ἀπὸ τοῦ διαβόλου τοῦ τοσούτους ἀπολέσαντος ἐβλάβη· ἀλλ' ὁ μὲν μυρία παθὼν κακὰ, ἐστεφανοῦτο· ἐκεῖνος δὲ, ὁ σημεῖα θεασάμενος, καὶ αὐτὸς ποιήσας, ὁ νεκροὺς ἐγείρας καὶ δαίμονας ἐλάσας (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ταύτην εἴληφε τὴν ἐξουσίαν) ὁ μυρία περὶ βασιλείας καὶ γεέννης ἀκούσας,

A alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere? Si filius Dei es, deſcende de cruce, & credemus in te. Nec tamen iſti excuſatione digni fuerint propter crucem. Nam omnes eiuſmodi latro accuſat: ſiquidem ille quoque ſublimi cruci affixum vidit, & non modo ſcandalizatus non eſt, ſed inde quoque maiorem ad philoſophandum occaſionem accepit, omneſque res humanas tranſcendens, & alis fidei in altum euectus, de rebus futuris philoſophatur. Cum enim patibulo affixum cerneret, verberibus cæſum, contumeliis affectũ, felle potatum, ſputis conſperſum, à B tanto populo ſubſannatum, à iudice damnatum, ad mortem abductũ, nullo iſtorum ſcandalizatus eſt: ſed cum cerneret crucem & clauos defixos, & tantam fieri ſubſannationem à plebe deprauata, recta ipſe via incedebat dicẽs: Memento mei in regno tuo: & ei qui maledicebat, os occludebat, ſuáque peccata confitebatur, & de reſurrectione philoſophabatur: idque cum excitatos mortuos non vidiſſet, non leproſos mundatos, non claudos ſanatos, nõ mare refrænatum, non dæmones eieC ctos, non panes multiplicatos, non alia quæ Iudaicus populus ſpectauerat, & cum ſpectaſſet eum cruci affixerat. Hic vero cum patibulo affixum cõſpexiſſet, & Deum illum confeſſus eſt, & regni meminit, & de rebus futuris philoſophatus eſt: at illi qui miracula facientẽ conſpexerãt, & quos partim verbis, partim operibus ipſis doctrinæ participes fecerat, non modo nihil inde vtilitatis ceperunt, ſed cum in crucem illum ſuſtulerint, in extremũ perditionis ſunt barathrum deuoluti. Vides vt improbi & deſides ne ex rebus quidem vtilibus D fructum aliquem percipiant: probi autem ac vigiles, quibus rebus alij ſcandalizantur, ſummam ex illis vtilitatem decerpant? Hoc & in Iuda, & in Iob cernere licet. Nam Iudas quidem, ne à Chriſto quidem, qui mundũ inſtaurauit ſaluus fieri potuit: Iob autem nec ab ipſo Diabolo, qui tam multos perdidit, læſus eſt: ſed hic quidem mille diuexatus malis palmam reportauit: ille vero, qui ſigna conſpexerat, & ipſe fecerat, qui mortuos ſuſcitarat, & dæmones expulerat, (nam & hanc ipſe poteſtatem accepit) qui de regno ac gehenna infinita audierat,

Luc. 23.42

qui ſpiritualis menſæ particeps fuerat, A qui tremendum ad illud conuiuium admiſſus fuerat, erga quem tantam beneuolentiam & curam exhibuerat, quantam erga Petrum, & Iacobum, & Ioannem, immo verò maiorem (ſiquidem præter aliam ſolicitudinem & condeſcenſionem, qua illum complexus erat, pecuniæ pauperum fuerat illi commiſſa cuſtodia) tum verò iſte poſt accepta beneficia, furibunda quadam inſolentia cœpit efferri, ac Satanam per auaritiam in animum ſuum admittens, proditor factus eſt, & quod caput eſt malorum perpetrauit, talem ſanguinem triginta argẽteis vendidit, B ac dominũ oſculo prodidit fraudulẽto. Quam multos putas hoc etiã ſcandalizatos eſſe, quod à diſcipulo proditio ſit admiſſa? Quid verò deſerti incola, ſterilis proles, Zachariæ filius, qui ſanctũ ac tremendum illud caput meruit baptizare, ſuique domini præcurſor fieri, cum in carcere habitabat, cum capite truncabatur, & in meretriciæ ſaltationis præmiũ cædes permittebatur, quã multos ſcandalizatos tũ fuiſſe arbitraris? Quid dico tum temporis? quã multi nunc poſt tantum tempus elapſum, C dum hæc audiunt, ſcandandalizantur? Quid dico Ioannẽ, & carcerem, & cædem illã, & circa ſeruos occupor, cum ad dominũ ipſum recurrere oporteret?

CAP. 15. Inſipiẽtes etiam, ex eo quod caput erat bonorum, hoc eſt ex cruce, per quam ſaluus factus eſt orbis terrarum, ſcandalũ paſſos eſſe.

Crux enim Chriſti, quæ mundum vniuerſum erexit, quæ errorem ſuſtulit, quæ terram in cœlum conuertit, quæ neruos mortis excidit, quæ infernum inutilẽ reddidit, quæ Diaboli arcem euertit, quæ dæmonibus os occluſit, quæ homines angelos reddidit, quæ altaria ſubuertit, & idolorũ templa deſtruxit, quæ nouam & inuſitatam hanc philoſophiam in terram inuexit, D quæ bona peregit innumera, hæc tremenda, ingentia, & ſublimia nónne multis ſcandalum attulit? Nónne quotidie clamat Paulus dicens, neque erubeſcens, Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam? Quid igitur, dic quæſo, non oportuit ferri crucem, neque tremendum illud ſacrificium offerri, neque tot præclara facinora patrari, propterea quod res illa pereuntibus erat ſcandalum, & tum & deinceps, & ſequenti quouis tempore?

